BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.
Sala Est. Tab. Núm.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

Floretus in quo flores omnium virtutum ⁊ deteſtatio
nes viciorum metrice continentur vna cuꝫ commento.

b18618911

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

ANteꝗ̄ lecturam commenti tam ſublimis tanꝗ̄ profunde indaginis aggredi preſumā ſi lectura dici mereat tria ſeriatim habeo ꝓponere. Primum diuinum implorare auxiliū. Scōm ꝓteſtatiōes indicere prout qualitas ſuppetit virium Tertiū cōmenti vtilitatū reſerare cōnubiū. Quibus iuxta capacitatē mei ingenioli deductis ad littere accedā elucidationē. ¶ Quantum ad primū in quo habeo diuinū implorare auxiliū nedū in hac tenui ꝙtuʒ ad me cōpilatione. verū-

n
Omine floretus liber incipit ad bona cetus
Semper eris tutus eius documēta ſecutus
Hic liber extractus ex pluribꝰ eſt vocitatus
Recte floretus quia flos eſt inde receptus
Et breuiter textus fragrat virtute repletus
Collegi flores non omnes ſed meliores
Quos in virgultis domini vidi bene cultis
Qui non marceſcunt ſeruando dandoqꝫ creſcunt
Ergo dilecte valeas vt viuere recte
Multis proficere domino ſemperqꝫ placere
Suſcipe corde bono florum hos quos tibi dono
Tollent languores tribuent tibi ſemper honores
Si bene dulcores flores retines et odores
Summo cultore florum clemente datore
Dogma ſacre fidei ponit prius ordo libelli
Poſtea precepta ponuntur parte ſecunda
Tertia pars vere monſtrat peccata cauere
Inde docet quarta pars eccleſie ſacramenta
Virtutes quinta mores docet et documenta
Concludit ſexta de morte ſuaqꝫ ſequela

etiaʒ in cuiuſqꝫ alterius operis valida inſtauratione ſm platonem in thimeo. et recitatur ſm boetiū tertio de cōſolatiōe. d. In minimis quoqꝫ rebus diuinuʒ debet implorari auxilium quo pretermiſſo nulluʒ rite fundatur exordium. ¶ Luʒ ex nobis ſimus inſufficientes .ij. ad corint. tertio. ꝙ ſufficiētes ſumus aliquid a nobis quaſi ex nobis excogitare: ſed ſufficientia noſtra a deo eſt. ⁊ Jo. xv. Sine me nihil poteſtis facere. Languens animꝰ in mari lugubriter nauigādo teterrimis agitatꝰ fluctibus nequiēs de ſe rerū ſublimiū optatū attingere poculū ſm Boetium in quinto de cōſolatione ad deū glorioſiſſimū: qui ſue virtutis necnon inenarrabilis potētie diffuſione cuncta dirigit et conſeruat in libro de intelligētijs. xx. cap. humiliter anhelat ſuſpirādo tanꝗ̄ ad ſingulare refugiū. cum quo omnia ſine quo nulla validū ſortiūtur effectū ſm phm. xi. phie. prima Ja. primo. Omne donū optimū ⁊ omne datū perfectuʒ deſurſum eſt. vt mihi qui ſquamis ignorantie varijſqꝫ facinoroſis irretitus maculis veluti temerarius autumno explanatiuā gloſaʒ ſuper cōmendabilē textū floreti cōpilare accumulando ea que in meditatione ſacraꝝ inſerūtur ſcripturarum: intētum ad iniciandū adaperiat: ad mediandū cōfirmat. ad finēqꝫ per optatū deducere concedat. Que licet nō ſit digna prouidētie veſtre: tamen ſi ſincero cordis ſcrinio recōdatur ꝓculdubio nō deſiſtet fructū afferre ꝙplurimū: ergo ⁊c. Regula cunctorū cui vis dans dona ſophie. Lecture ſue perluſtret corda reorū. Te ſine ductore variet labor abſqꝫ valore. Catholico more rogo ſis gloſetur honore. Preſens cōmentum mixꝫ claudēs documētum. Si bene contētum pinguatur corde ſtudentū. Ergo deus vere qui curas quēqꝫ fouere. Lumine gloſantis illuſtres intima mētis. Et hoc quo ad primū. ¶ Venio ad ſcōm in quo habeo proteſtationes inſerere pro poſſe primitus proteſtando ꝙ in executione preſentis lecture nō intēdo aliquid aſſerere qd in aliquo videatur a recto tramite xpiane religionis deuiare ſeu audiētium quouiſmodo pias aures offendere. Quod ſi ex ignorātia in aduertētia ve cōtigerit: quod abſit: ex nūc reuoco retracto annullo ⁊ habeo pro nō dicto me ſubmittēs in dictis dicēdiſqꝫ correctioni necnō limpide determinationi omnium et ſinguloꝝ quos inſtinctu charitatis volo habere exoratos: vt ſi quid reprehenſibile minuſue elegāter expoſitū perſpexerint ſublata prorſus inuidie falce dignētur in partē interpretari meliorē. ¶ Imputando hoc potius gloſantis ignorātie inaduertantieue ꝙ pertinaci malicie. ⁊ attēto ꝙ in omnibꝰ bene agere et in nullo deuiare potiꝰ ſit diui

I
00162

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

nitatis ꝙ humanitatis. In.l.ij.§.ſed q꞉ diuine.C.de ve.iur.enucle. Si aũt in pñti cõpilatione aliquid rite deductũ reperiꝫ non mihi ſed diuine maieſtati gratiarũ actiones dignãter referãt a qua oĩs ſapientia affluenter emanat. Eccli.i. Prouer.ij. Iaco.i.⁊ hoc de ſecundo. Venio ad tertiũ ĩ quo habeo vtilitates huiꝰ libelli declarare cõmẽdabiles꞉quaꝝ aliquas elucidabo. Alias aũt textuali cõmittam diſcurſui.¶ Prima eñi vtilitas põt dici fundamentũ gratie ⁊ glorie cum in hoc libello tractetur primitus de fide q̃ eſt primus habitus ṽtutũ non tempore ſed natura ſm Al.in.v.libro ſui cõpendij. Ipſa eñi eſt firma petra ſupra quam alie fundantur ṽtutes ſine qua impoſſibile eſt placere deo.ad Heb.xi. ſine hoc eñi fundamento oẽ edificium ruinoſum vel nullum cũ vbi fundamentũ non ſit ſupedificari non poſſit de Preſbite.nõ baptiſa. ca. veniens꞉⁊.i.q.i.c.cum paulus.¶ Alia vtilitas eſt ſalubris excitatio ad bonum ⁊ obſeruantia a malo꞉cũ hic tractetur de ꝓceptis decalogi que quicũqꝫ cuſtodierit non experietur quicꝙ mali. Eccle.viij. Qui cuſtodit ꝓceptum non experieꝫ quicꝙ mali. Alia vtilitas eſt inſtructio ad bene viuendũ cũ hic tractetur de ṽtutibus que ſunt qualitates mẽtis quibꝰ recte viuitur ⁊ nemo male vtitur ſm beatũ Aug.in li.de libe.arbi.⁊ ſm phm.ij.ca.v.vbi dr̃ ethi. Virtus eſt que hñtem ꝑficit ⁊ opus eius bonũ reddit.¶ Ipſe eñi virtutes diſponũt habentẽ ad melius ſm Phm.ij.⁊ vij.ethi. Per ſcientiã eñi huius libelli ortaꝫ quiſqꝫ fidelis mala euitare ⁊ bona feruentius operari ꝑ que ad vitam introduciꝫ eternã. Ergo q̃ tenuerit ſciam pñtis commẽti htũs. Prouerb. iij. Alie vtilitates in proſecutione littere manifeſtabũtur de quibus hic cauſa breuitatis ſupſedeo Iſtis tribus punctis taliter qualiter꞉vt premiſi.deductis venio ad littere elucidationeꝫ in hũc qui ſequitur modum.

Incipit liber nomine floretus a beato bernardo clareuallis metrice accumulatus ex pluribus ſacre ſcripture voluminibꝰ ad eruditionẽ vniuſcuiuſqꝫ in fide catholica.¶ In cuius tituli ꝯtinuatoine q̃ttuor tanguntur cauſe ¶ Cauſa materialis cũ dicit floretus.i.flos.receptus ⁊ accumulatꝰ a pluribꝰ ſacre ſcripture voluminibꝰ.¶ Cauſa formalis eſt duplex ſcꝫ forma tractandi ⁊ forma tractatus ſicut in alijs tractatibus꞉⁊ iſta tangiꝫ cũ dicit metrice.¶ Cauſa efficiẽs tangitur ꝑ hoc ꝙ dicit beatus Bernardus clareuallis.¶ Cauſa finalis tangitur ꝑ hoc ꝙ dicit ad eruditionem vniuſcuiuſqꝫ in fide catholica que eſt multiplex꞉vt in alijs libris iſtud pꝫ ſatis oĩ ſciẽtifico. ¶ Notanter enim intitulatur floretus quia vt premiſi iuxta litteram flos ex pluribus voluminibus ſacre ſcripture receptus vel intitulatur floretus quaſi flos aptus ex parte ſui producere ſaltem inſtrumentaliter vnumquemqꝫ ad fructum incomparabilem ſcilicet vitam eternaꝫ Et recte floretus propter tria que flori videntur competere꞉que ſunt lata odorum perfuſio꞉fructus premiatio꞉prefulgens compoſitio. Latus enim eſt ſcientie huius commenti ambitus cum per vniuerſum orbem a cunctis orthodoxis obſeruari nullatenus ambigatur. Cui niſi quiſqꝫ firmiter adheſerit ad vitam eternam peruenire non valebit. Secundum eſt fructus premiatio Illa enim viſio beatificata eſt fructus ille ineſtimabilis quem premiat hic flos immarceſſibilis q̃ eſt ſcientia huius commenti. Tertium quod flori competere dignoſcitur꞉ eſt prefulgens compoſitio.compilatio enim preſentis libelli prefulgens eſt varijs dogmatum coloribus quibus veluti margaritis decoratur precioſiſſimis꞉ergo floretus recte eſt vocitatus que fueruntverba veſtris coram conſpectibus per me a principio propoſita que q̃uis rudi ſtilo contexta꞉ dignemini gratenter ſupportare ſi placet. Nomine floretus ⁊c. Diuiſio littere eſt plana. Conſtructionem littere et gloſam interlinearem remitto pericie latorum cauſa euitandi faſtidium pluribus nimis inſtando.

Credere debemus qui chriſti nomen habemus
Doctrinam chriſti quia nemo ſecus placet iſti
Nec poterit fieri ſaluus nec ſanctus haberi
Dicit enim chriſtus ad celum mox rediturus
Qui baptizatus fuerit valet eſſe beatus
Si bene crediderit aliter ſine fine peribit
Ergo conſtanter credas ac indubitanter
Que docet eccleſia romana petra ſolidata.

Iſte titulus vſqꝫ ad titulum ſequentem diuiditur prima ſui diuiſione in duas partes. In prima parte docet neceſſitatem ⁊ modũ credendi. In ſecunda parte determinat de ſingulis credendis. prima in principio. ſecunda ibi. Articuli fidei. ¶ Iterum prima pars diuiditur in tres. In prima determinat de duodecim articulis fidei habendo reſpectum ad eorum compoſitores qui fuerunt duodecim apoſtoli. In ſecunda parte determinat de nouem articulis habendo reſpectum ad illa que radicaliter tenentur credere. In tertia parte epilogat docendo circumlocutiue quid ſit fides.prima in principio.ſecunda ibi꞉ſed tamen hic aliqui. tertia ibi꞉ hec eſt catholica. Item prima pars diuiditur in tres.in prima facit quod dictum eſt.in ſecunda aſſignat differentiam inter latriam ⁊ duliam.in tertia docet effectum fidei.prima hec eſt catholica.ſecũda ſolus adorandus.tertia vera fides ſaluat cuꝫ ſuis annexis illa eſt diuiſio preſentis tituli ſub breuibus. Prima pars continet duo membra.primum de neceſſitate credendi. ſecundũ de modo credendi.ſecundum membrum ibi. Ergo conſtanter credas que docet eccleſia. Quo ad primum membrum quod eſt de neceſſitate fidei probo tali ratione. Illud eſt neceſſariuꝫ ſine quo nullꝰ poteſt peruenire ad finem ad quem tẽdit ⁊ ordinatur꞉fides eſt huiuſmodi.ergo maior eſt de ſe manifeſta꞉⁊ minor probatur pluribus auctoritatibus.primo auctoritate Anaſtaſij in ſuo ſimbolo dicens. Hec eſt fides catholica quam niſi quiſqꝫ fideliter firmiterqꝫ crediderit ſaluus eſſe non poterit ⁊c. Quod tangitur in littera actoris quando dicit꞉nec poterit fieri ſaluus ⁊c. Et ad hebreos.xi. Sine fide impoſſibile eſt placere deo꞉quod tangitur in littera actoris quando dicit quia nemo ſecus placet iſti.⁊ iohan.iij. Niſi quis renatus fuerit denuo non poteſt videre regnum dei꞉qui enim crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſaluus erit qui vero non crediderit condemnabitur. Marci.xvi.quod tangitur in littera actoris quando dicit.qui baptizatus fuerit valet eſſe beatus. Ergo apparet euidenter ꝙ deſideranti peruenire ad finem peroptatum qui eſt illa fruitio beatifica in qua quieſcunt anime ſanctorum neceſſarium ſit catholica fide ſtabiliri.¶ Quantum ad ſecundum membrum quod eſt de modo credendi. Eſt notandum ꝙ credere articulos fidei explicite non eſt de generali fidei neceſſitate꞉ niſi illis qui aſſumunt officium predicandi ⁊ docendi. Ad cuius confirmationem precipitur. Deuꝫ.xxiiij. Illis qui debebant legere ⁊ docere ꝙ lex lucide ⁊ aperte ſcribatur ſuper lapides qui lapides ſm gloſam ſunt layci et ſimplices. Credere autem implicite omnes articulos non ſufficit ad ſalutem hijs qui ratione vtuntur. Credere autem quoſdam implicite ⁊ quoſdam explicite eſt fidei neceſſarie ad ſalutem Ad illos enim tenentur ratione vtentes explicite credendos꞉quos eccleſiaſticus vſus manifeſtat ſicut eſt de vnitate ⁊ trinitate perſonarum quem poſſunt noſcere ex ipo actu conſignationis ſcilicet. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. Sic etiaꝫ de incarnatione꞉natiuitate꞉paſſione꞉reſurrectione꞉ ⁊ peccatorũ remiſſione꞉quos recognoſcere poſſunt ex ſolẽnitatibus quas eccleſia celebrat꞉necnon ex actibus ſacerdotum꞉ nec in iſtis ignorantia excuſat꞉quia talis ignorantia non poteſt eſſe ſine negligentia vel contemptu vel vtroqꝫ. Alios autem articulos non ita manifeſtos tenentur credere implicite꞉ſicut credit ſancta mater eccleſia Romana petra ſolidata.id eſt claue non errante꞉ita ꝙ in nullo in particulari diſcrepent in.c.firmiter credimus꞉ de ſumma trinitate ⁊ fide catholica. Unde gloſa.ſuper illud Iohan.vi. Colligite que ſuperauerunt fragmenta dicit framenta ſunt ſecreta miſteria que populus communis non poteſt capere꞉⁊ hec ſm Bonauenturam in.iij.ſententiarum hoc ſatis tangit auctor noſter in littera ſua per hoc quod dicit꞉que docet eccleſia petra ſolidata. Petra enim dicitur chriſtus prima ad Corinthi.x. Petra autem erat chriſtus.

Sequitur textus.

Articuli fidei bis ſex ſunt corde tenendi
Quos chriſti ſocij docuerunt pneumate pleni
Credo deum patrem petrus inquit cuncta creantem
Andreas dixit ego credo deum fore chriſtum
Conceptuꝫ natum iacobus꞉ paſſumqꝫ iohannes
Infera philippus fregit꞉thomaſqꝫ reuixit
Scandit bartholomeus꞉veniet cenſere matheus.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Pneuma minoꝛ iacobus. ſymon peccata remittit
Reſtituit iudas carnem. vitā〈q〉ꝫ mathias.

ij. ¶ In qua parte actoꝛ noſter determinat de ſingulis articulis fidei habendo reſpectū ad eorum compoſitoꝛes qui fuerunt duodecim apoſtoli. d. ꝙ iſto reſpectu ſunt duodecim articuli ꝓut conſtat in eoꝛumdem apoſtoloꝛum ſymbolo. ¶ Credo in deum patrem omnipotentem ⁊c. hoꝛum duodecim articuloꝛum figura habetur. Joſue. x. ⁊ Apocal. xij. Joſue. x. habetur ꝙ duodecim viri per quos figurantur duodecim apoſtoli poꝛtauerunt de medio Joꝛdanis alueo id ē de media ſcripture ſacre. Pꝛofunditate vbi ſteterunt pedes ſacerdotum. i. affectiones ſanctoꝝ patrum. Duodecim lapides duriſſimos per quos figurantur duodecim partes ſymboli q̄ ſunt firme ⁊ immutabiles ⁊ poſuerunt in loco vbi caſtrametati ſunt. i. eccleſia q̄ eſt vt caſtroꝝ acies oꝛdinata. Cant. vi. vt fideles reſiſtāt dyabolo foꝛtes in fide pꝛima. Petri. v. vigilate quia aduerſarius veſter dyabolus tanꝙ leo rugiens circuit querens quē deuoꝛet: ⁊ ſequit̃ remediū quādo dicitur cui reſiſtite foꝛtes in fide ⁊c. Apoc. xij. habetur ꝙ mulier amicta ſole ⁊ luna ſub pedibꝰ eius habebat coꝛonam duodecim ſtellaꝝ. Mulier illa eſt eccleſia que eſt amicta ſole. i. fulgida diuinitate: ⁊ Malach. ij. Oꝛietur nobis timentibus deum ſol iuſticie. Coꝛona dicitur fides in qua micant duodecim ſtelle. id eſt duodecim articuli fidei qui dicuntur ſtelle eo ꝙ illuminant obſcuritatem mentis.

Ante ꝙ aggrediar ſinguloꝛum articuloꝛum declarationem intēdo reſerare quid ſit ſymbolum. quid articulus. que ſint cauſe ſymboli contentoꝛum ne in eo ⁊ q̄ ſint antecedentia fidem ſequentia ⁊ concurrentia cum fide. iij. Quantum ad pꝛimum eſt notandum ꝙ ſymbolum eſt omnium apoſtoloꝛum ſimul vna ſententia ⁊ dicitur a ſym quod eſt ſimul ⁊ bole ſententia quaſi per vnicam apoſtoloꝛum ſententiam conſtitutū ⁊ totū a quolꝫ appꝛobatum ſm Bonauen. ¶ Quantum ad ſecundum eſt notandum ꝙ articulus eſt indicialis veritas de deo artans nos ad credendum. Quantū ad tertiū eſt notandum ꝙ quadruplex cauſa reperitur iſtius ſymboli. materialis. efficiens. foꝛmalis. ⁊ finalis. Materialis fuit illa veritas q̄ deus eſt: ⁊ de deo. vn̄ ſicut res viſa eſt materia viſionis ita credita veritas eſt materia fidei. de qua ṽitate habet̃ Johā. xvij. Sermo tuus veritas eſt: ⁊ eodē. viij. Si veritatem dico vobis quare nō creditis mihi. Cauſa efficiens fuit duplex pꝛincipalis ⁊ ſecundaria. Pꝛincipalis fuit ſpūſſanctꝰ Actuū. ij. Ceperunt loqui ꝓut ſpūſſanctus dabat eloqui illis. Cauſa efficiens ſecundaria fuerūt apoſtoli iuxta intitulationem ſymboli. Cauſa foꝛmalis fuit: ⁊ eſt vnio coꝛdiū in veritate credita. Coꝛda eñ vnū ſunt q̄ñ vni veritati eodem modo cōſentiunt. Vn̄ Act. x. Multitudinis credentiū erat coꝛ vnū ⁊ anima vna. ¶ Cauſa finalis fuit inſtructio fidelium in illis que debent credere. iij. ¶ Quantum ad quartum eſt notandum ꝙ quedam ſunt antecedentia ad fidem: vt ea q̄ ſunt de iure naturali que expꝛimuntur in decalogo. que tenemur credere quia ſupponūtur a fide vt ꝙ tranſgreſſio cuiuſlibet p̄cepti ſit peccatum moꝛtale: quedā ſunt ſequentia fidē ⁊ iſta ſūt in duplici differētia: quia quedā ſunt reducibilia ad articulos ſpecialiter ⁊ illa tenemur credere vt deum eſſe vbiꝙ quod reducit̃ ad pꝛimū articulū. ¶ Credo in deū patrē oīpotentem ⁊c. Alia ſunt que non ſunt reducibilia ad articulos ſpecialiter ⁊ tñ tenemur ea credere cum ſint determinata ab eccleſia vel in ſacra ſcriptura vt antixp̄m eſſe venturum: tamen poteſt reduci ad iſtū articulum. Eccleſiam catholicam: quia eccleſia catholica illud aſſerit eſſe verū. Quedam ſunt cōcurrentia ſimul cum ipſa fide: vt articuli. v. Nunc venio ad ſinguloꝛum articuloꝛum declarationem dicens iuxta litteram actoꝛum. ꝙ pꝛimus articulus eſt. ¶ Credere in deum patrem omnipotentem creatoꝛem celi ⁊ terre. Quem compoſuit beatus Petrus de quo Jeremie tertio. Patrem vocabis me et poſt me ingredi non ceſſabis: per illum pꝛimum articulum. Credo in deū excluditur duplex erroꝛ ſcilicet erroꝛ gentilium qui non credunt in deum ſed in ydolum. Unde ps. Simulachꝛa gentium argentum ⁊ aurum. Item excluditur erroꝛ manicheoꝛum. qui ponebant duo pꝛincipia ſiue duos deos. ſcilicet deū lucis: et deum tenebꝛarum. vnum dicunt pꝛincipium boni. alium pꝛincipium mali. vi.

Queritur cum tria ſint que appꝛopꝛiantur tribus perſonis ſcꝫ potentia patri. ſapientia filio bonitas ſpirituiſancto. quare d̾ eſſe articulꝰ illud qđ appꝛopꝛiat̃ patri. ⁊ nō illud qđ appꝛopꝛiatur filio ⁊ ſpirituiſancto. nō eñ dicitur filꝰ ſapiēs eſſe articulꝰ nec ſpiritus bonꝰ: ſꝫ bene dicitur pater omnipotens. ¶ Solutio ſapientia ⁊ bonitas nō dicūtur articuli eſſe: q̄ per appoſitos articulos intelligūtur per incarnationē eñ ⁊ paſſionē ſapiētia oſtēditur. ſicut dicit Augu ſuper Johan. Pꝛudētia eius deuicit dyabolum ⁊ ſupbiam eius. Item in illo articulo. Judicare viuos ⁊ moꝛtuos intelligitur ſapiētia. Nam ſapiētis eſt iudicare. ¶ Itē in illis articulis. Remiſſionem peccatoꝝ carnis reſurrectionē vitam eternam. intelligitur ſumma bonitas. Aliam cauſam remitto ſufficiētioꝛi. Cum deꝰ nō poſſit peccare nec facere ſibi equalē ⁊c. Uidetur ꝙ nō mereatur dici omnipotēs. vij. Solutio. Actꝰ culpabiles in deo non cadūt vt peccare ⁊ ſimilia nec penales vt metuere dolere. Item actꝰ incōuenietes nō cadūt in deo. Pꝛo quo eſt notādum ꝙ actꝰ dicitur incōueniēs tripliciter. Uno modo q̄ cōtradicit diuine potētie vt facere maioꝛē ſe vel ſibi equalē. Scđo modo q̄ actꝰ cōtradicit eius veritati: vt facere idē ſimul eſſe ⁊ non eſſe vel p̄teritum futuꝝ. Tertio modo q̄ actꝰ cōtradicit eius bonitati vt dāpnare beatū Petrū ⁊ ſaluare Judā ⁊ hoc ſm Al. in ſuo cōpen. ⁊ Bonauēturam .viij.

Queritur de verbo augu. di. ꝙ credere in deū eſt credēdo amare credēdo i eū ire credendo adhere credēdo incoꝛpoꝛari. Solutio quadruplex eſt actꝰ annexꝰ fidei. ſm ꝙ iūgit̃ charitati. Nam fides ꝓut eſt iūcta charitati oꝛdinat ad amādum deū. ad faciendū bonū. ad ſuſtinēdum malū: ad diligendū pꝛoximū: quaſi dicat idem Auguſti. Credere in deū eſt credēdo amare ꝗtum ad effectū credendo ire in eum ꝗtum ad bonū opꝰ credēdo adherere: ꝗtum ad tollerendam credendo incoꝛpoꝛari membꝛis: quantum ad dilectionem pꝛoximi et hoc ſm Bonauenturam. Sequitur illud. Creatoꝛem celi et terre quod ſumitur a pꝛimo capitulo Gene. vbi dicitur in pꝛincipio creauit deus celum ⁊ terram. per celum intelligitur celū empireū ⁊ ſpūales creature q̄ in ipſo cōtinētur: per terrā intelligūtur oīa viſibilia.

Queritur an exiſtēs in pctō moꝛtali poſſit dicere credo in deū ſine pctō: ⁊ videt̃ ꝙ nō per gloſam ſup illud ad Romanos quarto. credēti in eū: vbi d̾ ꝙ credere in eū eſt in eū ire credendo ⁊ credēdo amare qđ idē eſt ꝙ eſſe in charitate qđ nō cōpetit exiſtēti in peccato moꝛtali. ¶ Solutio ſicut exiſtēs in ſupꝛemo odio nō peccat dicēdo oꝛōem dñicam q̄ nō dicit eam in ꝑſona ſua: ſꝫ in ꝑſona eccleſie. Sic exiſtēs in pctō moꝛtali nō mētitur dicēdo credo in deum. Similis reſpōſio pōt dari de malo paſtoꝛe. d. Ego ſum paſtoꝛ bonꝰ.

Secundus articulus eſt de perſona filij dei ibi. Et in ieſum xp̄m filium eius vnicum dominū noſtrum. Quem cōpoſuit beatus Andreas. De quo pſalmiſta pſalmo ſecundo. Filius meus eſt tu ego hodie genui te. Cuius articuli ſenſus eſt. filium eius id eſt patris vnicū. id eſt vnigenitū in quo monſtratur ꝙ ꝗuis filius pꝛocedat a parte et ſpirituiſancto. tamen ſpiritusſanctus non eſt filius: quia non pꝛocedit ꝑ modū generatiōis ſꝫ ſpiratōis. x. Pꝛo quo eſt notandū ꝙ duplex ē emanatio in diuinis vna ꝑ modū nature ⁊ hec eſt gñatio ſm quā filꝰ eſt a patre. ¶ Alia emanatio eſt ꝑ modū volūtatis ⁊ hec d̾ ꝓceſſio ſeu ſpiratio ſm quā ſpiritusſanctꝰ eſt a patre ⁊ filio tanꝙ ab vno pꝛincipio ⁊ d̾ illa emanatio ꝑ modū voluntatis: q̄ ſpiritusſanctꝰ amoꝛ eſt ⁊ amoꝛ eſt ſm volūtatem ⁊c.

Tertius articulus eſt credere in conceptionem eius de ſpiritu ſancto ⁊ natiuitatem ex maria virgine ibi. Qui conceptus eſt de ſpirituſancto natus eſt ex maria virgine quem compoſuit Jacobus maioꝛ. De quo Yſa. ſeptimo. Ecce virgo concipiet et pariet filium ⁊ vocabitur nomen eiꝰ emanuel. Tamen Bonauen. et plures alij ſolennes doctoꝛes tenent ꝙ concipi de ſpirituſancto ⁊ naſci ex maria virgine ſint duo articuli. Et licet dicatur conceptus de ſpirituſancto: non tamen dicitur filius ſpiritusſancti. cum illa conceptio fuerit ſolum cooperatōne ſpiritusſancti: vt habetur quarta diſtincti. tertij ſenten. vbi dicitur ꝙ ſpiritusſanctus in inſtāti cumulauit in beata virgine. qđ puriſſimū erat in ea. Indeꝙ foꝛmauit coꝛpus xp̄i. ⁊ eodē inſtāti anima fuit infuſa vt tacito eſſet verus deus ⁊ verꝰ homo. ¶ Non eñ fuit infuſa anima circa quadrageſimā diem a ꝯceptōe ſicut in alijs: immo filꝰ dei hoīem vnū aſſumpſit per magiſtrū ſcđa diſt. tertij ſentē. Et idē Auguſtinꝰ in libꝛo de fide ad Petrū. Vn̄ gregoꝛiꝰ āgelo annūciate ⁊ ſctō ſpiritu aduenīete mox intra vteꝝ verbū factū eſt caro. xi. Pꝛo quo ē notādū ꝙ verbū caro factum eſt quinꝙ modis ſm carnem: q̄ ſm veritatem carnis. Yſaie quinquage-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſimotertio.ꝑter carnē:q: ꝑter operationem carnalem. Mathei primo quod in ea natum eſt de
ſpiritusſancto eſt. ſupra carnem q: meritis noſtris non exigētibus ad Titū tertio. Nō ex operib⁹
iuſticie que fecimus nos:ſed ſm ſuam miam ſaluos nos fecit. Propť carnē q: ad ſeruandā car
nem ⁊ hoc ꝙtum ad fideles efficiēter licet ꝙtum ad oēs etiā ſufficiēter ideo vocatū eſt nomen
eius ieſus:q: saluū fecit populū ſuū. Luc.ij. Contra carnē q: ad maiorē dānationē infidelium.
Vñ Joh.xv. Si non veniſſem ⁊ locutus eis non fuiſſem pctm̄ non haberēt. Vñ Jeremie.xxx.
Nouum faciet ſuper terram. femina circundabit virum. Et ſi aliquis argueret contra illū articu
lum. Natus ex maria virgine ſic. Math.i. habetur peperit filium ſuū ꝑmogenitum. Sed ꝑm⁹
dicitur reſpectu ſecundi:ergo Maria habuit alium filium a xpo. xij. Solutio ꝑmū dicif duob⁹
modis. Uno modo per abnegationem priorū ⁊ ſic eſt ſenſus peperit filiū ſuū ꝑmogenitū ante
ꝙ nullū.i.ſolum vnicum. ¶ Alio modo dicitur primum reſpectu poſterioris ⁊ ſic eſt ſenſus pe
perit filium ſuum ꝑmogenitum.i.poſtꝙ peperit alium:⁊ ſic non intelligitur. xiij.

Queritur vtrū xp̄s verā carnem habuerit. Solutio. dicēdum eſt ꝙ ſic iuxta illud Luc.
xxiiij. palpate ⁊ videte qm̄ ſpūs carnem ⁊ oſſa non habet ſicut me videtis hr̄e. xiiij.

Queritur vtrū xp̄s aſſumpſerit animam rationalē cum potētijs eius. Solutio dicēdū
eſt ꝙ ſic vt habetur in ſymbolo anaſtaſij vbi dicitur. Perfectus deus ⁊ perfectus homo ⁊c. ⁊ ma
thei.xxvi. habetur ꝙ dominus noſter dixit. Triſtis eſt anima mea vſq3 ad mortem. Non enim
eſſet ꝑfectus homo ſine anima rationali potentijſq3 eius. ¶ Item ſi diuinitas fuiſſet ei loco aīe
non dixiſſet Triſtis eſt aīa mea. Et ſi obijciatur illud Joh.i. Verbū caro factū eſt. Reſpondetur
ꝙ Johannes deſcripſit myſteriū incarnationis ex ꝑte carnis ꝑ ſynodochē. Quia natura carna
lis eſt nobis notior ꝙ ſpūalis. totū em̄ hoīem aſſumpſit:vt totum curaret ⁊ ſanctificaret. in ter
tio ſen. Vñ Johan̄. Damaſce. oīa que in noſtra natura plantauit dei verbū aſſumpſit corpus
⁊ aīam intellectualē ⁊c. Unde in cōſilio Niceno vnius ſubſtantie credimus deū patrē ⁊ filium
⁊ ſpm̄ſanctum. nō tamen dicimus trinitatis vnitatē maria virgo genuerit:ſed tantum filium q
ſolus naturam noſtram in vnitatem ſue perſone aſſumpſit. incarnationem quoq3 huius filij dei
tota trinitas operatam eſſe credendum eſt ⁊c. ¶ Quia opera trinitatis indiuiſa ſunt adextra:q:
quicquid vna perſona operatur ⁊ alia exemplum habemus in tribus domicellis induentibus
tertiā ipſaꝝ veſtibus ſuis de quibus poteſt dici, ꝙ quicquid facit vna facit alia. Tamen vna ſola
induitur. Sic ſolus filius incarnatur. xv. Pro quo eſt notandum ꝙ opus incarnationis qn̄q3 at
tribuif patri:vt ad Galathas.iiij. qm̄ venit plenitudo temporis. Miſit dn̄s filiū ſuū qn̄q3 attri
buitur filio. Jo.xvi. Exiui a patre ⁊ veni in mundū:quandoq3 attribuitur ſpūiſancto:vt in ſym
bolo. Qui cōceptus eſt de ſpiritusſancto ⁊c. Et hoc ideo dicitur q: opus incarnationis fuit maxi
me ſapientie potentie ⁊ bonitatis que tribus perſonis attribuuntur. ¶ Nota tamē ſuper iſtud
Exiui a patre ⁊ veni in mundum ꝙ non debet intelligi loci mutatio:ſed nature humane aſſum
ptio:q: ipſius mitti non eſt eſſe vbi prius non fuit. Sed aliter ⁊ h̄ rōne nature aſſumpte. vñ ſm
ph̄m in.iij. phiſicoꝝ ⁊ in.iiij. In loci mutatione exigitur eſſe vbi prius nō erat:modo ſic de filio
dei non poteſt dici. xvi.

Queritur q̄ fuit precipua cauſa incarnatiōis domini. Solutio. reparatio hūani gn̄is
fuit quia niſi ouem ſuam deus perdidiſſet de celo ad terram non deſcendiſſet. vñ Auguſtin⁹ ſu
per illud Johannis.xi Ecce quem amas infirmatur. ¶ Si peccatores deus non amaret de celo
ad terram non deſcendiſſet. Et ſuper illud Math.xviij. Uenit filius hominis ſaluare quod pe
rierat. Si homo non periſſet:filius hominis non veniſſet. xvij.

Queritur quare fili⁹ potius ſit incarnatus ꝙ pater vel ſpiritusſanctus. Sol. ſm Au.
quia homo lapſus eſt appetendo dei ſimilitudinē ⁊ equalitatē que filio attribuuntur reſpectu
patris. ideo ſicut homo ſumpſit ad hoc occaſionē lapſus ita debuit de cōgruitate ſumere repa
rationem ſm Bern̄. ſup illud Jone.i. Tollite me ⁊ mittite in mare ⁊ ceſſabit tempeſtas ⁊c.
¶ Alia cauſa quare filius potius incarnatus fuit:q: filius eſt verbum dei patris. Et ſicut ad in
tentionis manifeſtationem verbū intelligibile copulatur voci ſenſibili ſic ad diuinam reuelati
onem verbum patris congruū fuit vniri carni. vnde Johannis.xvij. Pater manifeſtaui nomen
tuum hominibus ⁊c. ¶ Alia cauſa quia conuenientius mittitur qui eſt ab alio ſicut filius:ꝙ qui
eſt a nullo vt eſt pr̄ in diuis. Etiā ſi pr̄ fuiſſet carnat⁹ nulla ꝑſona fuiſſet ſine ꝑncipio. ¶ Alia cā
q: ſi ſpūſſctūs fuiſſet incarnatus aut pater tūc eſſent duo filij ¶ Alia cā quia medius inter per

ſonas debuit eſſe mediator dei ⁊ hominū:quia ſm magiſtrū ſententiarū chriſtus ſm humanita
tem ⁊ non diuinitatem dicitur mediator inter nos ⁊ deum. vnde Auguſtinus. Mediatorū me
diatorē inter nos ⁊ deum mortem oportuit habere tranſeuntem ⁊ beatitudinē permanentem
⁊ horum vterq3 competit xp̄o ſm hūanā nām. ¶ Alia cauſa quia ymago debuit per ymaginem
reparari. ¶ Pro quo eſt notandum ꝙ triplex eſt ymago ſcilicet equalitatis vt filius. imitationis
vt homo. repreſentationis vt mundus. vnde Gen̄.i. Faciamus hominem ⁊c. ¶ Alia cauſa quia
congruentius ſonat filium ſupplicare patri ꝙ aliam perſonam. ¶ Alia ratio quia deus pater ꝑ
ipſum oīa fecit. Joh.i. Et alibi. oīa in ſapientia feciſti.i.in filio:⁊ ad Heb.ij. Decebat em̄ eum ꝑ
quem omnia ⁊ propter quē omnia qui multos filios in gloriā adduxerat ꝓ omnibus guſtaret
mortē ideo congruentius erat vt per ipſum filium repararetur humanum genus. Item vt qui
filius erat in dūnitate eſſet filius in humanitate. xviij. ¶ Queritur quare incarnationem filij dei
preceſſit angelica annunciatio. ¶ Solutio. dicendum ꝙ incarnationem debuit precedere ange
lica annunciatio ſicut hominis preuaricationem preceſſit dyabolica temptatio vt ſic ordo repa
rationis correſpondeat ordini preuaricationis. Unde ſicut dyabolus tentauit mulierem vt eā
traheret ad dubitationem: et per dubitationem ad conſenſum:et per conſenſum ad lapſum:
ſic angelus nunciauit virgini vt nunciando excitaret ad fidem: et per fidem ad conſenſum: ⁊ ꝑ
conſenſum ad concipiendum dei filium per ſpiritūſſanctum. ¶ Alia cauſa poteſt eſſe quia beata
virgo pro tunc erat in ſtatu viatricis et angelus in ſtatu comprehenſoris ⁊ ideo pro tunc clari
us cognoſcebat ꝙ beata virgo quia deum videbat facie ad faciem. Beata autem virgo per
ſpeculum ⁊ in enigmate. Et ponitur iſta pro ſolutione vnius rationis que poſſet fieri talis de
us vicinior erat cordi beate virginis ſm gratiam ꝙ angelice menti ergo potius debuit tranſi
re illuminatio per beatam virginem ad angelum ꝙ econuerſo. ¶ Alia cauſa poteſt eſſe ſeu con
gruentie ratio:quia incarnatio ⁊ generis humani redemptio non tantum faciebant ad repara
tionem lapſus humani. verumetiam ad reparationem angelice ruine:et ideo angeli beati non
debuerunt excludi in miſterio in carnatōis in quo fuit cōcurſus angeli annūciantis virginis cō
cipientis et verbi dei carnem aſſumentis. xix. ¶ Queritur quare chriſtus tantum diſtulit incar
nari. Solutio. Multiplex eſt cauſa vna propter manifeſtationem diuine iuſticie que tantos cla
mores ⁊ luctus ſuſtinuit tanto tempore anteꝙ deſcenderet vt peccatum hominis puniretur.
¶ Alia cauſa vt homo de lege ſcripta ⁊ naturali conuinceretur ⁊ ſic comperto ꝙ nec ſic nec ſic
ſaluari poterat cum omnes ad inferos deſcenderent conuictus confugeret ad diuinam gratiā
⁊ ſic efficatius curaretur quoniā morbus ſpiritualis non curatur efficaciter niſi cognitus.
¶ Alia cauſa propter incarnationis beneficium amplius commendandum:quia quod diutius
deſideratur precioſius reputatur dum obtinetur. ¶ Alia cauſa vt ſicut primus homo fuit con
ditus ſexta die ad totius mundi complementum ſic deus homo fieret in ſexta etate ad totius
creature perfectionem. xx. ¶ Per verbum enim incarnatum facta eſt humani generis repara
tio:non quia aliter ſaluari non poſſet homo:ſed quia nullus alius modus ita congruus fuit. vñ
magiſter ſententiarum gratia tantum eſt aſſumpta illa anima ⁊ illa caro a verbo dei. Et Augu
ſtinus decimotertio de trinitate in rebus per tempus ortis illa ſumma gratia eſt ꝙ homo in
vnitate perſone coniunctus eſt deo ⁊ idem auguſtinus ibidem de trinitate. poterat vtiq3 deus
aliunde hominem ſuſcipere in quo eſſet mediator dei ⁊ hominum non de genere illius ade qui
pctō ſuo obligauit genus humanum ſicut ipſum quem prius creauerat non de genere alicuius
creauit ergo de ꝯgruitate fuit ſic aſſūpta a filio dei hūana natura. Cōgruebat ille modus repa
tori quoniam decebat oſtendere ſuam potentiam ſapientiam et bonitatem. ¶ Quid enim
potentius ꝙ coniungere duo extrema ſumme diſtantia. id eſt creatorem ⁊ creaturam. magna
enim fuit potentia in coniunctione diſparium elementorum maior in coniunctione illorum ad
ſpiritum creatum. maxima in coniunctione illorum omnium ad ſpiritum increatum vbi eſt ma
xima diſparitas. Quid vero ſapientius ꝙ quod ad perfectionem vniuerſi fieret coniunctio pri
mi ⁊ vltimi hoc eſt verbi dei quod eſt omnium principium humane nature que in operibus
ſex dierum fuit vltima omnium creaturarum vt habetur Geneſis primo. Quid enim beniuolē
tius ꝙ creator omnium rerum communicare ſe voluit rebus creatis. Congruebat etiam ille
modus ipſi reparabili quia homo per peccatum corruit in infirmitatem maliciam ⁊ ignoranti
am per que ineptus factus eſt ad virtutem diuinam imitandam. ad veritatem cognoſcendam
⁊ ad bonitatem diligendam:⁊ ideo deus homo factus eſt per quod reddidit ſe homini imitabi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

lem cognoſcibilem et amabilem. Congruebat etiam ille modus reparationi noſtre quo dominus in forma ſerui procreauit ſalutem ſerui. Congruebat enim ſimiliter quia ſicut preuaricator abſtulerat nobis deum reparator redderet nobis deum. Item vt propbetie adimplerentur. vnde Yſaie quinquageſimo ſecundo. Ego ipſe qui loquebar ecce aſſum. abacuth ſecundo capitulo. apparebit in fine et non mentetur. ¶ Item ad vitandum inconueniens quia ſi dominus incarnari non potuit neſciuit vel noluit videntur enim in ipſo impotentia ignorantia vel inuidia quod abſit. Item alia cauſa incarnationis de congruitate poteſt eſſe vt tanta eſſet bumilitas in redemptore quanta fuit ſuperbia in preuaricatore: quia tanta ſuperbia fuit in bomine vt vellet eſſe vt deus. tanta autem bumilitas in deo vt vellet fieri bomo. Et quia non potuit bumiliari in natura diuina aſſumpſit aliam naturam ſcilicet bumanam. Item vt noſtrum amorem excitaret et ſpem erigeret ſicut in diuinitate vna eſt eſſentia et tres ſunt perſone ita in chriſto eſt econuerſo ſcilicet vna perſona et tres eſſentie ſcilicet diuintas anima et caro boc eſt eternum nouum et antiquum. diuinitas eſt eterna. anima noua: quia in aſſumptione creata: caro vero antiqua: quia ab adã propagata. Et chriſtus ſm naturam diuinitatis eſt genitus: ſm animam creatus. ſm carnem factus. xxi. Item eſt notandum ꝙ vnio fuit triplex in chriſto. ſcilicet diuinitatis ad animam et econuerſo deitatis ad carnem et anime ad carnem. due prime ſemper manſerunt: tertia ſeparata fuit in morte et fuit bec vnio in vnitate perſone non bumane nec diuine: ſed perſone filij. Pro quo eſt notandum ꝙ ad eſſe perſone triplex exigitur diſtinctio: ſcilicet ſingularitas naturalis: incommunicabilitas et excellentia. xxij. Propter primum nullum vniuerſale eſt perſona: propter ſcdm anima non eſt perſona. propter tertium chriſtus ſm ꝙ bomo nõ eſt perſona. Item eſt notandũ ꝙ compoſitio proprie eſt corporum cõiunctio corporis ⁊ anime vnio eſt diuine nature ad bumanam. xxiij. Itẽ eſt notandũ ꝙ quinqꝫ fuerunt ſtatus primi bominis ⁊ de quolibet ſtatu accepit xp̃s aliquid. ¶ Primus ſtatus fuit innocentie de quo accepit immunitatem peccati. Secũdus ſtatus fuit gratie de quo accepit plenitudinem gratie. ¶ Tertius fuit culpe de quo accepit recompenſationem pene. Quartus fuit penitentie de quo accepit panem doloris et triſticie. ¶ Quintus fuit glorie de quo accepit plenam fruitionem. xxiiij. Et quia dicitur in primo articulo. Natus ex maria virgine. Eſt notandum ꝙ triplex eſt chriſti natiuitas. diuina. bumana: et gratuita. prima eſt ex patre. ſecunda ex matre. tertia in mente fit. De patre naſcitur eternaliter. de matre temporaliter. in mente ſpiritualiter per gratiam. ¶ Has tres natiuitates repreſentat eccleſia in die natiuitatis xp̃i in tribus miſſis. In prima que dr̃ in media nocte ⁊c. vide in. c. de ſacramento eucbariſtie. xxv. Queritur vtrũ aliqua pura creatura potuiſſet ſatiſfacere pro toto bumano genere. Solutio. de duob⁹ cõſueuit fieri ſatiſfactio. ſ. iniuria ⁊ d̃ de dãpno. Iniuriã deo factã nulla creatura potuiſſet nec poſſet recõpenſare ob excellẽtiſſimam eius diuinitatem. De dãpno nullus purus bõ potuiſſet nec poſſet ſatiſfacere: quia non potuiſſet nec poſſet toti bumano generi equipollere nec ſimiliter alia pura creatura poſſet dãpnũ recõpenſare qd̃ ſi poſſet nõ tñ ſatiſfaceret qꝛ ad illũ ſpectat ſatiſfactio ad quem ſpectat tranſgreſſio ⁊c. xxvi. Queritur vtrum maior congruitas ſit diuine nature ad vnionem cum bumana ꝙ̃ cum angelica. Solutio dicendũ eſt ꝙ ſic. primo quia bomo magis indigebat: quia locus lapſus erat. Item quia angelus ſine medio ſuggerente eleuatus in ſuperbiam cecidit. bomo autem dyabolica ſuggeſtione corruit. Item bomo nõ fuit obſtinatus ſicut angeli mali ſꝫ ſuam culpam cognouit penitẽtiam egit. modo diuina miſericordia non deliberat eos qui nolũt penitere. vnde augu. qui creauit te ſine te nõ iuſtificabit te ſine te. Itẽ dicit grego. ꝙ natura bumana cõmunicat cũ omni creatura et ſic omnis natura exaltatur dum in ſuo ſimili diuinitati vnit̃. Item quia quando aliquis deuenit ad terminum vie ſue non poteſt deflecti ab illo fine cui inbeſit ſiue ſit bonus ſiue ſit malus. Finis autem vie bominis eſt mors ſua finis autem angeli eſt terminus ſue electionis qua bono adbeſit ſiue malo. ¶ Unde ſicut bomines in bono vel in malo confirmãtur poſt mortem: ita angeli poſt conuerſionem vel euerſionem. Unde eadem ratio obſtinationis inuenitur in bominibus damnatis et angelis peccantibus quia ſm Damaſcenum qd̃ eſt in angelis caſus boc eſt in bominib⁹ mors. Et ideo angeli caſus fuit irreparabilis ⁊c

Queritur quomodo intelligitur illud apoſtoli ad galathas quarto. et Epheſios primo factum ſub lege quia dicitur in ſymbolo genitum non factum. ¶ Solutio. Chriſtus ſm diuinam naturam eſt genitus non factus quia non eſt creatura: ſed ſm bumanã naturam ita eſt genitus ꝙ factus faciente diuina virtute. Item xp̃s non fuit ſub lege ꝙ̃tum ad cauſam ſicut illi qui nati ſunt ſub peccato: nec ad motiuum ſicut illi qui timore ſeruiunt: ſed ſolum fuit ſub lege ꝙ̃tum ad obſeruantiã. aliter tamen ꝙ̃ alij bomines qui ſeruant legem ꝓpter obedientiam obligatoriam: qꝛ chriſtus ſeruauit legem ꝙ̃tum ad obedientiam ſpontaneam ꝓpter exemplum obedientie. xxviij.

Queritur vtrum xp̃s aſſumpſerit oẽs defectus noſtros. ¶ Solutio. Chriſtus erat miniſter iuſticie ſegregatus a pctõ: ideo nõ ſumpſit defectus q̃ ſunt via ad culpã vt pronitas ad malũ difficultas ad bonũ ⁊ ſilia ⁊c. Defectus vo naturales aſſumpſit: vt famẽ: ſitim ⁊c. ſm cõpendiũ tbeologie cũ pene ſint exercitatiue virtutis ꝑfecte ⁊ teſtificatiue bumane nature nõ ſimulate aſſumpſit penalitates tam corporales ꝙ̃ ſpũales que reſpiciũt nãm noſtrã in cõmuni ſicut famẽ ⁊ ſitim in abſentia alimenti calorẽ frigus fatigationẽ ⁊ buiuſmodi: nec tamẽ omnes defectus corꝑales aſſumpſit: vt egritudines multiformes: neqꝫ omnes defectus ſpũales: ſicut ſunt peccata ignorantia rebellio carnis ad ſpiritum ⁊c. Chriſtus enim ſic penalitates ſuſcepit voluntarie ⁊ nullomodo inuite. xxix.

Queritur vtrum in xp̃o fuerint defectus a natura vl' a voluntate. ¶ Solutio. Penalitates ſunt in nobis contracte ex concurſu duorum: videlicet ꝓpagationis nature ⁊ corꝑis concupiſcentie quorum neutrum fuit in chriſto: ⁊ ideo non fuerunt in chriſto defectus neceſſitate generationis ſed voluntate diſpenſionis: voluntate in quem diuina preueniẽte voluntarie bumana concomitante ⁊c. xxx.

Quartus articulus eſt credere in eius paſſionem: ibi paſſus ſub pontio pylato crucifixus mortuus ⁊ ſepultus. Quẽ cõpoſuit ſanctus iohãnes euangeliſta. de quo Danielis. ix. Poſt ebdomadas. lxij. occidetur chriſtus quẽ iudas ſcarioth tradidit ⁊ poncius pylatus morti adiudicauit. ¶ Legit̃ enim de iuda in quadã byſtoria lꝫ apocrifa ꝙ fuit quidã vir in bieruſalem noie Ruben qui alio noie dictus eſt Symeon de tribu iuda. Vel ſm bieronymũ de tribu yſachar qui babebat vxorẽ nuncupatã ciboream. Quadã ergo nocte cum ſibi debitũ mutuo exoluiſſent ciborea obdormiens ſomniũ vidit quod ꝑterrita gemitibus ⁊ ſuſpirijs viro ſuo retulit dicens. Videbat̃ mibi ꝙ filium flagitioſiſſimũ parerẽ qui totius gẽtis noſtre ꝑditionis cauſa exiſteret. Cui ruben nepbariã inquit rem nec relatu dignã ꝓfaris ⁊ ſpiritu vt puto pbitonico raperis. Cui illa. Si me cõcepiſſe ſenſero ⁊ filiũ perperero abſqꝫ dubio non ſpirit⁹ pbitonicus extitit: ſed reuelatio certa fuit. Procedente igitur tẽpore cum filiũ peperiſſet parẽtes plurimũ timuerunt ⁊ quid de eo facerent cogitare ceperunt. Cumqꝫ filiũ occidere abborrerent: nec vellent deſtructorẽ ſui generis enutrire ipm̃ in fiſcella poſitum mari exponũt quẽ marini fluctus ad inſulam que ſcarioth dicit̃ ꝓtulerunt ⁊ ab illa inſula iudas ſcarioth appellatur. Regina aũt loci illi⁹ carẽs liberis ad littus maris cauſa ſpaciãdi ꝓceſſit: ⁊ fiſcellã a marinis fluctibus iactari videns ipãm aperiri fecit: inueniẽſqꝫ ibidem puerũ elegantis forme ſuſpirans ait. O ſi ſolatijs tante ſubleuarer ſoboles ne regni mei ſucceſſore priuarer. Puerum igit̃ ſecreto nutriri fecit ⁊ ſe grauidam ſimulauit. Tandem ſe filium peperiſſe mentitur: ⁊ per totum regnum bec fama celebris diuulgatur. ¶ Princeps pro ſuſcepta prole vebementer exultauit ⁊ ingenti gaudio plebs letatur ipſumqꝫ ſm magnificentiam regina educari fecit. Non poſt multũ temporis regina de rege concepit ⁊ ſuo tempore filium peperit. Cum autem pueri aliquantulum creuiſſent adinuicem ſepius colludebant. Et puerum regium iudas crebris iniurijs moleſtabat ⁊ ad fletum ſepius prouocabat. Regina autem boc moleſte ferens ⁊ Judam ad ſe nõ pertinere ſciens ipſum crebrius verberabat: ſꝫ nec ſic a moleſtia pueri deſiſtebat. Tandem res panditur: ⁊ Judas non regine filius: ſed inuentus fuiſſe aperitur. Quod iudas vt comperit vebementer erubuit ⁊ fratrẽ ſuum putatiuũ regis filiũ occidit latenter ob h̃ capitalẽ ſniam timens cũ tributarijs in ierl'm aufugit: ſeqꝫ pylati tũc ꝑſidis obſequio mãcipauit: ⁊ qm̃ res ſibi ſiles ſunt babiles. Pylatũ iudã ſuis morib⁹ iuenit ꝯgruẽ: ⁊ iõ cepit ipm̃ valde car̃ bre. Uniuerſe eni curie pylati Judas ꝑficit̃: ⁊ ad ei⁹ nutũ oĩa diſponunt̃. Quadã aũt die pylatus d̃ palatio ſuo in quoddã pomeriũ aſpiciẽs illoꝝ pomoꝝ tãto deſiderio capt⁹ ẽ: vt pene deficere videretur Erat aũt illud pomeriũ ruben pr̃is iude: ſꝫ ne Judas pr̃em nec rubẽ filiũ cognoſcebat: qꝛ rubẽ ipm̃ in marinis fluctib⁹ ꝑijſſe putabat: ⁊ q̃s pat̃ aut q̃ patria ſua iudas penit⁹ ignorabat. Py,

lato itaq; accerſito iuda ait tanto illoꝝ fructuum captus ſum deſiderio: ꝙ ſi bis fruſtratus fuero ſpiritum exhalabo. Concitus aũt iudas in pomeriũ inſilijt: ⁊ velocius mala carpit. Interea rubẽ venit ⁊ iudã mala ſua carpẽtem inuenit fortiterq; ãbo contendũt ⁊ iurgia ſupaddũt: poſt iurgia ſurgũt ad verba ⁊ mutuis ſe iniurijs affecerũt. Tandẽ iudas ruben in ea pte qua ceruix collo connectit lapide pcuſſit pariter ⁊ occidit. poma ergo ſuſtulit ⁊ pylato q̃d acciderat enarrauit. iã die inclinãte ⁊ nocte ſupueniẽte ruben mortu⁹ inuenit ⁊ ſubitanea morte pueniſſe putat. ¶ Tũc pylat⁹ oẽs facultates ruben inde tradidit ⁊ ciborẽã vxorẽ ruben in cõiugem inde dedit. Quadã aũt die dũ ciborea grauiter ſuſpiraret ⁊ iudas vir ei⁹ quid haberet diligẽter interrogaret. ipſa reſpondit. Heu infeliciſſima ſum oim feminarũ q: infantulũ meũ marinis fluctib⁹ ſubmerſi. ⁊ virũ meũ morte preuentũ inueni: ſ; et dolori ac mihi miſere pylat⁹ addidit dolorem qui me meſtã nuptui tradidit ⁊ inuitiſſimã me tibi diu cõiugem copulauit. Cumq; oĩa illa de infantulo illo enarraſſet ⁊ iudas illa que ſibi acciderãt retuliſſet inuẽtum eſt ꝙ iudas matrẽ ſuam in vxorem duxerat ⁊ patrem occiderat. ¶ Penitẽtia ergo ductus ſuadẽte ciborea dominũ noſtrũ ieſum chriſtũ adijt ⁊ ſuorũ delictorum veniam poſtulauit. Dñs aũt eum ſuũ fecit diſcipulum: et de diſcipulo eũ fecit apoſtolũ ſuũ. Deinde pcuratorem quẽ poſt modũ pertulit pditorem. portabat em̃ loculos: ⁊ ea que chriſto dabantur furabatur. Vide paſſionem dñi ſuper reſiduo.

De pylato enim legitur ꝙ fuit quidã rex nomine titus qui quãdam puellam nomine pylam filiam cuiuſdam molendinarij nomine Atus carnaliter cognouit et de ea filiũ habuit. pyla autem ex noĩe ſuo et ex nomine patris ſui qui dicebatur atus vnũ nomen cõpoſuit: ⁊ nato puero impoſuit nomen pylatus. Cum aũt pylat⁹ tres annos haberet ipm ad regem patrem ſuũ tranſmiſit. Habebat aũt rex filium de regina coniuge ſua qui fere pylato coetaneus videbatur. ¶ Iſti dum annos diſcretionis attigiſſent ſepius luctamine ⁊ pugna et funda adinuicem colludebant: ſed regis legitimus filius vt genere erat nobilior ſic in omni genere certaminis aptior. Ob hoc pylat⁹ inuidie liuore motus nimio dolore ſtimulatus fratẽ ſuum latenter occidit. Quod rex audiens vehementer doluit et contione conuocata quid de ſcelerato ⁊ homicida faciendũ ſit filio requiſiuit. Cui omẽs eum eſſe reum mortis acclamauerunt vnanimiter. ¶ Rex aũt ad ſe reuerſus ad iniquitatẽ iniquitatẽ noluit duplicare: ſed ipſum pro tributo quo annuatim debebat romanis in obſidem miſit. tum volens eſſe innoxius ab occiſione filij. tum a tributo romanorum cupiens liberari. Tunc temporis erat rome filius regis frãcorum quem ſimiliter regi romanorum miſerat pro tributis huic pylatus aſſociatus cum ſe ab eo moribus et induſtria precelli videret: eum inuidie ſtimulis agitatus occidit. ¶ Sed cum romani quid de eo faciendum eſſet inquirerent conſilium habuerunt tale. Hic ſi ſuperuixerit qui fratrem necauit obſidem iugulauit. reipublice ꝙ̃ plurimum vtilis erit ⁊ colla ferotium hoſtiũ ferox ipſe domabit. Dixerint ergo cum reus mortis habeatur in pontos inſulam gentibus illis qui nullum patiuntur iudicẽ. Iudex preficiatur: ſi forte eius nequitia ipſorum contumatia edometur ſi non quod meruit patiatur. Miſſus ergo pylatus ad gentem ferocem ⁊ ſuorũ iudicum perẽpticem nõ iuſt⁹ ad quos miſſus ſit: ⁊ ꝙ̃ pẽdula vite ſentẽtia tacite rem cõſiderãs vitã ſeruare voluit ⁊ gentẽ nequam ipſe minis et promiſſis ſupplicio et precio penitus ſubiugauit quia igitur tam dure gentis extitit victor a pontos inſula pontius pylat⁹ nomen accepit. ¶ Herodes autem hominis illius induſtriam vt audiuit eius verſutijs congaudens ipſe verſutus eum ad ſe muneribus ⁊ internũcijs inuitauit ⁊ ſuper iudeam ⁊ iheruſalem poteſtatem ⁊ vicem ſuam ei tradidit: qui cũ pecuniam innumerabilem cõgregaſſet neſciẽte herode romam adijt: ⁊ infinitã pecuniã tyberio impatori cõtulit ⁊ ab eo ſibi dari q̃d ab herode tenebat munerib⁹ impetrauit. Huiuſcemodi cã facti ſunt inimici. Pylat⁹ ⁊ Herodes quo adusq; ad paſſionem domini. Tunc aũt pylat⁹ miſit dñm noſtrũ ad herodẽ ⁊ facti ſunt amici ⁊c. Vide reſiduũ in paſſione domini noſtri.

Paſſio dñi noſtri Iheſu xpi cõmendatur in opere per patiẽtiam inſuperabilẽ. in modo p humilitatẽ admirabilẽ. in cã p charitatẽ ineſtimabilẽ. ¶ Quãtũ ad primũ. Xp̃s ſuſtinuit in tactu clauoꝝ aſperitatẽ. In auditu opprobrioꝝ cõfuſionẽ. In odoratu ſputoꝝ feditatẽ. In guſtu fellis et aceti amaritudinẽ. In oculis lachrymarũ effuſionem. In corde timorem. Nota ergo ꝙ xp̃s timuit. ¶ Pro quo ẽ notãdũ ꝙ ſex ſunt ſpẽs timoris vt inferi⁹ in. c. de. donis titulo de dono timoris notatur. Sed xp̃s timuit timore

naturali quo quilibet timet nocumentum nature ⁊ ille timor nec eſt meritorius nec demeritorius quia non ſubiacet libero arbitrio. Et dicitur naturalis non a natura inſtituta ſed deſtituta quia ille timor eſt pena pro peccato pmoꝝ parentũ inflicta. vnde Marci. ix. Cepit Ieſus pauere ⁊c. Sed contra hoc poteſt argui ſic. Perfecta charitas foras mittit timorẽ. i. Iohã. iiij. Sed xp̃us habuit perfectiſſimã charitatẽ ergo videtur ꝙ non timuerit. Itẽ dicit Augu. ꝙ ſignum perfectionis eſt nullus timor ſed in xp̃o fuit ſumma perfectio ergo nullus in eo fuit timor.
¶ Solutio. aliqui doctores diſtingũt dicentes ꝙ triplex eſt timor. gratuit⁹. libidinoſus ⁊ nãlis Itẽ timor naturalis ẽ triplex. Nã q̃dã eſt timor pene. q̃dã timor offenſe. q̃dã timor reuerentie. primus ⁊ ſcd̃us nõ fuerunt in xp̃o eo ꝙ pfecta charitas foras mittit timorem. Tertius aũt fuit in chriſto q: ſic a perfecta charitare nõ expellitur ſed conſummatur ſm illud Yſay. xi. Replebit eum ſpũs timoris dñi. Sed quia in eiuſdem Yſa. quinquageſimotertio habetur. Oblatus eſt quia voluit: ⁊ Mat. xxvi. habetur contrariũ: q: dicit pater ſi poſſibile eſt trãſeat a me calix iſte.
Queritur de voluntate chriſti pro quo eſt notandum ꝙ duplex voluntas fuit in chriſto ſcil; increata ⁊ creata. increata eſt duplex. ſc; voluntas ſigni ⁊ voluntas beneplaciti. voluntas ſigni q̃nq; manet iexpleta: quia ſic volũtas dr̃ metaphorice. Alio mõ dr̃ volũtas dei pprie ⁊ ſic eſt voluntas bñplaciti. Capiendo proprie velle dei eſt ipſe deus. Sed capiẽdo methaphorice eſt ſe habere ad modũ volũtatis. Et hoc velle nõ eſt deus. tñ hec diuiſio nõ rei ſed vocis eſt. Voluntas bñplaciti eſt duplex. ſc; antecedẽs que ſepe nõ expletur: ⁊ cõſequens que nũq̃ remanet inexpleta. Voluntas creata ſm compendium theologie eſt duplex. ſcilicet rationis ⁊ ſenſualitatis. Item voluntas rationis eſt duplex. ſcilicet rationis vt ratio eſt. Et voluntas rationis vt natura eſt. voluntate rationis vt ratio eſt conformauit ſe voluntati increate: ſed voluntate rationis vt natura eſt. Et voluntate ſenſualitatis voluit aliquid proprium quod non voluit voluntate rationis vt ratio eſt: ſcilicet non mori. ſm vero Bonauenturam voluntas chriſti tripliciter poteſt conſiderari. primo ſm duas naturas. ſcilicet diuinam ⁊ humanam: ſic habet duas voluntates vt diuidit Damaſce. Secundo conſideratur voluntas ſm potentias per quas quis vult ⁊ ſic fuit in chriſto potentia diuina. potentia rationalis creata ⁊ potentia ſenſuum per quarum quamlibet exibat in actum volendi ⁊ ſic diuidit magiſter ſententiarum. Tertio conſideratur voluntas chriſti per comparationem voluntatis quantum ad modum volendi: ⁊ ſic voluntas chriſti diuidit quadrupliciter ſm Hugo. d. ſic in xp̃o fuit voluntas dĩnitatis volũtas rõis. volũtatas piet;: ⁊ voluntas carnis. Voluntas diuinitatis per iuſticiam ſententiam dictabat. Volũtas rationis per obedientiam veritatem approbabat. Voluntas pietatis per compaſſionem in malo alieno ſuſpirabat. Et voluntas carnis per paſſionem in malo proprio gemebat. Et licet diuerſa eſſent volita. voluntates tamen in chriſto habuerunt conſonantiam. voluntas em̃ ſuperior non vult inferiorem velle quod ipſa vult: ſed ipſa magis vult eam velle contrarium et ſic eſt ei ſubiecta: ⁊ ſic patet ꝙ chriſtus in oratione cum dixit. Non ſicut ego volo ⁊c. Et quando flebat ſuper hieruſalem non repugnabat diuine voluntati: erat enim cõformitas in ratione volendi q̃uis non eſſet in volito ꝙ enim ſic vellet habebat a deo ⁊ deus volebat eum ſic velle.
Voluntate patientis ⁊ pietatis nec tamen caro chriſti concupiuit aduerſus ſpiritũ nec ſenſualitas rebellauit rationi: quia diſſenſus ſenſualitatis ad rationem poteſt eſſe: ⁊ quantum ad volitum ⁊ quantum ad actum volendi: ⁊ hoc patet ad naturam lapſam per culpam ⁊ penam ⁊ eſt ponere conſenſum q̃tum ad vtrumq; ita ꝙ ſenſualitas ſubiaceat rationi ⁊ hoc pertinet ad naturam inſtitutam ⁊ eſt ponere medium: ita ꝙ ratio conſentiat ſenſualitati reſpectu actus volendi: ſed non reſpectu voliti: ⁊ hoc pertinet ad naturam habentem penam abſq; culpa. qualis fuit natura a xp̃o aſſumpta que habuit aliquid de natura inſtituta ⁊ aliquid de natura lapſa ⁊c. Sed quia ſit mentio Mat. xxvi. de oratione ſaluatoris noſtri. Eſt notandũ ꝙ decuit xp̃m orare pter meritum quia ſua oratione meruit nobis vt eſſemus ydonei ad ſuſceptionẽ beneficiorum dei. Secundo propter exemplum virtutum: vt nos inuitaret ad orationis ſtudium: cuius exercitio maxime ſuperatur aduerſarius. Tertio pter veritatis articulũ: vt oſtẽderet ſe verum hominẽ ⁊ vere a deo miſſum. vñ Iohã. xi. Gratias ago tibi dñe quoniam audiſti me Ego aũt ſciebã q: ſemper me audis: ſed pter populum q̃ circũſtat: dixi vt credãt: q: tu me miſiſti. Quarto propter officiũ implendũ: q: xp̃us habebat dignitatem ſacerdotalem ⁊ pontificalem. vñ ſicut obtulit ſacrificium p pctõribus ita orauit pro ipſis. ad Hebre. v. Ois pontifex offerat dona ⁊ ſacrificia pro pecccatis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Queritur vtrū xp̄s in omni oratiōe fuerit exauditus. Solutio. In oratiōe que ꝓcede
bat a volūtate ratiōis ſemper exaudit⁹ fuit. Job. xi. Ego aūt ſciebam q̄ ſemꝑ me audis. in ora
ſm mag.ſen.xlij.di.ſecundi. ¶ Pro quorum vlteriori declaratione eſt notandum ꝙ peccatum mul
tis noĩbus nũcupat̃ vno mõ dr̃ macula qm̃ dei imaginẽ deſſormat.i.aiam. Alio mõ dr̃ reatus:quia a
eternã penã obligat. Pro q̃ no. ꝙ reatus multipl'r accipit̃ ſm mag.xij.di.ſcdi. ſen.vno mõ ꝓ culpa.
Alio mõ ꝓ pena.tertio mõ ꝓ obligatõe pene vel eťne vel tꝑalis. Si ei pcm̃ ẽ mortale obligat nos ad
penã eťnã ſi veniale obligat nos ad penã tẽporalem. Mortale eñ ẽ ꝑꝑ ꝙ hõ meret̃ penã eťnã ſiue
mortẽ.veniale aũt qd hoĩez vſqʒ in reatũ ꝑpetue mortis ñ grauat. Verũtñ pena mẽt̃.alio mõ pcm̃ dr̃
pollutio ⁊ hoc ꝙtũ ad cõtractũ ex carnali ⁊ terrena delectatione.alio mõ pcm̃ vocat̃ ſeu dr̃ pena inꝙ
tum reſpicit pctm̃ ꝑmi hoĩs in quo tota natura noſtra corrupta fuit ſm beatũ aug.in li.de grã ⁊ natu
ra ⁊c.alio mõ pctm̃ dr̃ delictũ.i.derelictũ inꝙtuʒ eſt receſſus a diuinitate ⁊ grẽ habite.alio mõ pctm̃
dicitur culpa:⁊ hoc ſm ꝙ raſpicit penã. Alio mõ vocat̃ offenſa:⁊ hoc inꝙtum oñdit diuinã maieſta
tem. Alio mõ dr̃ ꝑuaricatio:⁊ hoc inꝙtũ reſpicit mandata dei. Alio mõ dicit̃ viciũ inꝙtũ eſt defectus
denigrans bonũ grẽ ⁊ offuſcans bona naturalia. Alio mõ dr̃ pctm̃ ſm ꝙ auerſio ſit a bono in cõmu
tabili.ſ.deo ⁊ cõuerſio admodũ cõmutabile cuiuſmodi ſunt creature. Alio mõ pcm̃ dicitur ſcelus ꝓpt̃
iniuriã dei magnã. Alio mõ dicit̃ nefas quaſi ñ fas:q: ꝑpetrat illicitũ. Alio mõ pctm̃ dr̃ crimẽ inꝙtũ
eſt dignũ pena ꝓpt̃ illũ actũ illicitũ ⁊c. Iſtis dictis ad declarationẽ pcti i gñali venio inſequendo
litterã actoris. Ad ꝑmũ mẽbrũ vbi ꝓmiſi oñdere q̃d ſit pcm̃ originale:⁊ q̃re dr̃ originale dico ꝙ pcm̃
originale eſt viciũ ꝯcupiſcẽtie quod in oẽs concupiſcentialiter natos per adam intrauit eoſqʒ cõma
culauit per magiſtrum.xxx.diſtinctione ſecundi ſenten.⁊ per beatum Auguſtinum in libro de baptiſ

mo paruulorum. Non enim ſm animam:ſed ſm ſolam carnem peccatum originale trahitur a paren
tibus. Eſt enim peccatum originale concupiſcentia non quidam actus:ſed vicium ipſa concupiſcen
tia eſt lex membrorum:vel carnis que eſt morbidus effectus vel languor que commouet illicitum de
ſiderium.id eſt carnalem concupiſcentiam:que lex peccati dicitur que dicitur manere in carne nõ ꝙ
in anima ſit:ſed quia per corruptionem carnis in anima eſt ex vnione eius ad corpus.ſm Albertum
in tertio libro ſui compendij.⁊ per magiſtrũ.xxxi.di.ſcdi.ſen.de pe.di.iij.c.pigra:⁊.i.q.i.vulnerando.
Ex quo patet ꝙ peccatum originale eſt in carne et in anima. In carne materialiter et originaliter. In
anima vero formaliter tanꝙ in ſubiecto. Nam ſola anima eſt ſuſceptibilis virtutis ⁊ vicij. Pro cuius
vlteriori declaratione eſt notandum ꝙ peccatuʒ originale multis nominibus nuncupatur. Vno mo
do dicitur peccatum originale ſm ꝙ comparatur ad ipſum hominem a quo contrahitur ⁊ ſic eſt carẽ
tia debite iuſticie. Alio nomine dicitur infirmitas inquantum reddit hominem impotentem ad reſi
ſtendum motibus. Alio nomine vocatur feditas:quia per ipſum anima fedatur ſiue maculatur.
Alio nomine dicitur pronitas:q: continuã inclinationẽ hʒ ad malum. Alio nomine dicitur corruptio
q: ducit ad nihilum.i.ad peccatum. Alio noĩe dicitur vicium:q: ẽ diminutio bonorum naturalium.
Alio nomine dicitur languor nature:quia durat in natura corrupta. Alio nomine ſm ꝙ cõparatur
ad corpus vocatur lex carnis.eo ꝙ lege diuina carni ſit inflictum. Alio nomine dicitur lex membro
rum:quia mouet organa ad opera concupiſcentie. Alio nomine dicitur fomes:quia ſicut cinis fouet
ignem ita per ipſum fouetur peccatum in carne ſm actum nutritiue ⁊ generatiue. Item alio modo
dicitur ſtimulus carnis q: ſtimulat carnem ad primos motus ⁊ animam ad conſenſum. Alio modo
ſm ꝙ comparatur ad actus delectabiles dicitur concupiſcentia que ſonat vicium in actu prout
eſt in adultis. Et alio modo dicitur concupiſcitas que ſonat viciũ in potẽtia prout eſt in paruulis ſm
Albertũ in tertio libro ſui compendij. ¶ Queritur quare deus plaſmauit hominem quem ſciebat pec
caturum. ¶ Solutio.plures ſunt cauſe. Prima fuit vt oſtenderetur dei potẽtia qui ſolus inuertibilis
eſt.omnis autem creatura a vertibilis atqʒ mutabilis eſt. Secunda cauſa vt oſtenderetur dei ſapien
tia qui ex malo ſcit bonum elicere quod fieri non poſſet:niſi creaturam feciſſet vertibilem. Tertia
cauſa vt oſtenderetur dei clementia qua xp̃s ꝑ mortem ſuam hominem perditum liberauit. Quarta
cauſa vt oſtenderetur dei iuſticia qui nõ ſoluʒ bonis dat premia ſed ⁊ malis ſupplicia. Quinta cauſa
ne hõ eſſet peioris ꝯditiõis ꝙ alie creature quas ſicut de⁹ diuiſit ſm ſuos ꝓprios motus:ita ⁊ homo
ſumet̃:ſcʒ ſm ſuũ liberũ arbitriũ. Sexta cauſa laus humana:q: laus viri iuſti eſt ꝙ potuit trãſgredi et
nõ eſt trãſgreſſus. Septima cauſa eſt exercitatio bonorũ: q: boni ꝑ malos exercitãtur ⁊ etiã oppoſi
ta iuxta ſe poſita magis eluceſcunt ſm cõpendiũ theologie. Queritur ſi Adam comediſſet de ligno
vite ⁊ ſtetiſſet in ꝑadiſo an vixiſſet in eternũ ⁊ videt̃ ꝙ ſic per illud Geñ.iij. Ecce Adã fact⁹ eſt ſicut
vnus ex nobis dixit deus.nũc ergo eijcite euʒ foras ne forte mittat manũ ſuã ⁊ comedat de ligno vi
te ⁊ viuat in eternũ. So.dicẽdã eſt ꝙ per illud viuat in eternũ nõ intelligitur interminatio vite: ſʒ diu
turnitas ſm Bona.ſupra ſcdm ſentẽtiarum. Sequitur ſcda ps in textu. Cum baptizamur: vbi actor
docet remediũ peccati originalis purgatiuũ nedũ peti originalis:ſʒ cuiuſlibʒ pcti .d. ꝙ talis infectio
que dr̃ pctm̃ originale nõ tm̃ eſt pena.ſʒ etiam culpa. Ipſa eñ culpa peccati originalis que macula ẽ
deletur in baptiſmo ꝑ magi.diſtin.iij.quarti.de cõſe.diſtin.iiij.c.ij.⁊ iuxta litterã actoris nõ ſolũ pctm̃
originale delet̃ in baptiſmo: imo oẽ crimẽ perpetratũ ſiue veniale:ſiue mortale ꝑ magiſ.iiij.di.quar
ta.xxvij.di.c.deinde in.c.vt oſtenderet ⁊.c.regenerãte.de cõſe.di.iiij. Cũ dona baptiſmi ſint ſine luctu
de cõſe.di.iiij.c.ij.pena tñ peccati originalis q̃ fomes dr̃ ſiue peccãdi ꝓnitas remanet poſt baptiſmũ
Pro cui⁹ declaratiõe eſt notãdum ꝙ in cõcupiſcentia ⁊ libidine cõcipitur caro formãda in corp⁹ pro
lis.vñ ipa caro q̃ concipit̃ in ipa cõcupiſcẽtia polluitur ⁊ corrũpitur ex cui⁹ cõtactu ⁊ infectiõe aĩa cũ
infunditur maculã trahit qua polluitur ⁊ fit rea vicij concupiſcẽtie qd eſt originale pctm̃.de ꝯſecratio
ne diſtin.quarta ca.firmiſſime.⁊ ca.ſequẽti. Ex quib⁹ pʒ ꝙ pſona corrũpit naturã: ⁊ ecõuerſo.natura
corrupta corrũpit perſonã. Corruptio pſone eſt reat⁹ mẽtis corruptio vero nature eſt infectio carnis
prout eſt principiũ ad alterã carnẽ:quare apparet euidẽter ꝙ duplex pena cõſequitur pctm̃ oginale
vna inꝙtuʒ pſonã inficit:ſcʒ carẽtia viſionis diuine ⁊ iſta tollit̃ ꝑ baptiſmũ. Alia pena eſt q̃ naturã cõ
ſequit̃ ſicut neceſſitas moriẽdi rebellio carnis ad ſpiritũ:⁊ hmõi q̃ oĩa ex principijs nature cauſant̃ ⁊
totã ſpẽm cõſequũtur. Et iſta pena quãtuʒ ad motũ cõcupiſcẽtie remanet poſt baptiſmũ quouſqʒ na
tura noſtra pfecte libertati reſtituatur. ꝯtra quã penã opʒ nos ꝙdiu viuim⁹ pugnare q: nõ extin gui
tur concupiſcẽtia per gratiam cõem in aliquo hoĩe ſm Alber. in ſuo compẽdio. Notãter dicitur per
gratiam cõem ꝓpter beatã virginez ⁊c. In qua fuit extinctio in cõceptione filij per gratiam ſingula

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rem vt habeť ꝑ Albertum in.iij.li.ſui compendij ⁊ ꝑ beatū Aug.in li.de grã ⁊ natura ⁊c.ꝙ antē vltima pena que eſt nature corruptio ſeu infectio carnis prout eſt principium ad alteram carnem remaneat poſt baptiſmum poteſt oſtendi exemplariter de iudeo circunciſo qui generat filium cum prepucio ⁊ granum nudum ſeminatum ꝓcreat granum cum palea ⁊ hoc q: homo non generat filium ſm ꝙ creatus eſt in mente:ſed ſm ꝙ corruptus eſt in carne nec ſm ꝙ ſpiritualis:ſed ſm ꝙ carnalis . ſm Alber.in.iij.libro ſui compendij et per magiſtrum.xxxi.di.ſecundi ſenten. Sequitur illa pars textus cū peccantis vel cū peccamus in id vbi actor oſtendit quid ſit pctm̄ veniale ⁊ quomodo ꝑpetratur di. ꝙ peccatum veniale eſt voluptas in creatura circa deum:vel amor voluptatis de quo dicit beatus Aug.ꝙ hominem vſqꝫ ad reatū ꝑpetue mortis non grauat penā tñ mereť ⁊ idem ꝑ mag.xlij.diſtin. ſecundi vt cum voluntas homis non fertur in aliud ꝙ repugnet ex contemptu vel malicia amori dei ⁊ proximi ſed in aliud aliqualiter inordinatum ſeu immoderatum vt in verbum ocioſum ⁊ riſum aliqualiter imoderatū:⁊ de iſta materia tractabiť in capi.de pctō veniali. Sequitur in textu. Si tamen ordinet ⁊c. In iſta parte actor oſtendit quomodo aliqñ ex veniali ſit ꝓgreſſus in mortale dicens ꝙ ſi illa que videntur ex ſuo genere eſſe venialia fiant praua intentione, ⁊ in contemptu dei merentur dici mortalia vt cum quis ridet cum adulterium faciendi:aut cum quis ꝓfert verbum ocioſuꝫ ex cōtēptu vel vt per ipſum poſſit peruenire ad aliquem prauum actum ⁊c. Pro cuius vlteriori declaratione eſt notandū ꝙ veniale quattuor modis dicitur fieri mortale ſm Alberertum.in tertio ſui compendij. Uno modo ex conſcientia q: quicqd ſit contra conſcientiam edificat ad gehennam.etiam ſi ſit contra conſcientia q: erroneam. Et hec eſt ratio q: cum in pctō duo ſint auerſio a creatore ⁊ cōuerſio ad creaturam penes primum principaliter iudicatur peccatum quia auerſio a deo eſt quaſi formale ⁊ conuerſio ad creaturam materiale. Secundo modo veniale dicitur mortale ex complacentia. Unde Aug. Nullum pctm̄ a deo veniale quod nō fiat mortale dum placet:⁊ hoc ꝓpter delectationem. Tertio modo ex diſpoſitione q: ꝑ frequentē lapſum in venialia diſponiť homo ad mortale ſm Albertum dicentē peccatum veniale diſponit ad mortem. Mortale infert mortem.obſtinatio detinet in morte: ⁊ ſm hoc intelligitur illud. Gregorius. Uitaſti grandia vide ne obruaris in arena. Nam qui minima negligit paulatim diffluit ſicut de ſintilla ignis ſit maximus ignis niſi obijciatur in principio . Quarto modo ex progreſſu quia quando inſurgit veniale ſi non prohibetur poſſet progredi vſqꝫ ad mortale non ꝙ ipſum veniale in ſubſtantia ſiue in ſpecie fiat mortale:nec quantum ad actum:nec quantum ad maculam quia nulla res poteſt mutare ſpeciem ſuam . Peccatum autem veniale ⁊ mortale ſunt diuerſe ſpecies ſed dicitur ſm Albertum veniale mortale occaſionaliter ita ꝙ actus qui deberet dici de genere venialis dicitur eſſe mortalis. Iſtud poteſt patere in ꝑmis motibus qui inter venialia cōputanť: ſed qñ delectatio conualeſcit intantum ꝙ conſenſus accedit iam peccatū eſt mortale ſꝫ Alber.in.iij.li.ſui compendij. Unde ſm Bonauenturam.ꝙuis peccatū mortale non fiat veniale nec quantum ad maculam:nec quantum ad difformitatem tantū ꝙtum ad reatum poteſt: patet quia aliquis qui prius obligatus fuit ad morē ſiue penā eternā poſt per diuinā miſericordiā obligatur ad penaꝫ temporalem.licet tamen illa non ſit iſta. Sequitur in textu. Si tamen velle ⁊c.vbi actor oſtendit quomodo peccatum meretur dici mortale dicens ꝙ quando voluntas peccantis fertur in illud quod de ſe repugnat dilectioni dei ⁊ proximi tunc meretur dici mortale ſicut homicidium ⁊c. q: ſic dicitur actus voluntarius.id eſt cum deliberatione conſenſus ex imperio voluntatis vt plenius dicetur inferius cum oſtendetur quando ſeptem vicia dicuntur eſſe mortalia, ⁊ quando non. Sequitur in textu. Si tamen hoc ſiſtat ſine conſenſu rationis ⁊c . vbi dicit actor in littera ꝙ ſi talis actus inordinatus non procedat ex conſenſu pleno ⁊ deliberato rationis. Sed ex motu ſenſualitatis tunc non eſt mortale. Pro cuius vlteriori declaratione eſt notandum ꝙ in ſtatu innocentie mouebatur ſenſualitas ſm motum rationis ideo ſtante homine non poterat in eo eſſe peccatū etiā veniale ¶ Nunc autem quia ſenſualitas rationi repugnat . ideo per primos motus neceſſarie habem⁹ committere peccatum veniale ſm Albertum.in.iij.li.ſui compendij qui ab eodem ſic diffinitur. Primus motus eſt qui non eſt motus ſenſualitatis: ſed impulſum fomitis impetuoſe tendens ad infectionem creature. Delectabilis enim eſt primus motus duplex. Primo primus: ⁊ ſecundo primus primo primus eſt naturalis.ſecundo primus eſt ſenſualitatis. Cum ergo loquimur de primis motibus ꝙ ſunt peccata intelligendum eſt de ſecundo primis :quia primo primus eſt naturalis ⁊ extra genus moris quod patet quia non ſequitur ymaginationem:ſed naturalium qualitatum actōem ſecundo primi ſunt peccata q: ſunt motus inordinati in genere moris quod patet quia tales ſunt ſenſualitatis q̃ ſubiacet dñio voluntatis.ideo q: voluntas poterat ꝓhibere ſunt peccata.non autem venialia:ſed mortalia q: voluntas habet cōpletum dominiū ſuꝑ ipſos motus ſicut in illis actibus qui ꝓcedunt per imperium voluntatis ſm Alber.in tertio libro ſui cōpendij. Uoluntas enim eſt principium motū:ſicut habetur in tertio de anima. Hinc eſt ꝙ ibi genus moris incipit vbi primum dominium voluntatis inuenitur hoc autem eſt in ſenſualitate ⁊c.

Sequitur de peccatis mortalibus.

Ecareas vita ſemper mortalia vita
n Maxima peccata :quia ſic ſunt iure vocata
Nam moriens vitio mortali perditur vno
Cunctis mortale vitium ſit perniciale
Nam mentem maculat ⁊ ſacro flamine priuat
Offendit dominum ſpernendo vulnera ipſum
Aufert ſplendorem domini necnon ⁊ amorem
Debilitat mentem tortam faciens ⁊ egentem
Anihilatqꝫ bona que ſunt in crimine nata
Mortificat merita que contulerat bona vita
Interimens animam damnat finaliter ipſam
Efficit ingratam vitam tollitqꝫ beatam
Eternam penam dat perpetuamqꝫ cathenam
Sunt tumor accidia gula luxuria ſimul ira
Liuor auaricia bene ſunt mortalia dira
Nunc videas horum plures ſpecies viciorum
Ut melius vere valeas peccata cauere.

In iſto titulo actor noſter determinat de pctīs mortalibus diuidens ſuam litteraꝫ prima ſui diuiſione in duas ꝑtes. In ꝑma ꝑte determinat de pctīs mortalibus in generali. In ſcđa ꝑte de vno quoqꝫ eorꝫ in ſpeciali. Prima pars hic.ſcđa ibi. Tu nō ſis tumidus.cū ſequentibus. Item ꝑma in tres.nam in ꝑma ꝑte facit qđ dictū eſt. In ſcđa ꝑte docet effectus pcti. In tertia ꝑte enūerat ſpēs pcti mortalis. ꝑma in ꝑncipio.ſcđa ibi. Cunctis mortale. tertia ibi. ſunt tumor accidia ⁊c. Quantū ad primū notandū eſt ꝙ pctm̄ mortale eſt dictū vł factū vł concupitum qđ ſit ꝯ legē dei ſm Aug. ⁊ mag.xxxvi.di.ij.ſen. Alio mō ſm beatū Aug.in li.de duabus aīabus. Pctm̄ mortale eſt volūtas retinēdi vł ꝯſequendi qđ iuſticia vetat. Nam pctm̄ ſine volūtate eſſe nō poſſe.veriſſimū eſt ſm mag.xli.di.ij.ſen. Iſte diffinitiōes pcti ⁊ plures alie tradite fuerūt in principio decla.ꝓcedentis ti. Iſta enī pctā mortalia dicunť maxima:q: peccantē priuāt maximo bono ⁊ in ipīs morientē eternis faciūt mancipari cruciatib⁹. Pro cuius vlteriori declaratiōe eſt notandū ꝙ vnū pctm̄ dr̄ maius alio ꝑlibus mōis. Uno mō cauſalitate ſicut pctm̄ luciferi. Alio mō gñalitate ſicut pctm̄ ade:difformitate ſicut pctm̄ Jude:difficultate remittendi ſicut pctm̄ in ſpm̄ſanctum: ꝑiculo ſicut pctm̄ ignorātie. Inſeꝑabilitate ſicut pctm̄ cupiditatis: ꝓnitate vt pctm̄ carnis: offenſione ſicut pctm̄ idolatrie:difficultate ſicut ſuꝑbia:mētis cecitate ſicut ira.ſm Al.in.iij.li.ſui cōpen. Queriť vtrū pctm̄ ade fuerit maximū. Pro quo eſt notandū ꝙ vnū pctm̄ dr̄ maius alio extēſione:q: ꝑlibus nocuit ſic pctm̄ ade fuit maximū. Siłr dr̄ fuiſſe maximū ꝓpter ingratitudinē.ſcđo mō dr̄ pctm̄ maximum libidine.ſic pctm̄ dyaboli fuit maximū:q: appetijt aſſimilari creatori:ſm Bona.ſupra ſcđum ſen. Queriť qđ appetijt lucifer. So.ſm Greg.eē ſui iuris appetijt. Bernar.dicit ꝙ appetijt equalitatem potētie. ⁊ Aug.idē.⁊ ad illud Yſa.xv. Aſcendā ad celū ⁊ ero ſiłis altiſſimo. Reſpondeť cum di.tali. Quedā eſt ſiłitudo eꝗparantie:alia eq̄litatis:alia imitatiōis. Siłitudo eꝗparantie nullo mō pōt ordinate appeti:q: nō pōt cadere in cognitionē ⁊ hāc dyabol⁹ nō appetijt: q: q̃ hanc appetit nō equalitatē:ſꝫ ſuā fictionē appetit:vñ Aug. Cū de⁹ nō poſſit cogitari niſi ita ꝙ vł ei ſiłe poſſit cogitari quō dybolus potuit velle qđ nō potuit cogitari. ſiłitudo eq̄litatis eſt ꝑſidentia in aliqua ꝯditione ⁊ hanc appetijt dyabolus:q: appetijt ꝑeſſe ⁊ nulli ſubeſſe qđ eſt ſolius dei. Alia dicit ſiłitudo imitationis:⁊ hec pōt appeti aliqñ ordinate ⁊ aliqñ inordinate. Ordinate qñ appetitur illud quod eſt noſtre appetitionis ⁊ diuine acceptationis:vt perfectiones ⁊ decores virtutum. Inordinate quando appetiť vindicta in iniurijs ⁊ preeſſe alijs ſine ſuis meritis ⁊ diuine maieſtatis acceptatione ⁊ hanc

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

appetiſt dyabolus. Et notetis ꝙ quando dicit aſcendā in celū ⁊c. non loquitur de celo empireo: quia
in ipſo iam erat. ſꝫ de celo trinitatis ſm Bonauen. Queritur quis plus peccauit vel Adam vel Eua.
Solutio. dicendum eſt ꝙ ingratitudine plus peccauit adam. quia habundantiora bona ſuſceperat a
deo etiam plus peccauit occaſionabiliter quia ſuum peccatū fuit cauſa tranſfuſionis in poſteris. Eua
aūt plus peccauit plus libidine voluntatis q: appetiſt aſſimilari deo. Etiā quia ſuggeſſit viro ſuo: vt
ederet de ligno vetito. q̄ nolēs ꝯtriſtare delitias ſuas pomū momordit. ſed nō comedit ſm Bo. Se-
quitur in textu. Cūctis mortale ⁊c vbi actor noſter docet effect⁹ pcti mortalis di. ꝙ multa mala facit
hoi ante mortē in morte ⁊ poſt mortē. Ante mortē naturalia vulnerat vt ſignificat̃ in illo qui incidit
in latrones q̄ ſpoliauerūt eū ⁊ plagis impoſitis abierūt ſemiuiuo relicto. Lu. x. Et mag. in pncipio q̄r
ti ſen. ſ. in pþemio intellectū obſcurat in cognitione veri ꝑ ipſum affectus in opatiōe boni tepeſcit gra
tuita ſpoliat. Treñ. ij. occidit oē quod pulchrū erat viſu in tabernaculo filie ſyon: ⁊ alibi Treñ. iiij. diſp
ſi ſunt lapides ſanctuarij ⁊ diruptū eſt edificiū. Sup quo puncto dicit Al. in. iij. li. ſui ꝯpen. ꝙ ne bonū
pereat illa bona opa q̄ q̄s peccando mortificat: alijs ſaluādis dabūtur ſicut qn̄ corꝑali morte quis mo-
ritur fratres ⁊ ꝑpinqui in bonis eius ſuccedūt. Aiam maculat treñ. iiij. denigrata ē ſup carbones faci
es eorum ⁊ non ſunt cogniti in plateis. Ad penā eternā obligat geñ. ij. et omni ligno paradiſi come-
de. de ligno autem ſcientie boni ⁊ mali ne comedas in quacūqꝫ hora comederis ex eo morte morieris
ita ꝙ ſoli ade iſta fuerunt dicta: ⁊ ad Rom̄. vi. ſtipendia peccati mors: gratia autem dei vita eterna in
xp̄o ieſu domino noſtro. Peccatum cum conſummatum fuerit generat mortem. Jaco. i. conſcientiaꝫ
amaricat Jeremie ſecundo. Scito ⁊ vide ꝙ amarum eſt valde te reliquiſſe dominum deum tuum ⁊
non eſſe timorem eius apud te dicit dominus deus tuus exercituum. Corpus ⁊ animam occidit.
Eccleſia. xxi. Dentes leonis dentes illius interficientes aīas hoīum quaſi rumphea bis acuta homis
iniquitas bis acuta ſm glo. quia interficit corpus ⁊ animā plage illius non eſt ſanitas. ¶ Ad alia pec
cata trahit. vñ Gregorius. pctm̄ quod ꝑ penitentiam non diluit̃ mox ſuo pondere ad aliud trahit.
Exempla habemus in geñ. de Cayn qui egreſſus in agrum occidit fratrem ſuuꝫ. Similiter de coruo
qui egreſſus archam interceptus eſt aquis ⁊ dina egreſſa vt videt ⁊c. amiſit virginitatem ⁊ Judas
egreſſus cenaculum tradidit chriſtum: et dauid poſt adulterium commiſit homicidium. Et ſic patꝫ ꝙ
peccatum eſt pena peccati. Peccatū eñ quod in ſe eſt culpa dicit̃ ꝓceptis pcti pena. Et ita aliud dicit̃
ſimul pena ⁊ culpa. Sed culpa dicit̃ ratione actionis pena vero ratione paſſionis: quia culpa eſt id
quod facimus. pena vero quod patimur. Nam licet omnis culpa ſit a nobis non tamē omnis pena ē
a nobis. immo quedā eſt a nobis acta quedam a deo inflicta quedam a ꝓmis parentibus contracta
⁊ quia cum quis facit quod non debet. iuſtum eſt ꝙ patiatur qđ debet. iō omnis pena talis iuſta eſt ⁊
a diuina prouidentia. ꝙ autem vnum peccatum ex alio naſcatur apparet. nam ſuperbus q: vult oēs
preceſſere dolet ſi aliquis equatur ei. Et ſic ex ea naſcitur inuidia. Inuidus vero: quia de facili iraſci-
tur ei cui inuidet: ex ea naſcitur ira. Sed iracundus cum non poteſt ſe vindicare triſtatur: ideo ex ea
naſcitur accidia. Accidia vero conſolationem querens facit auariciam. Auaritia que in temporali
bus habundat poteſt magis exercere gulam. gula vero propter ventris repletionem de facili ſpumat
in libidinem: et ita generat luxuriam. Peccatum bona que ſiunt infructuoſa reddit et quantuꝫ ad me
ritum: ⁊ quantum ad premium ſicut ramus ab arbore preciſus non profert fructum: ſed areſcit ⁊ ha-
bilitatur ad incendium: de talibus dicitur. Deutronomie. xxviij. Maledictus eris ingrediēs: ⁊ male
dictus egrediēs ⁊c. ſ. eccleſiā materialem ad orandum quia talium oratio non eſt fructuoſa: nec me-
ritoria. immo dicit Auguſtinus ꝙ ſi tales ſignent ſe cruce includunt in ſe potius dyabolum ꝙ̄ exclu-
dunt quia iam in eis per effectum habitat. Peccatum in homine infernum facit q: ī petōre eſt ignis a
uaricie. fetor luxurie: tenebre ignorantie. vermis conſcientie: ſitis concupiſcentie: demones per effe-
ctum ⁊ huiuſmodi: vacuum tandem hominem relinquunt geñ. primo. terra autēꝫ erat inanis ⁊ vacua
⁊ tenebre erant ſuper faciem abyſſi ⁊ merito. quia mundo adherentes ſuggunt vbera arentia. eo ꝙ
relinquunt fontem vite: ⁊ veram aquarum viuentium dñm ⁊ turbidis paludibus ſe ſatiant. Fallendo
decit ſicut lignum putridum de nocte lucens ⁊ ſicut eſca in hamo piſcem decipit. Stultum hominem
demonſtrat quia peccando quis onus ſibi comprimendo imponit ⁊ ligna ſupra dorſum ſuum cremā
da colligit ⁊ illi ſeruit qui eum pro ſeruitio torquebit. vñ Auguſti. Stultum eſt in tali ſtatu viuere in
quo quis non audet mori. peccatum ſumme diſplicet deo. Sapientie. xi. Diligis dñe omnia que ſunt
⁊ nihil odiſti horum que feciſti: ⁊ cū ipſe non fecerit pctm̄ ſequitur ꝙ ipſum oderit. Sententia pōt ha
beri ex ea ſequenti in li. ſap. dyabolo ſumme placet. Unde Grego. aſſidua temptatione dyabolus tē-
ptat vt ſaltim tedio vincat. Nihil enim pōt hoi nocere niſi per peccatuꝫ. Unde Gregorius nulla noce

bit aduerſitas ſi nulla dominetur iniquitas. Amplius enim non poteſt dyabolus nocere iuſto niſi ꝙ
fabricabit ei coronam eternam. Unde Bernar. Jocūduꝫ dei iudiciū: q: ille ſuperb⁹ malleator neſci-
ens iuſtus coronas fabricat eternas: omnes impugnādo ⁊ omnib⁹ ſuccūbendo ſacro flamine priuat
hicremievlti. Ue nobis quia peccauimus propterea meſtum factū eſt cor noſtrum: ideo obtenebrati
ſunt oculi noſtri propter mōtem ſyon: q: diſperijt: ⁊ vulpes ambulauerūt in eo. aufert ſplēdorem. vi-
de Tho. i. ſtercora irūdinum excecauerūt oculos eius. Et Auguſti. oculis egris odioſa eſt lux. mentē
debilitat. Judicum. xvi. De ſampſone dicit. ſi raſuꝫ fuerit caput meum. recedet a me fortitudo mea ⁊
difficiam: eroqꝫ vt ceteri homines. In morte peccatum grauat hominem: quia priuatur ſolatio viſibi
lium que dilexit proprio corpore turbabitur peccator quando in morte videbit concurſum demonuꝫ
ad aīam parētes vel alienos ad res ſuas quib⁹ vtebatur ad libitū accurrere. treñ. i. Omnes pſecuto-
res ei⁹ apprehēderunt eam inter anguſtias aperuerūt ſup te os ſuum inimici tui: ſibilauerūt ⁊ fremu
erunt dētibus ⁊ dixerūt deuorabim⁹: ⁊ iſta eſt dies quam expectabam⁹. treñ. ij. Qui veſcebātur volu
ptuoſe interierūt in vijs ⁊ qui nutriebātur in croceis amplexati ſunt ſtercora. treñ. iiij. Luctauerūt ve
ſtigia noſtra in itinere platearū noſtrarū. appropinquauit finis noſter. cōpleti ſunt dies noſtri. q: ve-
nit finis noſter. velotiores fuerūt perſecutores noſtri aq̄lis celi ſup mōtes perſecuti ſunt nos in deſer
to inſidiati ſunt nobis treñ. quarto. In morte eñ aīa traditur punitioni: corpus vermiū corroſioni. di
uitie vulpibus forte vel quibus homo non ſperat. vnde Eccleſia. x. Dum morietur homo hereditabit
ſerpētes beſtias ⁊ vermes. vnde eccleſiaſti. ſecūdo. Deteſtatus ſum omnem induſtriā meam qua ſub
ſole ſtudioſe laboraui. habiturus poſt me heredem quem ignoro vtrū ſapiens an ſtultus futurus ſit
⁊ dominabitur in laborib⁹ meis quib⁹ deſſudaui ⁊ ſolicitus fui. ¶ Poſt mortē peccatuꝫ premit multi-
pliciter. Nam peccator ex operū denudatiōe magnā habebit confuſionem. Uñ Naum. iij. Reuelabo
pudēda tua in facie tua: ⁊ oſtēdam gētibus nuditatē tuaꝫ ⁊ regi ignominiā tuam ⁊c. Exprobrationē
xp̄i audiet in iudicio. d. Eſuriui ⁊ nō dediſtis mihi mādūcare. ſitiui ⁊ nō dediſtis mihi potum. hoſpes
eram ⁊ non collegiſtis me: nudus ⁊ non cooperuiſtis ⁊c. Diſcedite a me ⁊c. Mathei. xxv. Requie ⁊
luce priuabitur. Mathei. xxij. ligatis pedib⁹ ⁊ manibus mittite eum in tenebras exteriores ibi erit
fletus ſtridor dentium. Suffragijs eccleſie non gaudebit. Yſaie vltimo. vermis eorum non morie-
tur et ignis non extinguetur et erunt vſqꝫ ad ſacietatem viſionis omnis carnis a deo et electis om-
nibus ſeparabitur. Math. xxv. Diſcedite a me ⁊c. Itē maledicti in ignem eternū qui paratus eſt dya
bolo ⁊ angelis eius. ¶ A ſtatu penitendi cecidit. Unde Jeremie octauo. Tranſijt eſtas: finita eſt meſ
ſis ⁊ nos ſaluati non ſumus. Et yſaye triceſimoſecundo conſummata eſt enim vindemia collectio vl-
tra non veniet obſtupeſcite ⁊ conturbramini confitentes opulentijs accingite lumbos veſtros plan-
gite ſuper regione deſiderabili. Omnis ſpes miſericordie ꝑſcinditur. yſaie. triceſimo. Non inuenit̃
in fragmentis eius teſta in qua portetur igniculus charitatis ſupple. de incendio aut hauriatur parū
aque de fouea ſcilicet diuine miſericordie ſupple. Peccatum penitenti nocet primo quia gloriam pri-
me innocentie nunꝙ̄ recuperabit ſicut corrupta nunꝙ̄ virginitatem poteſt recuperare. patet multis
exemplis. nam poſt ſanationem vulneris ſemper remanet cicatrix. Item ſymon quem dominus a le-
pra mundauit poſt emundationem tamen ſemper vocabatur ſymon leproſus. Item peccatum dimiſ
ſum in confeſſione etiam obligat ad penam temporalem. vñ Mat. xviij. Iratus dominus eius tradi
dit eum tortoribus quoadusqꝫ redderet vniuerſum debitum alter enim regnuꝫ celorum non intrabit
donec lignum fenum ⁊ ſtipulam. i. penam peccatorum que in preſenti ſoluta non eſt adimpleuerit. Ex
quo ptꝫ ꝙ a gloria retardat quod figuratum eſt in abſalon qui poſtꝙ̄ reconſiliatus fuit patri ſuo da
uid tamen manſit duobus annis ꝙ faciem eius non vidit ſecundi Regum decimotertio. tamdiu eñ
retardatur a gloria ſeu a viſione beatifica ꝙ̄diu aliqua extat macula purganda. ¶ Sequitur in textu
Sunt tumor accidia ⁊c. Que eſt finalis pars premiſſe diuiſionis. In qua actor ennumerat ſpecies pec
cati dicens ꝙ ſunt iſte que ſequuntur. tumor id eſt ſuperbia: accidia: gula: luxuria: ira: liuor: id eſt inui-
dia ⁊ auaricia. Que quidem ſpecies poſſunt comprehendi per litteras iſtius dictionis. Saligia ⁊c.
Pro quo eſt notandum ꝙ peccatorum actualium ſm Alber. in. iij. li. ſui compē. Unuꝫ eſt initium ſcꝫ
ſuperbia. vñ Eccle. x. Initium omnis peccati ſupbia Duplex radix. ſ. tumor male hūilians ⁊ amor ma
le attendens. Triplex fomentum. ſ. tria que ſunt in mundo concupiſcentia carnis. cōcupiſcētia oculo-
rum ⁊ ſuperbia vite. Septiforme caput. ſ. ſupbia auaricia: ⁊ alie ſpēs de quibus ſupra dictum ē. Pcm̄
enim initiatur in cognitione. creſcit in delectatione: ⁊ pficitur in conſenſu ſm Albertum in ſuo com-
dio: ⁊ ſm glo. beati auguſtini ſuper illud Mathei. iiij. Ductus eſt ieſus in deſertum diuiſiones pecca
torum in deum in ſeipſum ⁊ proximum dimitto cauſa breuitatis de quibus videat que voluerit in ter

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Concluſio hec opa facta in pctō mortali nō ſunt meritoria

tio libro compen. Alber. Sed qꝛ actoꝛ noſter dicit in littera. Adnihilatqꝫ bona que ſunt in crimie nata. Queritur vtrū opera in pctō mortali facta ſint meritoria. Rñdetur ꝙ non ſunt ſm Bona. Mortua ſemꝑ erūt q̄ mortua nata fuerūt .i. facta in pctō mortali. ⁊ cā eſt quia ſi opera extra charitatem facta eſſent meritoria tūc aliqui ſine charitate poſſent mereri vitā eternā quod eſt abſurdum ſm btm̄ Tho. xiiij. di. quarti ⁊ de peni. di. i. c. oīs. Prius em̄ reſpexit deus ad Abel ꝙ ad munera eius. Geñ. iiij. Et cauſa quare talia opera que fiūt in pctō mortali ſemꝑ remanent mortua eſt qꝛ nō ſunt a charitate elicita: ⁊ iō cauſa mortis ab eis non tollitur ꝑ penitentiaꝫ ſm beatū Tho. di. ꝑallegata. Valent tñ talia opera extra charitatem facta ſi fiant bona intentione ad tꝑalium multiplicationē Yſa. i. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis ad diſpoſitionē ad gratiā ad bonoꝝ aſſuetudinē. de pe. di. iij. c. cauendū. Queritur vtrū pnīa reſtituat hoī bona opa que mortificata ſunt ꝑ culpā. So. dicendum eſt ꝙ opa prius viua non moriuntur ꝑ ſe ſed moriunt̄ ꝑ accidens. Et ideo remoto illo accidēte viuificari dicunt̄ ſm btm̄ Tho. xiiij. diſt. iij. ſen. Pro cuius vlteriori declaratione eſt notandū ꝙ opa hoīs triplici modo ſe hñt viua. Nā q̄dā dicunt̄: ⁊ ſunt illa que hoīem ad vitaꝫ etnā ꝑducere pñt. illa aūt opa dicūt̄ mortua que hoc faciendi ptātem non habent. illa auteꝫ dicuntur mortificata mortua q̄ hanc poteſtatem amiſerunt cum prius eam habuerint. q̄ licet tranſeant actu manent tamen ꝙtum ad meritum in dei acceptione ⁊ remoto ꝓhibente .ſ. pctō mortali reuiuiſcunt ⁊c̄. De iſta materia tractabo plenius in ca. de ſuffragijs ⁊c̄. breuiter bona opera ꝙdiu ſunt cōiūcta radici merendi dicūtur viuere. qñ ab illa ſeparantur dicuntur mori. qñ reuertūtur dicūtur viuificari. quia redeūt ad ſtatum ſue originis videlicet charitatis.

¶ Sequitur de peccato ſuperbie.

Tu non ſis tumidus verbis nec corde ſuperbus
Nec ſis elatus factis ſi vis fore gratus
Cum bona quis credit ex ſe meritis vel habere
Vel falſe tribuit ſibi quo ſe credit egere
Aut alios ſpernit plus credens ſeqꝫ valere
Quattuor hijs rebus quis dicitur eſſe ſuperbus
Spernit obedire tumidus vult obuius ire
Vult apparere melior male cepta tenere
Cunctis preferre ſe vult ſua magna referre
Nunq̄ rancores dimittit et ambit honores
Nulla moleſta pati ſcit geſtus eſt variati
Quantuncunqꝫ bonus fueris eſſendo ſuperbus
Totum deprauat te ſola ſuperbia dampnat
Sis ſimplex humilis ne dampneris quaſi vilis
Nam deus exaltat humiles tumidos pede calcat

In iſto capitulo actor noſter determinat de pctō ſupbie diuidens iſtā lrām in tres partes In ꝑma ꝓponit intentū. In ſecūda ꝓſequitur de ſpeciebus ſupbie. In tertia docet remedium cōtra ſuperbiā. Prima in principio. ſcōa ibi. Cū bona ⁊c̄. tertia ibi Sis ſimplex humilis. Alie ꝑticule patebūt legēdo litterā. ¶ Quantū ad ꝑmū eſt notandū ꝙ ſupbia eſt ꝓprie ſiue ꝑuerſe celſitudinis appetitus ſm beatū Aug. in li. de vicijs ⁊ vir. ⁊ ſm Alber. in ſuo compēdio ⁊ cōmittitur vbo corde ⁊ opere. iuxta eundē ⁊ ac. in littera in duobus ꝑmis metris. Tu non ſis tumidus ⁊c̄. Supbus em̄ ſupioribꝰ inuidet: qꝛ illis non equat̄. Inferioribus inuidet ne ei adequēt̄. paribus inuidet qꝛ ei equātur ſm btm̄ Augu. loco ꝑallegato ⁊ ſm Albertū Supbia em̄ initiū eſt omis pcti. Eccle. x. ⁊ hoc triplici de cauſa ꝑma qꝛ in oī peccato inuenit̄ cōtēptus dei q̄ eſt q̄dam cauſa pcti ⁊ talis cōtēptus eſt auerſio a creatore q̄ in oī pctō eſt vbi ꝑponit̄ bonū cōmutabile bono incommutabili. talis em̄ ꝯtēptus ꝓcedit ex ſupbia ſcōa cauſa quare dr̄ initiū oīs pcti eſt: qꝛ fuit ꝑncipiū pctōrum hoc em̄ pctō peccauit dyabolus in celo ⁊ ꝑmus hō i ꝑadiſo terreſtri. tertia cā quare dicitur initiū oīs pcti eſt: qꝛ ex eo naſcuntur oīa vicia ſm ꝑus ⁊ poſterius .i. mediate vel immediate. Sequitur cū bona q̄s credit. vbi actor noſter enumerat quattuor ſpecies principales ſuperbie cui concordant mag. ſen. xlij. diſt. n. ij. ⁊ Grego. xxxiiij. mora. Quarū ꝑma eſt qñ aliquis credit bona que habet a ſeipſo habere de qua Job. xi. vir vanus erigitur in ſuperbiam: ⁊ quaſi pullum onagri liberum ſe natum putat. Et .i.

ad cor. iiij. Quid habes quod non accepiſti. Scōa ſpecies eſt qñ credit ea a deo collata ſed ſuis meritis de q̄ Lu. xvij. cū feceritis oīa que ꝑcepta ſūt vobis dicite ſerui inutiles ſumus qꝛ ꝓpriā vtilitatem ſimiliter in hoc fecimꝰ ⁊ nō vtilitatē dei. qm̄ bonoꝝ noſtroꝝ non eget. dauid in pſalmo. xv. ⁊ Job. xxij. q̄d ꝓdeſt deo ſi iuſtus fueris aut q̄d cōfers ei ſi imaculata fuerit vita tua. Tertia ſpēs eſt qñ q̄s iactat ſe hēre qd̄ non habet de qua yſa. v. ve q̄ ſapientes eſtis in oculis veſtris: ⁊ corā vobiſmetipſis prudentes. Quarta ſpēs eſt qñ q̄s ceteris ſpretis ſingulariter vult videri. de qua hētur .i. Regum. xv. de ſaule ꝙ cum eſſet humilis in oculis dñi fuit ꝯſtitutus caput in iſrael: ⁊ per ſuperbiā poſtea deiectus eſt a regno. Iſte quattuor ſpēs patent in iſto vſu. Ex ſe ꝓ meritis falſe plus oībus iſtat. Supbia em̄ aliqñ oritur ex bonis nature q̄ ſunt duplicia. nā quedā ſunt aīme: vt rectitudo ingenij ⁊ velocitas. bonitas memorie. ptās tollerandi exercitiū ſpūale. naturalis diſpoſitio ad vtutes ⁊ ad alios habitꝰ ⁊c̄. Quedā ſunt corporis vt ſanitas. pulchritudo. fortitudo. agilitas. nobilitas. libertas. formoſitas ⁊c̄. Aliquando oritur ſuperbia ex bonis gr̄e q̄ ſunt ſciētie: vtutes: ⁊ ſimilia. aliqñ oritur ex bonis fortune: q̄ ſūt bona exteriora: vt diuitie. delitie. dignitates. amicorum copia ⁊ ſimilia. Supbie enim reperiuntur duodecim gradus ſm Ber. ⁊ Alber. in ſuo compen. ꝑmus pōt dici incurioſitas correctionis. Secūdus mentis leuitas. Tertius inepta leticia. Quartus iactātia. Quintus ſingularitas. Sextus arrogantia Septimus preſumptio. Octauus peccatoꝝ defenſio. Nonus ſimulata confeſſio. Decimus rebellio. Undecimus libertas peccandi. vt ſi quis perficiat illicita ſine aliqua dubitatione. Duodecimus conſuetudo peccandi: vt qui carnalium deſideriorum voragine circumuolutus rationis limites tranſcendens diuini timoris oblitus dicat in corde ſuo ſeu operetur quicquid ſenſualitas ſuadet ſine rationis freno. Sub alijs nominibus poſſunt addi alie ſpecies ſcilicet honoris ambitio. Aliorum crudelis dominatio. Aliorum deriſio. falſi confirmatio: irarum commotio. Aliorum ſuppeditatio rigida deambulatio. hereſis inobedientia. vana gloria. irreuerentia ⁊ ypocriſis. Superbia enim facit hereticum non ignorantia ſm Jheronimum. Dyabolus enim eſt quaſi coruus qui primo currit ad oculuꝫ cadaueris. id eſt ad fidem hominis. Fides enim eſt dexter oculus anime quem ſi dyabolus eruerit hoī: ipſum inutilē reddit ad pugnam. Nam fides eſt fundamentum totius edificij ſpiritualis quo deſtructo ſcit dyabolus ꝙ non eſt locus propiciationis. Quiſquis enim extra fidem eſt gladium ire dei habet ſupra ſe euaginatuꝫ prima Johannis quinto. ⁊ alibi. Qui incredulus eſt filio nō videbit vitam: ſed ira dei manebit ſuper eum Johan. tertio. Pro quo eſt notandum ꝙ hereſis eſt falſa opinio in fide catholica. et hereticus eſt ille qui falſam opinionem gignit in fide. in glo. ſuper illud prime ad thimo. vi. Si q̄s aliter docet ⁊ non acquieſcit ſanis ſermonibꝰ domini noſtri ieſu chriſti vel qui ſacrā ſcripturā aliter interpretatur ꝙ ſpiritusſanctꝰ flagitet in. c. hereſis. et. c. hereticꝰ. xxiiij. q. iij. ⁊c̄. In hac enim heretica prauitate plures reperiuntur errores: puta diuinationes quando quis ſibi vel dyabolo attribuit illa que debent deo attribui vt faciunt illi qui preſumunt predicere futura. reuelare occulta que deo debēt attribui. Quaruꝫ diuinationū ſunt plures ſpecies: piromātia: acrimātia: idromātia geomātia: ornimātia: pedomātia: nigromētia: phitonitia: vbi ſpiritus malignus loquitur augurium: ſortilegiū: oriſpiciū: ariſpiciū: ſeu ariolū cyromātia: vaticiniū apperitoriū: vbi demones apparēt: incātatio. Alia ſunt ſortilegia que fiunt circa ſternutationes ſomnia ⁊ indebitā applicationem ſacre ſcripture: que omnia ſunt prohibita ſm Ray. in ſua ſumma. ⁊ Leuitici. xix. ⁊. xx. ⁊ Deutero. xviij. vbi dicitur. Ne declinaueris ad magos nec ab ariolis aliquid ſciſcitare ⁊c. Et. xxij. q. vij. quid in omnibus. et Deutero. xiij. vbi dicitur ſi ſurrexerit in medio tui propheta aut qui ſomniū vidiſſe ſe dicat ⁊ predixerit ſignum atqꝫ portētum: ⁊ euenerit quod locutus eſt: ⁊ dixerit tibi eamus ⁊ ſequamur deos alienos quos ignoras et ſeruiamꝰ eis. non audias verba prophete illius aut ſomniatoris: quia tēptat vos dominus deꝰ veſter: vt palam ſciat vtrū diligatis eum an non: in toto corde ⁊ in tota anima veſtra dominum deū veſtrū ſequimini: ⁊ ipſum timete mandata illius cuſtodite et audite vocem eius: ipſi ſeruietis ⁊ ipſi adherebitis: propheta autē ille aut fictor ſomniorū interficietur quia locutꝰ eſt vt vos auerteret a dño deo veſtro. Et ſequitur in eodem capitulo Lapidibus obrutus necabitur. Tamen hic eſt notādum ꝙ ſm beatū Augu. ſors in ſui natura nō eſt aliquid mali. tamē prohibetur: qꝛ propter aſſiduitatē poſſet quis labi in idolatriā. Tamen ſi eſſet controuerſia ſuper electione poſſet licite ſorte dirimi. vt in Mathia in ca. quia propter de elec. de ſomnijs em̄ eſt notādum ꝙ in veritate obſeruanda non ſunt Eccleſiaſtici. xxxiiij. Somnia extollūt imprudētem. Et in eodē multos em̄ errare fecerunt ſomnia ⁊ excederūt ſperātes in illis Eccleſiaſti. v. vbi multa ſunt ſomnia multe ſunt vanitates. Pro iſtorum vlteriori declaratione eſt ſubdendum ꝙ imaginationes ſomniorum ſm Gregorium in ſuo dyalogo fiunt ſex modis. vno modo plenitudine ventris. Secundo modo ventris ⁊ capitis exinanitione

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

tione. Iſta parent per experientiam. Tertio modo demonis illuſione vt premiſſum eſt in Eccleſiaſtico. Quarto modo dei reuelatione ſeu ſupernorum iuxta illud Mathei ſecundo. Apparuit angelus in ſomnijs Joſeph ⁊c. Job. xxxiij. Per ſomnium in viſione nocturna quando irruit ſopor ſuper homines tunc aperit aures eorum ⁊ erudiens eos inſtruit diſciplina vt auertat hominem ab his que fecit. Et gene. xx. De ſomnio Joſeph ⁊c. Quinto modo cogitatione ⁊ illuſione. Sexto modo cogitatione ⁊ reuelatione inſimul: vt habetur danielis. vij. De ſtatua quã vidit in cubili ſuo Nabugodonoſor rex babilonie per ſomnium ⁊c. Sed queritur quomodo eueniunt frequenter que diuinatores predicunt ex quo fides eis adhibenda non eſt. Auguſtinus reſpondet ꝙ hoc fit dei permiſſione vt probetur qualem fidem homines habeant ad deum. Ad hoc concordat illud quod dictum eſt ſupra Deutero. xiij. De obſeruatione autem temporis dummodo fiat naturaliter non eſt diuinatio: vt agricole obſeruant tempus ſeminandi miſerendi ⁊c. ſm Auguſtinum. Alia ſpecies ſuperbie eſt irreuerentia: ſcilicet quando quis non exhibet reuerentiam deo. vnde Eccleſiaſtici. xxxv. Bono corde gloriam redde deo parentibus carnalibus. Exodi. xx. ⁊ xxi. capitulo. Deutero. quinto ca. Honora patrem tuũ et matrem tuã ſicut precepit tibi domin⁹ deus tu⁹. Nam quicũꝗ maledixerit patri aut matri moriatur morte. Leuiti. xx. Honora patrem tuũ vt ſuperueniat tibi benedictio a deo ⁊ benedictio eius in nouiſſimo manet. nam qui timet dominũ honorat parẽtes ⁊ quaſi dominis ſeruiet his qui ſe generauerũt in omni opere ⁊ ſermone ⁊ in omni patientia Eccleſiaſtici tertio ca. ⁊ eodem ca. vij. Similiter irreuerentia notatur erga patres ſpirituales ad Hebre. vltimo. Obedite prepoſitis veſtris ipſi enĩ peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Et eccleſiaſti. vij. In tota anima tua time dominum ⁊ ſacerdotes eius honorifica. Etiam reuerentia eſt exhibenda hoĩbus alijs puta dominis tẽporalibus ⁊c. vnde pri. petri. ij. Obedientes eſtote dominis veſtris. non ſolum diſcretis: ſed etiam diſcolis omnes honorate ⁊ omni creature ſubiecti eſtote propter deum. Alia ſpecies ſuperbie eſt inobediẽtia. vnde in Eccleſiaſtico. Vincula obedientie alligature ſalutaris tranſgreſſio vero precepti ſiue inobedientia ſtrangulatio eſt. vnde Auguſtinus. in gene. ſuper tertium capitulum. Si illi qui iã in paradiſo erant propter inobedientiam inde eiecti ſunt quomodo credunt ſe eſſe ingreſſuros paradiſum qui inobedientes ſunt mandatis altiſſimi. Qui enim cuſtodit mandatum cuſtodit animam ſuam. qui autem negligit vias ſuas mortificabitur prouerbio. xx. Qui enim timent deum cuſtodiunt mandata eius. ⁊ patiẽtiam habebunt vſꝗ ad inſpectionem illius dicẽtes. ſi penitentiam non egerimus incidemus in manus dei. ⁊ non in manus hominũ. Eccleſiaſti. ij. per inobediẽtiam enim primorum parẽtum omnes mort adiudicati ſumus. Potius enĩ deberem⁹ timere inobediẽtiam ꝙ mortẽ exemplo filij dei. de quo Bernar. Memẽtote fratres chriſtus ne perderet obediẽtiam perdidit vitã. Ideo non dabit inobediẽti copiam ſui tantus obediẽtie amator qui maluit mori ꝙ non obedire. his enĩ inobediẽtibus infert dñs multas maledictiones. Deutero. xxviij. In ſuper contẽptus ſentẽtie paſtoris eſt magna inobediẽtia. de qua habetur. xi. q. iij. ca. nemo contẽpnat vincula eccleſiaſtica. nam non homo eſt qui ligat: ſed chriſtus. Sed quia de illa materia eſt text⁹ inferius: ideo hic ſuperſedeo ⁊c. Alia ſpecies ſuperbie eſt inanis gloria que duplex eſt: dyaletica qñ aliquis gloriatur in malitia. vnde pſ. Quid gloriaris in malicia qui potens es iniquitate. Alia eſt humana que eſt duplex. carnalis que eſt mundanorũ puta diuiciarũ ⁊c. Alia ſpiritualis que eſt gloria ypocritarum ſm Auguſti. in li. de vicijs ⁊ virtutibus. ſm enĩ Alber. in ſuo cõpendio inanis glorie ſeptem ſunt ſpecies: ⁊ ſimiliter ſm grego. prima eſt inobediẽtia. nã vanigloriosus in nullo vult videri inferior quod fieret ſi faceret mãdatum. Secunda eſt contemptio: quia vult vincere cum clamore: ⁊ propter hoc apparere. Tertia eſt iactantia qua quis enumerat bona ſua vt laudabilis appareat. Quarta eſt ypocriſis cuius ſm Auguſti. ſunt tres filie. Prima quando aliquis coram homĩb⁹ ſimulat ſe obedire deo: ⁊ in occulto non timet deum offendere. Secunda eſt quãdo in oculto ⁊ in aperto opera bona facit: ſꝫ non bene: quia finis eſt: vt ſanctus ab hominib⁹ videatur. Tertia eſt quãdo aliquis minorem ypocriſim relinquit vt in maiori permaneat ypocriſi: vt ſi quis interrogatus an ieiunet reſpondeat de⁹ ſcit: vt dicatur non eſſe ipocrita. Ypocrita enim ſymia eſt dyaboli fingens imitari filios dei faciens ad eius iugulationem ſicut ſymia que vidit barbitonſorem radẽtem ⁊ cepit raſorium et fingens facere ſicut barbitonſor iugulauit ſeipſam. Eccleſiaſti. primo. Ne fueris ypocrita in conſpectu hominum ⁊ non ſcandalizeris labijs tuis. Opera enim ypocritarum alijs per bonum exemplum proficiunt ſibi vero nocent. ¶ Similes enim candelis que prebent lumen alijs ⁊ ſeipſas conſumunt. Mathei. vi. Ipſi enĩ cothidianis cruciatibus cruciatum merẽtur eternũ. Ypocrita enĩ eſt lupus pelle omnia indutus. Mathei. vij. Attendite a falſis prophetis qui veniũt ad vos in veſtimentis ouium. intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

a fructibus eorum cognoſcetis eos. Tales enim ypocrite niſi eos penituerit eterne dãpnationi deputati ſunt. Job. xiij. Non veniet in ꝯſpectu eius ypocrita. ¶ Quinta ſpecies inanis glorie eſt pertinacitas qua quis factũ ſuum malũ vel dictum defendit ne erraſſe videat̃. ¶ Sexta ſpecies eſt diſcordia qua quis contra omne dictum ſumit ſeu aſſumit cõtrarium ꝓpter vanam gloriam. Alia eſt nouitatum preſumptio qua quis noua vel dicit vel inuenit vt laudetur ab hominibus vnde licet tam in ſuperbia ꝙ inani gloria ſit appetitus proprie excellentie immoderatus. tamen differenti modo quoniam ſuperbus apparet ſibi magnus intra: ⁊ vanigloriosus appetit in ore aliorũ apparere per laudem ad extra ſm Albertum in ſuo compendio. Ex ſuperbia enim procedit veſtimentorũ exceſſus de quo Eccleſiaſtici. xi. In veſtitu ne glorieris: nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opa altiſſimi ſolius. Pro quo eſt notandũ ꝙ ille qui gloriat̃ de veſte ſimilis eſt furi deſignanti cauterio. patet quia propter tranſgreſſionẽ primorum parentum introductus eſt veſtium vſus. Geneſ. iij. Cumꝗ cognouiſſent ſe eſſe nudos conſueuerunt folia ficus ⁊ fecerunt ſibi perizomata ſuper quo Auguſti. Quis enim latronẽ non irrideret ſi videret eum gloriari de ſigno ſibi facto pro latrocinio ſuo quod in facie ſua portat. Illud enim ſignum eſt nobis repreſentatiuum peccati primorum parẽtum cuius infectione omnes inficimur cuius conſideratione deberemus potius lugere ⁊ lacrimari ꝙ gloriari. Tales enim qui ſic ſe exterius ornant ſimiles ſunt ſepulchris dealbatis que exterius apparent hominibus precioſa: intus vero ſunt plena oſſibus mortuorum. corpus enim peccatoris anime mortue ſepulchrum eſt ſm beatũ Augu. Unde Mathei. xxiij. Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei ⁊ ypocrite qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis que a foris apparent hominibus precioſa: intus vero ſunt plena oſſibus mortuorũ. i. operibus mortuis ⁊ omni ſpurcitia. De hoc habemus quoddã exemplũ de quodam rege nuncupato balaan qui exiens a curia ſua obuiauit duobus hominibus habẽtibus veſtes ſordidas. Iſti enim homines facie pallidi ⁊ vltra modum macillenti erant quos cũ vidiſſet rex amplexatus eſt eos eis obuiaſſe nimium gauiſus eorum obuiamine: quod cum magnates ſui vidiſſent ceperunt mirari ⁊ nõ audentes eũ increpare dixerunt fratri ſuo vt ſciſcitaretur ab eo cur hoc feciſſet quod factum eſt. Cumꝗ audiſſet rex verba fratris ſui ⁊ magnatum ſuorum nõ reſpondit eis verbum: ſed fecit fieri quattuor archas quarum duas fecit deauratas in quibus poſuit cadauera ⁊ oſſa mortuorum. Alias duas bitumine ⁊ piſce liniuit ab extra ⁊ infra poſuit aurũ ⁊ argentum margaritas ⁊ gemmas precioſas infinitas. Illaſꝗ firmauit ſerris ⁊ clauibus aureis. ſcilicet deauratas ⁊ bitumine ⁊ pice linitas firmauit ſerris ferreis ⁊ clauibus. Tunc cõuocauit ſuos magnates: et oſtendit eis illas quattuor archas: ſciſcitans ab eis quas tenerent eſſe precioſiores qui reſponderunt ꝙ deauratas quibus rex dixit erratis: ⁊ iuſſit coram ipſis archas aperiri ⁊ apertis exterius deauratis reperta fuerunt infra oſſa mortuorum fetentia. Tunc iuſſit rex alias duas archas aperiri: et intus reperti ſunt lapides precioſi innumerabiles: margarite ⁊ iaſpides: carbũculi: iacinti: berilli: thophazion: aurum: ⁊ argentum ſine numero cum alijs iocalibus precioſiſſimis. Tunc rex ſuis magnatibus dixit de archis deauratis iſte eſt typus eorum qui exterius ſunt glorioſi: ⁊ intus repleti mortuis ⁊ fetentibus operibus. De alijs duabus dixit iſte eſt typus eorum qui exterius ſordidis veſtibus ſunt operti. Interius autem ſunt precioſi bene redolentes deo: quales erant illi de quorum veneratione me feciſtis reprehendi. Seruus enim dei nõ debet habere veſtimenta ad decorem vel ad delectationem: ſed tantũ ad tegendũ nuditatem glo. ſuper illud Math. iij. Johannes habebat veſtimenta de pilis camelorũ. Habentes enĩ alimenta ⁊ quibus tegamur. hijs contenti debemus eſſe prima ad Thymo. vi. Sunt enim ⁊ alie veſtes ſanguinolente ſicut veſtes vſurariorũ: raptorũ: aduocatorum: vt in pluribus ⁊ eorum vxorũ filiarum ⁊c. De quibus Hiere. ij. In alis tuis inuentus eſt ſanguis aĩarum pauperũ ⁊ innocentũ. In iſtis alis nõ volant ad celum: ſed deſcendunt ad infernũ ꝓpter nimiã ponderoſitatẽ corpis peccati. In alis enĩ iſtis inuenit̃ duplex ſanguis. ſ. ſpolia pauperũ ex quibus ille veſtes cõponunt̃. vñ Eccl. xxxiiij. Panis egentiũ vita pauperis eſt qui defraudat illũ homo ſanguinis eſt qui aufert in ſudore panem quaſi qui occidit ꝓximum. qui enĩ effundit ſanguinem: ⁊ qui fraudem facit mercenario fures ſunt. Eccle. eodem capi. Alius ſanguis eſt mors illi⁹ qui pallium de re iniuſta ſiue iniuſte acquiſita deffert: cũ ad dãpnationem illud palliũ defferat: pꝫ quia ſine reſtitutione nõ poteſt haberi vera cõfeſſio: ⁊ ſine vera cõfeſſione nemo poteſt ſaluari: ⁊ ſi non ſaluari ergo dãpnari. Iſtud figuratũ eſt in clamide coccinea in qua illuſus eſt ſaluator noſter. vñ primo ad thymo. ij. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus ſine ira ⁊ diſceptatione ſimiliter ⁊ mulieres in habitu ornato cũ verecũdia ⁊ ſobrietate orantes ſe nõ in tortis criminibus aut auro aut margaritis: aut veſte p̃cioſa: ſed qð decet mulieres promittentes pietatem per opera bona

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione docere aut mulieri non permitto neq̃ dominari in viris: ſed eſſe in ſilētio. Iſtud em̄ viciū ſuperbie rex eſt viciorū. Admodū em̄ regis venit hoc viciū ad aliquem ⁊ adducit magnā ſocietatē viciorū. Eccleſia. x. Initiū. omnis peccati ſuperbia ⁊ qui tenuerit eam ad implebitur maledictis: id ē vicijs ⁊ ſeqtur ⁊ ſubuertet eum in finē ⁊ abbominabilis erit apud deū: propterea exhonorauit deus conuētus malorū ⁊ deſtruxit eos vſq̃ in finē. Ex ſuperbia enim naſcūtur hereſes: ſciſmata: detractiones: inuidia: verboſitas: iactātia: contētiones: ⁊ infinita alia vicia: ⁊ ideo vocatur maximū peccatuz. vnde pſal. Emūdabor a delicto maximo. glo. i. ſuperbia vnde metrificator loquēs de ſuperbia. Inquinat egregios adiūcta ſuperbia mores. Si tibi gratia ſi, ſapiētia formaq̃ decus. Inquinat omnia ſola ſupbia ſi cōmittetur. ad idem Augu. in li. de vitijs ⁊ virtutibus. et alber. in ſuo compēdio. qui enumerat plures difformitates quas inducit ſuperbia. Superbia em̄ facit hominem vſurpare illud qđ eſt dei ſm gloriā. vnde Yſai. xlij. Gloriā meam alteri nō dabo. In bonis em̄ operibus que facim⁹ ſunt duo: ſcȝ honor ⁊ vtilitas. primū ſibi deus reſeruat: aliud nobis tribuit. vnde debemus deo ſuā partē relinquere ſi noſtra parte nolumus ſpoliari. Perfecte viros impugnat. vnde Auguſt. Supbia bonis moribus inſidiabitur vt pereāt. Superbia em̄ eſt inexpugnabilis: ſicut caſtrū in alto monte ſitū. Supbia gr̄a dei hominez denudat. vnde. ij. regū. i. c. mōtes gelboe nec ros nec pluuia deſcēdat ſuper vos. ros ſupple gratie ⁊ pluuia vere ⁊ interioris doctrine hominez deo priuat. vnde Hugo de ſancto victore. Superbia aufert mihi deū: inuidia proximū: ira meipſum. Superbia deo eſt odibilis ⁊ per cōſequēs ſuperbū reddit odibilē. Eccleſia. x. Odibilis corā domino eſt hominibus ſuperbia. Supbia enim deū impugnat: q: ſupbus vexillū inimici dei: ſcilicet dyaboli ponit in caſtro ſuo: ⁊ deponit vexillū chriſti: ſcilicet crucē quā ſemper homo debet portare iuxta illud Luce. ix. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucē ſuā ⁊ ſequatur me. Supbia hominem ſtultum. demonſtrat: quia ancillā ornat ⁊ dominā nudā relinquit. Superbia facit hominē inſenſatum cū per ſuā ſuperbiā credit attingere vbi dyabolus exiſtēs cū ea nō potuit ſtare. Superbia hominē dyabolo aſſimilat. Ipſe enim dyabolus eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. Iob. xli. Quare cōcludit ꝙ ſicut dominu⁹ dixit diſcipulis ſuis. Diſcite a me q̄m mitis ſum ⁊ humilis corde. Math. xi. ita poteſt dyabolus dicere diſcipulis ſuis. Diſcite a me quoniā ſuperbus ſum valde: ⁊ de iſtis ſuperbis legitur Eccleſia. x. Terras gētium ſubuertit domin⁹ ⁊ perdidit eas vſq̃ ad fundamētuȝ propter ſuperbiā. vnde pſal. Vidi impiū ſuperexaltatū ⁊ eleuatuȝ ſicut cedros libani: ⁊ trāſiui ⁊ ecce non erat quēſiui eū ⁊ non eſt inuētus locus eius. Et Iere. l. Domin⁹ loquēs ſuperbo ait. Veniet dies tua temporis viſitationis tue ⁊ cadet ſuperbus ⁊ corruet ⁊ nō erit qui ſuſcitet eū quoniā dies domini ſuper omnem ſuperbū ⁊ excelſum. ⁊ Yſaie ſecūdo. Talibus eniȝ ſupbis infert domin⁹ maledictionē. Yſa. xxviij. Ve corone ſuperbie. ⁊ Amos. vi. Dicit ve vobis qui epulēti eſtis in ſyon ⁊ confiditis in monte ſamarie: optimates capita populoruȝ ingrediētis pompatice dom⁹ iſrael. Iſtud enim viciū perſuaſit dyabolus ſaluatori noſtro ſupra pinaculū templi dicēs. ſi filius dei es mitte te deorſum Mathei quarto Cuius ſignū erat ſm Auguſti. ꝙ plures deceperat per hoc pinaculū ſuperbie. ¶ Sequitur in textu ſis ſimplex humilis ⁊c. vbi actor noſter inſinuat remedium contra ſuperbiam. dicens ꝙ per humilitatem calcatur ſuperbia. Quare poteſt faciliter concludi ꝙ ſicut ſuperbia eſt maximū vicium: ita humilitas eſt maxima virtus cū oppoſitorū eadē ſit diſciplina teſte philoſopho. Per humilitatē enim efficitur ſchola dirigens. Mathei. xviij. Niſi conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli non introibitis in regnū celorū. ⁊ Dauid tu populū ſaluabis dn̄e ⁊ per ſuperbiā eſt via ad infernū. vn̄ Dauid. Inimici domini vt mox honorificati fuerint ⁊ exaltati: quēadmodū fumus deficiēt. Et ſicut ſuperb⁹ fumus eſt in culpa ſic erit fumus in pena. yſaie. lxxij. ⁊ Eccleſia. x. Perdidit em̄ memoriā ſuperbor ⁊ reliquit memoriā humiliū. Ipſe em̄ dn̄s deſtruxit ſedes ducū ſupborū ⁊ ſedere fecit mites pro eis. Eccl. eodē Deus em̄ potēter reſiſtit ſupbis ⁊ humilib⁹ gr̄am miſericorditer elargitur. Iaco. iiij. De⁹ ſupbis reſiſtit: humilib⁹ aūt dat gr̄am.

De peccato accidie.

Accidam linque que dat mala tedia vite
Segniciem fugias nunquam piger ad bona fias
Si bona triſtis odis diuina vel ipſe relinquis
Sedens et negligens que cōſummare teneris
Vel cum triſteris cum nolens hec opereris
Aut nimium triſtis propter queuis mala ſiſtis

Quattuor his dictis. ſic accidioſus haberis
Ocia deuita: ſi vis bona ſit tibi vita
Ocia qui ſequitur ſine crimine vix reperitur
Sepe libes ora faciendo ſancta labora
Pigri dum putant operari tempora deſinut

In iſto capitulo actor noſter determinat de accidia diuidens illud capitulum in tres partes. ¶ In prima parte proponit quid ſit accidia. In ſecunda parte aſſignat ſpecies accidie. In tertia parte oſtendit remedia contra accidiam. prima in principio. ſecunda ibi. Si bōa triſtis odis. tertia ibi ſepe libēs ora. ¶ Quātū ad p̄mā ptē ē notādū ꝙ accidia ſm beatum Auguſtinum in libro de vicijs ⁊ virtutibus eſt languor ai ex defectu diui amoris proueniens. Alia diffinitio ſm Albertum in ſuo compendio theologie eſt illa accidia eſt diffidētia de ꝓprijs viribus ⁊ auxilio dei implendi ardua. ¶ Quantum ab ſecundam partem vbi actor noſter aſſignat qttuor ſpecies principales accidie in littera eſt notandū ꝙ plures ſunt ſpecies accidie ſm doctorē theologie: vna vocat tepiditas ⁊ ē tepiditas puus amor boni. De m̄ltis ei vicijs tēptat dyabol⁹ hoīez tepidum. De quibus non audet temptare hominem charitate feruentez. Vnde Auguſtinus Olle feruēti muſce non inſident. tales tepidi paruum habent deſiderium agend'i penitentiam: ideo talibus dicet dominus ſicut quinq̃ virginibus fatuis. Amen dico vobis neſcio vos. Mathei. vigeſimoquinto Alia ſpecies eſt mollicies. Vnde mollis eſt ille qui ſuccumbit tribulatōibus ⁊ quando in opere inchoato aliquod durum occurrit ipſe ab opere deſiſtit. Mollicies illa eſt quaſi vna culcitra in qua dyabolus in homine quieſcit. ¶ Alia ſpecies eſt ſompnolenta. Pigredo enim immittit ſoporem in pigris de quibus loquitur beatus petrus p̄ma. Petri quarto. Eſtote prudētes ⁊ vigilate in orationibus ante omnia mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes. Tempus enim in quo dormiendum non eſt: eſt tempus matutinum quo eſt vacandum orationi ſtudio et diuine laudi. Nam tempore illo dei conſolatio frequentius recipitur. Vnde Dauid Mane aſtabo tibi ⁊ videbo ⁊c. ⁊ Iohannis. viij. Si diluculo cum ſurrexeris ad dominum ⁊ omnipotentem fueris deprecatus: ſi mundus ⁊ rectus inceſſeris ſtatim euigilabit ad te ⁊ placatum reddet habitaculum iuſticie tue. ¶ Alia ſpecies eſt ocioſitas. Vnde ꝓuerb. xij. Qui operabitur terram ſuam ſaturabitur panibus qui autem ſectatur ocium ſtultiſſimus eſt. Ocioſus em̄ negligit ſibi neceſſaria conuenire. Vnde Eccl. xxij. In lapide luteo lapidatus eſt piger: quia nolunt manus eius quidquā operari. ideo omnes loquuntur in aſpernationem illius talis ocioſus vitam ſuam hoſtibus indefenſam exponit ⁊ hoſtes qui animam ſuam interimunt paſcit. Talis enim vite future que eterna eſt non prouidet cum hoſtibus ſuis ſe exponat. taliū ei non eſt regnum celorum: quia regnum celorum eſt merces eorum qui operati fuerunt. Mathei vigeſimo Voca operatores ⁊ redde eis mercedem. tales enim non recipiuntur in purgatorio. Vnde Dauid. In labore hominum non ſunt ⁊ cum hominibus non flagellabuntur in purgatorio ſupple: ſed cuȝ demonibus in inferno tales in mundo non acceptabuntur: ſicut nec ficulnea ſterilis quā iuſſit dn̄s ſuccindi. Luce. xiij. arborem fici habebat quidem plantatam in vinea ſua ⁊ venit querēs habere fructū ⁊ non inuenit. Dixitq̃ ad cultorem vinee: anni ſunt tres quibus venio querens fructū in hac ficulnea ⁊ non inuenio ſuccinde ergo eam vt quid etiam terrā occupat. ¶ Alia ſpecies accidie eſt dilatio cuius ſunt due ſpecies. Prima ē dilatio cōuerſionis de qua Eccle. v. Non tardes cōuerti ad dn̄m ⁊ ne differas de die in diē. Subito cū veniet ira eius ⁊ in tpe vindicte diſperdet te. talibus em̄ ꝓcurat diabolus vt dum differunt venire ad deum vadant ad infernū ⁊ cadant retrorſum. i. iprouiſe moriant. irrecupabiliter dānent. Scđa eſt dilatio ꝯfeſſionis. Sunt em̄ aliqui qui differūt cōfiteri vſq̃ ad infirmitatem dum iam ſunt impoſſibiles ad agendā penitentiā ꝯ quos Eccle. xvij. Viuus ⁊ ſanus confiteberis et laudabis deū ⁊ glorificaberis in miſatōibus eius. Et eodē. xviij. ante languorē adhibe medicinaȝ ⁊ ante iudiciū interroga teipm̄: ⁊ in cōſpectu dn̄i inuenies ꝓpiciationē. Nō demoreris in errore ipiorū ⁊ ante mortē cōfitere a mortuo quaſi nihil petit vel perit. Ecc. xvij. taliū em̄ cōfeſſio eſt velut cōfeſſio latronū qui nūq̃ cōfiterent niſi viderent mortē: ⁊ ideo nō eſt p̄cioſa deo ſm btm̄ aug. in ſuo p̄iali. et de peni. di. vij. ꝓut latius tractabo in cap. de pe. Alij aūt ſunt q̄ credūt aſcondere pcā volentes aſſimulari ade q̄ dn̄o q̄renti vbi eēt rn̄dit vocē tuā dn̄e audiui in padiſo ⁊ timui eo ꝙ nudus eſſem ⁊ abſcōdi me. Geneſis tertio. Contra quos dauid pſalmus. Iuſticiam meam domino non abſcondi vbi dicit. Glo. Cum homo tegit deus detegit. ⁊ cum homo detegit deus tegit. Alij aut ſunt q̄ differūt cōfiteri ſingulis annis vſq̃ ad paſcha. Tales em̄ volūt facere in vltimo ꝙ dn̄s vult p̄mo fieri. vn̄ ps. Precb

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

nite dño in confeſſione. ⁊ alibi ꝑoccupem⁹ faciē eius in cōfeſſione. Itē qui vult oꝑa ſua eſſe meritoria
debet eſſe in ſtatu gratie. Eccleſi.xxx. Miſerere anime tue placens deo: q꞉ prius de⁹ reſpicit ad offe-
rentem ꝙ oblatum. Gene. quarto: vbi dicitur ꝙ prius reſpexit deus ad Abel ꝙ ad munus eius: ⁊
de iſta materia tractabo inferi⁹ vbi eſt text⁹ ⁊c. Talibus eñ qui differūt cōfiteri eminet periculū: q꞉ in
terdum amitcūt loquelā vt qui noluerūt cōfiteri dum potuerūt non poſſint dum voluerint. Item ta
lis infirmitate grauat⁹ nō pōt cogitare de peccatis ſuis. de peni. di. vij. circa finē quem morb⁹ vrget ⁊
pena terret ad verā vix veniet ſatiſfactiōez. Alia ſpēs accidie eſt tarditas: ſicut eñ accidioſus differt
inchoare op⁹: qđ factur⁹ eſt ſ꞉ tarde ꝓcedit in opere iam inchoato: ſicut eñ acetū dētibus fum⁹ ocu-
lis moleſt⁹ eſt: ſic piger his qui miſerūt eū in via ꝓuer. x. Sic eñ deus moleſtatur in innia tarditate
eoꝝ qui ſibi ſeruiūt. Alia ſpēs eſt negligētia. Negligētia eñ attēditur in hoie qui nō curat qualiter
inchoatum faciat vtrū bene vel male ſ꞉ ſolum curat vt ab onere inchoati laboris ſe expediat ad dete
ſtationem hui⁹ peccati negligētie facit illud qđ legitur Ihere. xlviij. Maledict⁹ qui facit op⁹ dei frau
dulēter alij dicūt negligēter. Alia ſpēs eſt imperſeuerātia: hoc vicio laborāt illi qui raro ad ꝑfectiōez
opus ducūt aliquod qđ inchoāt cōtra quos ait veritas Iohā. iiij. Me⁹ cibus eſt vt faciā volūtatem
eius que miſit me ⁊ perficiā op⁹ eius. Parū eñ prodeſt ꝑ mare nauigādo laboraſſe: ſi tūc nauis peri
erit qñ portui proxima per leucā vnā fuerit. vñ Mat. x. ⁊ eodē. xxv. denic꞉ nō qui ceperit ſ꞉ qui ꝑſeue
rauerit vſq꞉ in finē hic ſalu⁹ erit: ad idē. Criſoſto. ⁊ Grego. in ſuo paſtorali incaſſum bonū agitur ſi an
te vite terminum deſeratur. Alia ſpecies eſt remiſſio hoc vicio laborat qui quotidie deterior effi
citur: qui ſi inchoat aliqđ opus primo die ſtrenue operatur. ſecūdo minus. tertio die min⁹. De tali le-
gitur. Eccleſia. xxij. Filia fatua in deminoratione fiet glo. filia fatua eſt aīa ſale ſapiētie non condita
que ſemper in decreſcēdo ꝓcedit. Alia ſpēs accidie eſt diſſolutio: hoc vicio laborat ille qui inueniēs
difficultatē in ſui regimen ſe dimittit omnino abſq꞉ gubernatiōe iuxta illud ꝓuer. xxiij. Eris ſicut dor
miens in medio mari ⁊ quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo. Si eñ aliqđ bonū infundatur tali ni
hil in eo retinet. Eſt eñ velut dolū non ligatū. vñ Eccleſia. xxi. Cor fatui quaſi vas confractū ⁊ oēm ſa
piētiam nō tenebit. Hoc eñ viciū ꝓcedit ex quadā diffidētia de deo qñ diffidūt poſſe ſeipſos regere
diſſoluti ſunt corde: quia non credūt deo: ⁊ ideo non proteguntur ab eo. Alia ſpecies eſt incuria hoc
vicio laborat ille qui ſuorum debitam curam non habet talis ſua non excolit: culta non colligit colle-
cta non cuſtodit. Alia ſpecies eſt ignauia hoc vicio laborat ille qui potius eligit in magna miſeria
permanere ꝙ aliquantulum labori ſubire. de quo prouerbio. viceſimoſexto. Dicit piger leo eſt in via
leena in itinere: ſicut hoſtium voluitur cardine ſic piger in lectulo ſuo. Abſcondit piger manus ſuas
ſub aſellis ſuis et laborat ſi ad os ſuum eas conuerterit: et tamen talis piger ſapientior ſibi vide-
tur ſeptem viris loquentibus ſententias eodem capitulo. Alia ſpecies accidie eſt indeuotio que eſt
quedam ariditas ſpiritualis. vnde pſal. Dauid. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. et procedit ali-
quando illa indeuotio ex ſuperbia. Tanta eſt enim aliquando duricia cordis indeuoti ꝙ non poteſt
compungi ad lacrimas: nec ad orandum nec ipſum delectat: ſanctas meditationes: ſacram ſcriptu-
ram: ſermones ſuffragia et ſimilia que conſpiciunt ſalutem anime. Tales enim indeuoti duri ſunt ad
ea que ſunt pietatis: et inflexibiles ad ea que ſunt obidientie. ad bona opera ſteriles ſunt et pigri
que opera alijs facilia ſunt. Alia ſpecies accidie eſt triſticia. Illud enim vicium eſt valde deteſtabi-
le in ſeruitio dei: diſplicet deo: placet dyabolo: nocet homini. ¶ Quantum ad primum patet ſecūda ad
Corin. ix. Hilarē datorem diligit de⁹: igitur ecōuerſo triſtē odit: quātum ad ſecūdum beat⁹ Auguſti.
dicit ꝙ vnica ratio vincēdi inimicum eſt letitia ſpiritualis: ergo triſticia ſpiritualis ſibi placet ab op-
poſito. ¶ Quātum ad tertium patet prouerbio. xxv. Sicut tinea veſtimēto et vermis ligno: ita triſti-
cia viri nocet cordi. Alia ſpecies accidie eſt tedium vite. hoc enim vicium aliquando prouenit ex lō
ga triſticia in diuino ſeruitio. Poſtꝙ enim aliquis triſticiam patitur paulatim elongatur a deo. vt
non ſolum diſpliceat ei ſeruire deo ſed etiam viuere. Aliquando enim venit ex dei amore et deſide-
rio celeſtis vite. vnde Gregorius ſancti grauiter tolerant illud quod non amant propter illud quod
amant. Aliquando prouenit tale tedium ex conſideratione malorum: quibus mondus plenus eſt
eccleſiaſtes ſecundo. Moritur doctus ſimiliter et indoctus. idcirco teduit me vite mee videns mala
vniuerſa eſſe ſub ſole et cuncta vanitatem atq꞉ afflictionem ſpiritus quandoq꞉ venit ex vehementia
tribulationis Iob. decimo. Tedet animam meam vite mee. Et iuxta illud apoſtoli ſupra modum
grauati ſum⁹. Alia ſpecies accidie eſt deſperatio. Solet eñ peruenire deſperatio aliqñ ex nimia tri
ſticia. prouerbio. xv. Cor gaudēs exhilarat faciem ⁊ in merore animi deijcitur ſpūs in ꝓfunduz deſpe
rationis: ideo felix eſt que non habuit animi triſticiaz ⁊ non excidit a ſpe ſua. Eccle. xiiij. nam multos

occidit triſtia et non eſt vtilitas in ea et eodem. xx. gaudens enim animus etatem floridam facit et
ſpiritus triſtis exſiccat oſſa. prouer. xvij. ⁊ in probe. ff. §. vt autem. Triſticia enim fortem animum de
ſiccat ab humore gratie: vt ꝑ pctīm deſperationis frangat̄ ꝯtra quā deſperatio in ſummū remediuz
eſt memoria dñice paſſionis. vñ Bernar. Peccaui pctīm grande ꝯſcientia mea turbat̄: ſed nō ꝯtur
habitur qñ vulneꝝ dñi recordabor. Et ſubdit nihil tam ad mortē quod nō morte xpi ſaluatur. ſi in
mente venerit tam potens ⁊ tam efficax eſt medicamentū nulla iam poſſum morbi malignitate ter
reri. Multa enim incōueniētia ſequit̄ accidioſus. Ex accidia ꝑceptum dei negligit. geñ. iij. In ſudo
re vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terrā de qua ſumptus es. Maledictionē incur-
rit: q꞉ nō fructificat. Exemplū Marci. xi. de ficu cui maledixit dñs: q꞉ eſuriebat ⁊ nō inuenit fructuz
Diſcrepat a ceteris creaturis. Exemplum in ſole ⁊ luna qui quotidie mane ſurgunt et ꝑficiunt cur-
ſum ſuuz. In brutis exemplū de formica. ꝓuer. vi. O piger vade ad formicā ⁊ ꝯſidera vias eius ⁊ di
ſce ſapientiā que cū nō habeat ducem nec ꝑceptorem: neq꞉ principem parat in eſtate cibum ſibi con
gregat in meſſe quod comedat. Exemplum in vegetatiuis ⁊ arboribus ⁊ plantis: que fructificāt in
ſuo genere qui ꝙuis in hyeme nuda ſunt tamē virtutem ſeruant ⁊ tempore ſuo redeunt. Aliud in-
conueniēs q꞉ piger preciosum tempus perdit: patet q꞉ breui hora poſſet obtinere veniam gratiam
⁊ gloriam que omnia amittit propter pigriciam ſuam ſm̄ Bernar. Et eccleſiaſtici quarto. Obſerua
tempus ⁊ declina a malo. Unde Bernar. Non parū eſtimes tempus quod in dictis vl̄ factis expē
dis ocioſis. volat enim verbum irreuocabile. volat tempus irreuocabile. Nec aduertit inſipiens qđ
attingit. Omne enim tempus nobis impenſum requiretur a nobis qualiter ſit expenſum: quia ſicut
capillus non peribit de capite nec inſtans de tempore ⁊c̄. Aliud inconueniens: quia incitamenta vi
ciorum colligit. prouerbiorū. xxiiij. Per hominis pigri agrum tranſiui: ⁊ per vineam viri ſtulti: ⁊ ec-
ce totum repleuerant vrtice ⁊ operuerant ſuperficiem eius ſpine ⁊ materia lapidum deſtructa eſt.
Aliud inconueniens: quia corruptionem inducit: patet naturaliter de aqua inquiete que cito corrū-
pitur: ⁊ de ferro quod contrahit rubiginem ⁊ de porco mactando qui permittitur in quiete pingue-
ſcere. Aliud incōueniens: quia locum temptationibus dat. Unde in collationibus patrum mona-
chum operantem nullus demon pulſat ocioſum innumeri temptant. Morem peruertit: quia vult
metere ⁊ non ſeminare: ſicut catus qui libenter comedit piſces: ſed non libenter intrat aquam pi-
ger furem parietem fodientem non repellit: quia mors fur eſt: ⁊ quotidie tollit vnum aſſerem. id eſt
vnum diem contra quem Mathei. xxiiij. Si ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet vigi-
laret vtiq꞉ ⁊ non ſineret perfodi domum ſuam. Huic ſatis videtur concordare Seneca dicens. In
certum eſt quo loco mors te expectat. ideo tu illam in omni loco expecta. Accidia reddit hominem
receptaculum ſordium. Unde Bernardus. Omnium temptationū ſentina eſt ocium. Ipſa enim
eſt efficatior occaſio luxurie. vnde Ouidius de remedio amoris. Ocia ſi tollas periere libidinis ar-
tes. Stultum hominem oſtendit quia tonitrua audiens non ſurgit. Tonuit aūt chriſtus in cruce in
predicatione ⁊ tonauit in die iudicij. Similiter ⁊ per apoſtolos alioſq꞉ predicatores ⁊c̄. adhuc pi-
ger non ſurgit. ¶ Quantum ad tertiam partem ſcilicet illam. Sepe libens ora. actor noſter inſinuat
plura remedia contra accidiam. Primum litterale eſt aſſidua ⁊ libens oratio. Mathei. xxvi. Vigi-
late ⁊ orate ne intretis in temptationem. Secundū remedium eſt facere opera ſancta. Unde Hie-
nymus. Semper aliquid boni facito: vt dyabolus te inueniat occupatum. Nam ſenſus proni ſunt
ad malum. Geñ. viij. Senſus ⁊ cogitatio humana cordis prona ſunt in malum ab adoleſcentia ſua.
Tertium remedium eſt conſideratio futuri premij. vnde Auguſtinus. Labor te terret vide mercedē
Si terret labor pigrum attrahat eum merces. Quartum eſt conſideratio pene future que poteſt eē
triplex: paupertas: vilitas: ⁊ afflictio: de paupertate. Eccleſiaſtici. xviij. Memento paupertatis tpe
abundantie. ⁊ prouer. xx. Propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo eſtate ⁊ non dabit̄ ei.
Et prouerbiorum. xxviij. Qui ſectatur ocium replebitur egeſtate. De vilitate habetur eccleſia. xxij.
In lapide luteo piger lapidabit̄ ⁊c̄. De afflictione hr̄ Math. xxv. Inutilem ſeruum eijcite in tene-
bras exteriores: ⁊ eodem tertio capitulo. Omnis arbor que non fecerit fructum bonum excidetur
⁊ in ignem mittetur. Quintum remedium eſt conſideratio beneficiorum que nobis chriſtus exhibu
it in carne mor ꝯ aſſumpta. vnde Bernardus. Recordemur paſſionuz penuriarum neceſſitatum
⁊ laborum chriſti in predicando: orando: ieiunando: qui pro noſtra redemptione non timuit mortē
ſubire temporalem. Ergo facientes bonum nō deficiamus tempore enim ſuo metemus non deficiē
tes. Credo ad galatas. vi. Quia venit nox in qua nemo poterit operari. Iohan. ix. ⁊c̄. Contra acci-
diam eſt fortitudo.

Sequitur de gula.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pone gule freuū tibi vel dabit ipſa venenum
Eſt ſibi damnoſus in multis quiſqȝ guloſus
Naȝ nimis expēdit citiꝰ mala ꝙꝫ bona pēdit
Qui nimiū comedit bibit ardēſ aut ſtudioſe
Laute ſeu propere fertur peccare guloſe
Crapula vitetur ne corpus inde grauetur
Nauſea non detur et morbus non generetur
Mens non damnetur nec vita tibi breuietur
Ut tempeſtatem fuge vel magis ebrietatem
Mens alienatur corpus vino viciatur
Senſus turbatur ſecretuȝ notificatur
Lingua nimis fatur vino verbum variatur
Uultus fedatur et rixa frequens generatur
Uis eneruatur vino ſapiens ebetatur
Ac diffamatur nomen ⁊ luxuriatur
Prodiga frenetur gula ſobrietas dominetur
Ni compeſcatur gula corpus menſqȝ grauatur
Stulte letatur qui ni pigeat reprobatur.

In iſto caplo actor noſter deter. de gula diuidēs iſtud caplm in quattuor ptes. In pria pte actor ponit diffinitiōeȝ gule. In ſcda pte enūerat eiꝰ ſpēs. In tertia enūerat incōuenientia q̄ ſequūtur ex gula. In quarta pte inſinuat remedia cōtra gulā. Pria in principio. ſcda ibi. qui nimiū comedit. tertia ibi. Crapula vitet. quarta ibi. Prodiga frenet. ¶ Quātū ad primā ptē eſt notāduȝ ſm Aug. ꝙ gula ē immoderata cibi auiditas. ¶ Quantū ad ſcdam pteȝ eſt notāduȝ ꝙ gule ſunt ſpēs nouē. Quaꝝ pria eſt qn̄ quis nimis comedit. vn̄ mēſura iſtiꝰ nimietatis comedēdi nō ꝯſiſtit in cibi quātitate ſȝ in comedētis qualitate. Huic ſpēi iūgit nimiꝰ potꝰ. Alia ſpēs eſt qn̄ quis ardēter comedit ⁊ nimis auide ſumit cibū. vn̄ nō vſus ciboꝝ ſȝ cōcupiſcētia in vicio ē. Alia ſpēs eſt qn̄ q̄s ſtudioſe p̄parat cibaria ſua noua ⁊ incōſueta requirēs. vn̄ Bernar. Non ſapor ſȝ fames excitat appetitū. Alia ſpēs eſt qn̄ q̄s laute vult viuere vt hētur. i. Regū. ij. de filijs bely. Filij bely: filij belyal neſciētes dn̄m ⁊c. Alia ſpēs eſt qn̄ quis propere comedit qd̄ pōt intelligi duobꝰ modis. vno mō qn̄ quis miniꝰ frequēter comedit vel bibit: ſuper quo notetis ꝙ vita humana eſt que cōſiſtit in exercitio virtutū moraliū que ſignificata fuit per Marthā Luce. x. martha aūt ſatagebat circa frequens miniſteriū. Alia eſt vita contēplatiua que nō eſt ꝓprie humana ſȝ ſuper humana que ſignificata fuit per mariaȝ magdalenā. Luce. x. Maria autem ſedebat ſecus pedes ieſu et audiebat verbum illius. ⁊ illa eſt excellentior quia ſpretis terrenis intēdit ſpiritualibꝰ. Alia eſt vita voluptuoſa que inheret ſenſibus hominis ⁊ nō eſt ꝓprie humana ſed beſtialis. Illa vltima vita eſt deteſtabilis ⁊ competit huic ſpeciei gule. Prima vita ſcȝ actiua pertinet proprie ſecularibꝰ ⁊ nō vouētibꝰ. Secūda ſcilicet contemplatiua vita que eſt perfectior pertinet anachoritis ⁊ vere religioſis. vnde metrificator. Qui ſemel eſt iuſtus homo qui bis beſtia qui plus. Alio modo proprie poteſt intelligi qn̄ quis horaȝ comedēdi p̄uenit ⁊ hoc ꝓuenit ex impatiētia tēpꝰ debitū expectādi. De q̄bꝰ loq̄tur ſapiēs Eccl. x. Ue tibi terra cuius rex puer eſt ⁊ cuius principes mane comedūt. Terra autē eſt homo. Rex eſt liberum arbitriū qd̄ animā habet regere: principes ſunt quinqȝ ſenſus Alia ſpecies gule eſt qn̄ quis nimis delicata vult cibaria: de quibus eſt verſus. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis. vnde Iſido. Tota die epulas ruminaui qui ad explendā gulā veſpe delitias p̄parat. Alia ſpecies eſt qn̄ quis varijs ferculis vult vti. vnde Seneca faſtidiētis ſtomachi eſt multa deguſtare. Alia ſpecies qn̄ quis nō habēs precioſa cibaria ⁊ ſumptuoſa reſpectū habet ad hoc ꝙ ſint magis ſaporoſa. In victualibus enim ſumēda ſunt non que voluptas: ſed que querit neceſſitas ſm Bernar. Huius eīn vicij gule quinqȝ ſunt filie vt narrat Gre. ſcilicet ſcurrilitas: quia gula mouet ad verba ſcurrilia: multiloquiū dei iuratio vituperia ⁊ alia verba inania: inopia letitia. id eſt laſciuia carnis ſiue geſtus corporis inordinatus demonſtrans laſciuiam: mētis immūdicia que ſolet ꝓuenire ex gula vomitꝰ: luxuria: eructationes: hebetudo mentis. i. ſubuerſio rōnis. Gula eīn duo cōplectitur comeſſationē ⁊ ebrietateȝ. Comeſſatio eīn eſt ciborum voracitas ⁊ immoderata auiditas. vnde Iuuenalis. Sunt quibus in ſolo eſt viuendi cura palato.

Nam ſicut oculi ſpūalium ad deum ita oculi guloſoꝝ ad cibū quoꝝ deus venter eſt ad phi. iij. Uoluptas enī breuis faſtidio ſubiecta quo auidus hauſta eſt citius cedit in ꝯtrarium ſm Senecā. Ebrietas eſt vini immoderata ſumptio: que ſuis cultoribus multa infert nocumēta. vn̄ Aug. Ebrietas aufert memoriā: diſſipat ſenſum: ꝯfundit intellectū: incitat libidinem: inuoluit linguaȝ: corrūpit ſanguinem: oīa membra debilitat: vitā dirimit: ⁊ oēm ſalutē exterminat. Ubi enim ebrietas ibi nulla ſapientia: ſed inſipientia preuagat ſm Boe. in li. de diſci. ſcolariū. ¶ Quantū ad tertiam partem eſt notandū ꝙ multa incōuenientia ſequunt ex hoc vicio gule. Primū incōueniens: q2 requies ē demonum. vn̄. Aug. Niſi q̄s more porci vixerit. i. guloſi: dyabolus in eo ꝑtātem nō accipit. Ad hoc cōcordat illud qd̄ habet Math. xij. Cum exierit immūdus ſpūs ab hoie ambulat ꝑ loca arida. i. ꝑ homines tēperate viuētes querēs requiē ⁊ nō inueniēs dicit reuertar in domū meam vn̄ exiui. ⁊ eodē viij. Dicebat lego demonū. Dn̄e ſi eijcis nos mitte nos in gregē porcoꝝ. i. in guloſe viuentes. viij. q. ij. viſio. ⁊ Job. xl. Dormitat in locis humētibus vehemot. i. dyabolus quieſcit in guloſis. Gula eniȝ ꝑmos parentes de ꝑadiſo eiecit. Geñ. iij. de ꝯſe. di. iiij. c. firmiſſime. Gula enī aggrauat ſpm̄. lu. xxi. Attendite aūt vobis ne grauent corda veſtra crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis huius vite ⁊ ſuꝑueniat in vos repētina dies illa. aīe enim epulonū adipibus quaſi luto inuolute vix pn̄t aliquid celeſte excogitare ꝑ gulam ſapientia ꝑditur. Job. xxviij. Sapientia nō inuenit in terra ſuauiter viuentiuȝ. Impoſſibile enī eſt aīam imundā q̄tumlibet deſiderauerit lectionis inſtātia ſapiam apphendere ſpūalem. Nam in vaſe fetido ⁊ corrupto p̄cioſum vnguentū fetida teſta cōtaminat. de pe. di. ij. Per gulam natura ledit. vnde Job. xx. Cum ſatiatus fuerit artabitur: eſtuabit ⁊ oīs dolor irruet in eum ita ꝙ natura ſua nō pōt libere exercere oꝑationes: nimia ciboꝝ repletōe ſuffocata. vn̄ Seneca copia ciboꝝ aī ſubtilitas īpedit. ⁊ Hiero. Uēter pinguis ſenſuȝ tenuē nō gignit. Gula inducit corporis infeſtationē. vnde Eccl. v. Saturitas diuitis nō ſinit eum dormire ꝑ gulā amiſit eſau iura ꝑmogeniture Geñ. xxvij. Gula inducit corporis infirmitatē. Eccle. xxxvij. Noli auidus eſſe in oī epulatōe ⁊ nō te effundas ſuꝑ oēm eſcam. In multis eſcis erit infirmitas ⁊ auiditas appropinquabit vſqȝ ad colerā. Et Sene. Multos morbos fercula multa fecere: ſeruū cōtra dn̄m animat. ꝓuerbi. xxix. Qui a puericia delicate nutrit ſeruū ſuum id eſt ventrē ſentiet ſe contumacem. Mortem nature inducit. Geñ. iij. Quacunqȝ hora comederitis morte moriemini. Mortē culpe inducit: vn̄ apl's. i. ad thymo. v. Uidua viuens in delicijs mortua eſt. Mortē gehenne inducit. Luce. xvi. Diues epulo ſepultus eſt in inferno. Et eccl'a. xxxvij. Propter crapulationē multi obierunt. ⁊ Oſee. ix. Memphis ſepeliet eos id eſt mors eterna. Guloſus enī viliſſimā creaturam deificat. ſ. ventrem ad philip. iij. quoꝝ deus venter ē ⁊ ibi glo. Aug. Illa eſt deterior ydolatria paganoꝝ: q2 illi auro argento ⁊ precioſis lapidibus diuinos honores impendere ſolent. Guloſus aūt ventrem ꝓ deo honorat. de quibus Seneca. Omnes ventri obedientes loco aīalium numeremus nō hoīum. Guloſus enī de templo ſpūſſancti facit cōuiuio coquinam. i. ad Coꝝ. iij. Neſcitis q2 templuȝ dei eſtis vos: ⁊ ſpiritus dei habitat in vobis. Si quis aūt templū dei violauerit diſperdet illum deus. Et idem. ij. ad Coꝝ vi. Item. i. ad Coꝝ. vi. Neſcitis quia membra veſtra templuȝ ſunt ſpirituſſancti. Gula inducit dei obliuionem. Oſee. xiij. iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt ⁊ ſaturati ⁊ eleuauerunt cor ſuum ⁊ obliti ſunt mei ⁊ ero eis quaſi leena ⁊ ſicut pardus in via aſſiriorum occurram eis quaſi vrſa raptis catulis ⁊ diſrumpam interiora iecoris eorum ⁊ conſumam eos quaſi leo. Gula blaſphemiam inducit glo. Augu. ſuper illud prima ad Corinth. x. Siue comeditis ſiue bibitis omnia ad gloriam dei facite: ⁊ ſubdit. Abſurdum eſt enim nimia ſaturitate onerare ventrem quem ſcimus deo placere per abſtinentiam. Gula enim eſt quaſi ꝑmum telum dyaboli: patet quia primo ſubiecit Eue comedere de ligno vetito. Geneſ. ij. ⁊. xi. q. iij. c. ꝙ igitur. Item ſaluatori noſtro ſuggeſſit gulam dicens: dic vt lapides iſti panes fiant. Mathei. iiij. Super quo Augu. ſignum erat ꝙ multos deceperat per illud vicium. Niſi prius gula frenetur: fruſtra contra alia vicia laboratur. Aug. ſuper Math. Sed quia dixi ꝙ gula duo complectitur comeſſationem ⁊ ebrietatem. Super ebrietate notetis ꝙ vinum immoderate ſumptum ꝙꝫ plura incōmoda confert: prouocat ad ardorem libidinis. ad Ephe. v. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. ⁊ ꝓuerbiorum. xx. Luxurioſa res eſt vinum ⁊ tumultuoſa ebrietas. Quicunqȝ his delectabitur non erit ſapiens. ⁊. xxv. di. c. venter. Uenter enim vino mero eſtuans cito deſpumat in libidinem. Uinum enī deuicit Noe qui perfectus erat in generationibus ſuis. Nam vino inebriatus nudatus eſt in tabernaculo ſuo. Geneſ. ix. Uinum deuicit Loth: quem ſodoma non deuicit. Nam inebriatus duplicem inceſtuȝ cōmiſit. Geñ. xix. Uinū deuicit abſalon ⁊ amon. Abſalon fecit conuiuiū ⁊ cum temulentus

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

eſſet vino Abſalon frater amon fecit eũ occidi.ij.regũ.xiij.cum temulentus fuerit vino percutite eũ ⁊ interficite dixit abſalon filijs ſuis ꝙ ſicut dixit factũ eſt. Vinũ deuixit olofernẽ quez cũ nimia potatione fuiſſet ſopitus occidit iudith. Judith.xiij. Vinũ ſapientiã habitã cõfundit ⁊ habẽdã ĩpedit vnde Eccl'.ij. Cogitaui in corde meo a vino abſtrahere carnẽ meã vt aiam meã transferrẽ a d ſapientiã. Nõ intuearis vinũ quando flaueſcit ⁊ cũ ſplenduerit in vitro color eius ingeritur blande ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber ⁊ ſicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extranea ⁊ cor tuum loquetur peruerſa ⁊ eris ſicut dormiens in medio mari ⁊ quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo: ⁊ dicens verberauerunt: ſed non dolui: traxerunt me ⁊ ego non ſenſi ⁊ quãdo euigilabo ⁊ rurſus veniã reperiã Vinũ enĩ immoderate ſumptũ eſt vile ſepulchrum ſcientie ſm Ariſtotelem ⁊ ſm Augu. vt pmiſi in fine ſecunde partis preſentis ca. Vinũ ſecretum reuelat puer.xxi. Noli regibus dare vinum qꝛ nullũ ſecretũ eſt vbi regnat ebrietas. Talibus enĩ potoſis infert dñs maledictionẽ Yſa.v. Ve qui ſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam ⁊ potandam a mane vſqꝫ ad veſperam. Ve vobis qui ſaturati eſtis quoniam eſurietis. Luce.vi. Quot ꝓh dolor reperiuntur tales guloſi modernis temporibus qui propter guloſitatem ⁊ delicias corporales infringunt tempora ieiunabilia ſingulis diebus feſtiuis qbus potiſſime deberent vacare diuinis officijs diuine laudi ⁊c. intendunt comeſſationibus ⁊ ebrietatibꝰ a mane vſqꝫ ad veſperã diſcurrentes per tabernas conſumentes prodigaliter bona a deo eis collata ad ſui ſuſtentationem ⁊ pauperum recreationem quorum omnis labor eſt in ore eorum Eccleſiaſtici ſexto. Vnde ꝓuerb.xx. Qui diligit epulas in egeſtate erit et qui amat vinũ ⁊ pinguia non ditabitur.

Quantũ ad quartaz partem in qua actor nr̃ inſinuat remedia contra gulã eſt notandum ꝙ plura enumerantur remedia. vnum remedium eſt abſtinentia ſeu ſobrietas. Vnde Geneſis ſecundo ꝓhibitũ fuit a deo pmis parentibus ne comederent de ligno ſcientie boni ⁊ mali. non enim in comeſſationibꝰ ⁊ ebrietatibus animus reficitur humanus: ſed vigilijs ieiunijs: ⁊ orationibus. Vnde ad Ro.xiij. Carnis curam non feceritis in deſiderijs. Abſtinentia enĩ valet ad diuturnitatem vite. Eccl'.xxxvij. qui abſtinens ẽ adijcit vitam. Aliud remedium ſermo diuinus. Mathei quarto. Non in ſolo pane viuit hõ ſed in verbo quod procedit ex ore dei. Vnde Ambroſius obliuiſcere panem corruptibilem ⁊ corporalem qui eſt vnum telum dyaboli: vt impingues animã tuam pane incorruptibili qui eſt verbum dei Aliud remedium eſt occupatio in bono. vñ ꝓuer.xxi. Deſiderium occidunt pigrum. ⁊ Hieronymus ſemper aliquid boni facito vt dyabolus te inueniat occupatum. Nam ſenſus ⁊ cogitatio ꝓni ſunt ad malũ. Aliud remediũz eſt elongatio ab hijs que dant occaſionem. Eccl'.xxi. quaſi a facie colubri fuge peccata: quia ſi acceſſeris ad ea ſuſcipient te. Aliud remediũ eſt conſideratio carnis poſt mortem. vñ Gregorius. Nihil a deo valet ad domanda carnis deſideria: ſicut cogitare qualis ſit ipſa futura mortua. Vnde Hieronymus. Facile contemnit omnia qui ſe ſemper cogitat moriturum. Aliud remediũ eſt conſideratio malorum que proueniunt ex peccato mortali. ſicut dixi ſuperius in tertia parte iſtius capituli de inconuenientibus que ſequũtur ex gula ⁊c. Aliud Remediũ eſt meditatio eterne cene. vñ Lucas euangeliſta. Homo quidam fecit cenam magnam ⁊ vocauit multos. Luce.xiiij. Aliud remedium eſt cõſideratio penurie chriſti ſeu famis. Treñ. tertio recordare paupertatis mee abſinthij fellis ⁊ paſſionis. Aliud remedium apponitur gratia dei. i. ꝙ homo ſit in gratia. Sic enim faciliter euitabit omne peccatum. Vnde Johannis quarto. Qui biberit ex aqua quam ego dabo non ſitiet ineternum Et ad Hebreos decimotertio. Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor non eſcis. Sobrietas enĩ valet ad ſanitatem corporis ⁊ anime. Eccl'.xxxi. Sanitas eſt anime ⁊ corporis ſobrius potus. ⁊ ſilr̃ ſobrius eſus: ⁊ in eodem cap̃. Exultatio corporis ⁊ anime eſt vinum moderate potatum. qm̃ ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum: ⁊ in dormiendo non laborabis ab illo ⁊ non ſenties dolorem. Multos enĩ exterminauit vinum aqua autem hominibus vita. vinũ in ſobrietate ſi bibas illud moderate eris ſobrius. vinũ enĩ creatum eſt nõ inebrietate: ſꝫ in iocũditate ab initio. Vinũ multũ potũ irritationem iram ⁊ ruinas multas facit. amaritudo aie vinũ multũ potatũ. Eccl'. codẽ. His enĩ q̃ in delicijs vitam ducũt reſoluta quedam corpora viſcera molliora fiunt ⁊ voluptatibus repleta quibus ad cumulũ malorum podagre humorum ĩmatura ſenectus accedit. Et eſt eis vita in medicis ⁊ medicamentis: ſenſus autẽ tardi graues ⁊ obtuſi ⁊ quodãmodo iã ſepulti ſm Criſo. Huic videtur cõcordare Greg. in ſuo paſtorali dicens ꝙ impoſſibile eſt ꝙ homo viuat delicioſius in mundo ⁊ glorioſus in celo ⁊c. Inter enĩ animalia magnorum corporum nulli dedit natura tam paruum os ſm corporis quãtitatem ſicut homini quod ſine dubio factum eſt ad commendationem temperantie ⁊ deteſtationem gule ⁊c. ſm Senecam virtus contraria gule eſt ſobrietas ſeu abſtinentia.

¶ Sequitur de luxuria.

Luxuriam fugias caſtus ſine crimine ſias
Nil domino gratum ſit luxuria maculatuz
Luxuria peccat quiſquis conſentit in actum
Vel cum delectat conſentit agendoqꝫ factum
Actus carnalis eſt ſemper pernicialis
Demptis coniugibus quibus eſt conſenſus honeſtus
Quinqꝫ modis peccant cum coniuge ſepe mariti
Tempore mente modo conditione loco
Luxurie ſpecies dicuntur ſcilicet hee ſex
Inter non nuptos proprie fornix fore fertur
Stuprum cauſatur cum virgo volens violatur
Coniugis alterius violatur fertur adulter
Cum ſibi cognatis inceſtus vel moniali
Raptus cum rapitur ac opprimitur violenter
Contra naturam peccat ſodomita nephandus
Effuge luxuriam quia tollit nemphe ſophiam
Mortificans animam ledit cum corpore famam
Excecat mentem valde turbat rationem
Subuertit ſenſum conſumit tempora cenſum
Oſtendit dominum fert hoſtes tollit amicum
Vires debilitat corpus maculat bona vitat
Vocem deteriorat ⁊ vitam ſepe minorat
Lites adducit ⁊ plurima ſcandala ducit
Dona dei tollit ⁊ fortiora corda remollit
Subtenebrat viſum tandem tollit paradiſum
Demonibus ſubdit inferno deniqꝫ trudit
Sis ſemper caſtus fugiendo verbulia tactus
Ocia vina dapes loca prompta caue quaſi labes.

In iſto cap. actor noſter deteriat de pctõ luxurie diuidẽs iſtud capitulũ. in quattuor ptes ꝑncipales. In pma pte docet qd ſit luxuria. In ſcda enũerat ſpẽs luxurie. In tertia pte oſtẽdit incõueniẽtia q̃ ſequũtur ex luxuria. In quarta pte docet remedia cõtra luxuriam Prima in ꝑncipio. ſcda ibi. Luxurie ſpẽs. tertia ibi. Effuge luxuriã. quarta ibi ſis ſp caſtꝰ. Prima ps poſſet iterũ diuidi: ſed cã breuitatis dimitto lectori. Quantũ ad pmã ptẽ eſt notandũ ꝙ luxuria eſt ex immundis deſiderijs ⁊ carnis lubricamentis veniens proſtitutio. Alio modo luxuria eſt libidinoſe voluntatis appetitus intelligitur hoc de appetitu qui eſt ex conſenſu rationis: qꝛ talis appetitus eſt mortale peccatuz qꝛ ratio nõ cohibet hmõi appetitum cum poſſet vt dicam in dubijs ⁊c. Alio modo luxuria eſt ardor in acceſſu fetor in receſſu breuis delectatio corporis ⁊ anime deſtructio ſm Albertum et alios doctores ¶ Quantum ad ſecundam partem in qua tractandum eſt de ſpeciebus luxurie ibi. Luxurie ſpecies eſt notandum ꝙ octo ſunt ſpecies luxurie licet actor enumeret ad litteram ſex. Vna ſpecies luxurie eſt ſimplex fornicatio que eſt ſoluti cum ſoluta. Alia ſpecies eſt meretricum quod committitur dupliciter. Vno modo per vagam libidinem cum diuerſis peccando vel cum publica venali concubendo. ⁊ hanc ſpeciem actor noſter intendit ſub prima ſcilicet fornicatione ſimplici. Alia ſpecies eſt ſtuprum quod eſt defloratio virginis illicita. tamen ipſa volente ſm litteram actoris notanter dicitur illicita: quia ſi maritus virginis corrumperet eam non eſſet illicita ĩmo licita attentis bonis matrimonij. Notanter dicitur ipã volente qꝛ ſi ipſa nollet diceretur raptus ⁊c. Et de hoc tractabo latius in. c. de penitẽtia. Alia ſpecies eſt adulteriũ qd̃ cõmittitur cũ vxoratus commiſcet cũ maritata vel econuerſo. vel cum vnus eſt coniugatus ⁊ alter non iſtorum duorum mem

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

brorum primum eſt grauius.leui.xx.Si qs mechatus fuerit cū vxore alterius ⁊ adulterium ꝑpetra-
uerit cum vxore ꝓximi ſui morte moriaꝛ ⁊ mechus ⁊ adultera ⁊ idē Deutro.xxij.⁊ idem habetur.ff.
ad.l.iul.de adulte.l.in eo.⁊.l.ſe.⁊ in auctē.vt liceat matri ⁊ auie.§.penu.⁊ vlti.coll.viij.Et.ij.regū.xi.⁊
xij.Dñs dixit ad dauid cum adulteratus eſſet q̄obrem non recedet gladius de domo tua vſq3 in ſem
piternum:eo ꝙ deſpexeris me ⁊ tuleris vxorem vrie.Alia ſpecies eſt ſacrilegium quando continētia
deo ſacrata leditur vt in religioſis fornicantibus ⁊ his qui emiſerunt votum continentie.Hanc ſpēm
actor noſter ponit cum inceſtu.p3 in littera ſua quando dicit vl'moniali.Et de h̄ tractabo lati⁹ inferi⁹
in.c.de pnīa vbi erit notabilis materia.Alia ſpēs eſt inceſtus quo vinculum ſanguinitatis corrumpi-
tur ſiue ſit cognatio naturalis ſiue ſpiritualis.leui.xx.de naturali quaſi a medio.c.vſq3 ad finem.Alia
ſpecies luxurie eſt contra naturam.ſ.ſodomia qua naturalis vſus coeundi peruertitur.cui⁹ ſunt.viij.
ſpecies quas enumerare ꝑtermitto ad cautelam:q2 earum ventilatione aer inficitur ⁊c̄.de illa maꝰia
habetur leui.xx.Et ad Ro.i.circa fi.Femine eorum immutauerunt naturalem vſum in eum vſum q̄ ē
contra naturam.Silr autē ⁊ maſculi relicto naturali vſu femine exarſerunt in deſiderijs ſuis inuicē
maſculi in maſculos turpitudinem operantes:⁊ ſequitur in fi.dicti.c.Qui talia agunt digni ſunt mor
te non ſolum qui faciunt ea ſed etiam qui conſentiunt facientibus.Vn̄ Geñ.xix.pluit dominus ſuper
ſodomam ⁊ gomorram ignem ⁊ ſulphur de celo:⁊ ſubuertit has ciuitates ⁊ omnem circa regionem
vniuerſos habitatores vrbium ⁊ cuncta terre virentia.reſpiciens etiam vxor loth verſa eſt in ſtatuā
ſalis ad oſtendendum quantum diſpliceat deo illud peccatū ⁊ eius memoria.vnde leui.xviij.Omnis
qui fecerit de iſtis abbominationibus ꝑibit de medio populi.Omnis caro corrūperat viam ſuā ſup
terram geñ.vi.Item diluuium inducit ſup terrā ꝓpter iſtud peccatum carnis geñ.vij.Alia ſpecies lu
luxurie attenditur penes coitū cōiugalem qui poteſt tripartiri.Nā quidam eſt licitus.Alius fragilis
Alius impetuoſus.Licitus dr̄ tripl'r ſcilicet cauſa prolis habende ad cultum dei.ſecundo cauſa reddē
di debitum.tertio cauſa fornicationis vitande.ꝑmus eſt pietatis.ſecundus iuſticie.tertius cautele.⁊
in his nullum dicitur eſſe peccatum.Fragilis dicitur quando fit cauſa delectationis:⁊ tunc ſi amor d
lectationis proponitur deo mortale eſt.ſi poſtponitur veniale eſt.Impetuoſus dicitur quando fit ex
ſola libidine tranſcendens metas honeſtatis ⁊ rationis ⁊ fit pluribus modis.Vno modo cauſa faci
ande libidinis per meretricias blandicias.ſecunda quando fit contra naturalem modum.tertio quā
do fit tempore prohibito vt in diebus proceſſionis diebus ieiuniorum.Item in die natiuitatis dñice
⁊ alijs feſtiuitatibus abſtinentiū eſt:non ſolū a cōcubinis ſeu meretricibus:ſed a proprijs vxoribus vt
facilius poſſit impetrari quod poſtulatur per mag.ſen.xxxij.di.iiij.quarto quando fit loco prohibito
quinto quando acceditur ad pregnantem vicinā ꝑtui:ſexto quādo accediꝛ ad illā q̄ eſt in fluxu men-
ſtruo.⁊ iſtis ſex modis eſt mortale.Alia ſpecies luxurie dicitur raptus mulieris aliene cuiuſcunq3 ſta
tus ſit ⁊c̄.ſiue ꝟgines ⁊c̄.Filie luxurie ſm̄ Grego.ſunt octo prima eſt cecitas mentis:quia ſm̄ Aug.
in opere luxurie tota ratio abſorbetur.ſecunda filia eſt inconſideratio mortis ⁊ inferni.tertia incon-
ſtantia ad cogitandum ⁊ deſiderandum nunc illud nunc iſtud.quarta filia eſt amor ſui inordinate.ſc3
cum aliquis deſiderat longam vitam ad hoc vt expleat ſuam voluntatem.quinta filia eſt precipitatio
quando quis precipitanter currit ad peccandum carnaliter exponens ſe periculo mortis propter lu-
xuriam faciendam.ſexta filia eſt odium dei:quia deus abſtrahit ſe a talibus ⁊ punit eos qui ſequunꝛ
carnis delicias ad quas inclinat luxuria.ſeptima filia eſt affectus ꝑſentis ſeculi.ſc3 appetitus diuitia
rum:ſanitas:corporalis:honor:fortitudinis:pulchritudinis:⁊ huiuſmodi ꝑ que luxurioſus cōſequiꝛ
finem ſui intentus.Octaua filia eſt deſpatio futuri ſeculi.ſ.diffidentia glorie vel venie conſequende ⁊
hec eſt filia luxurie conſummate.Quantum ad tertiam partē eſt notandū ꝙ multa inconuenientia ſe
quuntur ex luxuria.Luxuria enim tollit ſcientiam ſm̄ Boe.in li.de diſci.ſco.ſm̄ beatum auguſtinum
luxuria mortificat animam.patet q2 luxuria eſt pctm̄ mortale:⁊ peccatū mortale ducit animā ad mor-
tem:ergo mortificat aīam.i.facit mortuam ſpiritualiter.Vnde ꝑma Iohan.iij.qui non diligit manet
in morte.i.qui non eſt in charitate eſt mortuus ſpiritualiter.Sed exiſtens in peccato mortali non eſt
in charitate:ergo mortuus ſpiritualiter.⁊ ad Ro.vi.ſtipendia peccati mors.⁊ ꝓuerb.ij.vt eneruaue-
ris a muliere aliena ⁊ ab extranea que mollit ſermones ſuos ⁊ reliquit ducem pubertatis ſue:⁊ pacti
dei ſui oblita eſt.inclinata eſt enim ad mortem domus eius ⁊ ad inferos ſemite ipſius.Omnes enim
qui ingrediuntur ad eam non reuertuntur nec apprehendent ſemitas vite.Corpus deſtruit.i.ad cor.
ſexto.Qui fornicatur in corpus ſuū peccat.¶Luxuria famam ledit.vnde Auguſtinus loquēs de ſim
plici fornicatione.Eſt enim peccatum minoris culpe ⁊ maioris infamie.Luxuria excecat mētem Iob.
xxiiij.Oculus adulteri obſeruat caliginem dicens non me videbit oculus.Perturbat rōnem.Oſee.

non me videbit oculus.Perturbat rōnem.Oſee.iiij.Fornicatio vinum ⁊ ebrietas auferunt cordis
rōnem.Exemplum de ſalomone:Ariſtotele Virgilio ⁊c̄.Luxuria ſubuertit ſenſum.Eccl'a.xix.Vinū
⁊ mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.Concordātia ad multa premiſſorum.ꝓuer.v.Fauus diſtil-
lans labia meretricis ⁊ nitidius oleo guttur eius nouiſſima aūt illius amara quaſi abſinthium:⁊ acu
ta quaſi gladius biceps.Pedes eius deſcendunt in mortem:⁊ ad inferos greſſus illius penetrant ꝑ
ſemitam vite nō ambulant:vagi ſunt greſſus eius ⁊ inueſtigabiles.longe fac ab ea vitā tuam:⁊ ne
appropinques foribus domus ſue ne des alienis honorem tuum ⁊ annos tuos crudeli ne forte im-
pleantur extranei viribus tuis:⁊ labores tui ſint in domo aliena ⁊ gemas in nouiſſimis quando cō
ſumpſeris carnes ⁊ corpus tuum:⁊ dicas cur deteſtatus ſum diſciplinam ⁊ increpationibus non ac
quieuit cor meum:nec audiui vocem dicentium me ⁊ magiſtris nō inclinaui aurem meam.⁊ ſequiꝛ.
Reſpexit domin⁹ vias hominis ⁊ omnes greſſus illius conſiderat iniquitates ſue capiunt impium
⁊ funibus peccatorum ſuorū conſtringiꝛ ipſe morietur:q2 nō habuit diſciplinam:⁊ multitudinem ſtul
ticie ſue decipietur.Tempus conſumit:p3 quia luxurioſus ſemper ſicut ſus lutuoſe volutat:ſic ſe de
iectat luxurioſe viuendo.vnde Philip.Quis habens aliquid humani pudoris voluptatibus his co
eundi ⁊ comedendi que hōi que ſue ⁊ aſino cōes ſunt gratulanꝛ ⁊c̄.⁊ ſic q2 peccato mortali ſemꝑ vi-
uit tp̄s amittit ideo cōſumit temp⁹ quod deberet applicare bonis opib⁹ ⁊ meritorijs:⁊ de iſtis ope-
ribus dicam lati⁹ inferius.Cenſum cōſumit.exemplū.Lu.xv.De filio ꝓdigo qui portionem ſuā con
ſumpſit viuendo luxurioſe.vn̄ ꝓuer.xxxi.Ne dederis mulierib⁹ ſubſtantiā tuam ⁊ diuitias tuas ⁊c̄.
⁊.ec.⁊.ix.Ne des fornicarijs aīam tuā in illo ne ꝑdas te ⁊ hereditatē tuam.Nam qui nutrit ſcortum
ꝑdit ſubſtantiā:hac de cauſa q2 deſtruit bona cōparaꝛ igni.Iob.xxxi.Ignis eſt vſq3 ad ꝑditionē de
uorans ⁊ oīa eradicans genimiā.Offendit dñm:vnde numeri.xxv.Legiꝛ ꝙ cum fornicatus eſſet
populus iſrael cum filiabus moab iuſſit domin⁹ omnes ꝑncipes ſuſpendi patibulis contra ſolē ⁊
occiſi ſunt de populo.xxiiij.milia.⁊ Geñ.vij.Inducit deus diluuiū ⁊c̄.Luxuria enim cōtumelioſa eſt
deo:q2 templū eius inquinat.i.ad Cor.iij.Neſcitis q2 templū dei eſtis vos.Si quis aūt templū dei
violauerit diſꝑdet eū dñs.ideo dicebat Salomon eccl'.vij.Inueni amariorem morte mulierē que la
queus venatorum eſt ⁊ lagena cor eius vincula ſunt manus illius qui placet deo effugiet eam.Qui
aūt peccator eſt capietur ab ea.Et Iacobi.iiij.Adulteri neſcitis q2 amicitia huius mundi eſt inimi-
ca deo.Luxuria fert hoſtes Iob.xl.Dormit in locis humentibus vehemot.i.dyabolus in luxurio-
ſis ⁊ guloſis.Et Oſee.vij.Omnes adulterātes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente glo.Clibanus
eſt fornicator:⁊ ſuccendens eſt dyabolus.Vnde glo.⁊ Leui.Cum demones omni peccato gaudeāt
precipue gaudent fornicatione ⁊ ydolatria cuius cauſa ibi aſſignatur:quia hijs corpus ⁊ anima ma
culatur:ideo dicitur luxuria dyabolo placere q̄uis Alber.in ſecundo libro ſui compendij.Ideo di-
cat ꝙ ꝓpter peccati abbominationem demones nobilioris nature peccata vilia deteſtantur quod
cedit hominibus in magnum opprobrium ⁊c̄.Luxuria proximum ſcandalizat.Oſee.v.Facti eſtis
laqueus ſpeculationi ⁊ rethe expanſum ſuper thabor.Luxuria tollit amicitiam:q2 qui hoc vicio la-
borat nulli fidem ſeruat.ij.Regum.xi.⁊.xij.Dauid fidelem ſeruum ſuum vriam fecit occidi propter
berſabee vxorem ſuam ⁊c̄.⁊ eodem.xiij.Amon ſororem ſuam thamar corrupit violenter ⁊c̄.Vires
debilitat patet:q2 illud quod deberet ſuſtentare nutritiuam deperditur.vnde Hiero.Quotidie ſan
guis mechorum funditur:corpus maculat.vnde omne peccatum quodcunq3 fecerit homo extra cor
pus eſt qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat.i.ad Corinth.vi.⁊ ibi glo.cetera peccata aīam
maculant.Fornicatio vero nō tantū animam ſed aīam ⁊ corpus:bona vicia ſpiritualia bona nature
⁊ bona exteriora que ſunt bona fortune.Quod patet per experientiam.Et etiam poſſet probari mul
tis exemplis ſacre ſcripture.vnde metrificator verſus.Femina:corpus:opes:animam:vim:lumina:
voces deſtruit:annihilat:necat:eripit:orbat:acerbat.In coitu ſex dampna luo:quia denarium dorhu
moremq3 bonum proprio de corpore fundo.Offendoq3 deum dum tali ſorde redundo.Corpus ⁊ in
geniū ſtudium cum more remitto.Apocopo vitam famam cū nomine perdo.⁊ illa poſſunt notari
Luce.xv.de filio prodigo qui viuendo luxurioſe diſſipauit ſubſtantiam ſuam.Vocem peiorat:patet
per experientiam de illis iuuenibus qui ſtatim poſtq̄ cōmiſcuerint mulieribus amittunt vocem pu
erile ⁊c̄.Luxuria vitam abbreuiat patet naturaliter:q2 ſubſtantia illa que deberet conuerti in aug-
mentatione deperdiꝛ.Item humidum radicale quod eſt ſubiectum extenſiue ꝓductionis minoraꝛ
in continuatione luxurie.igitur ⁊ vita luxurioſi minoraꝛ ſm̄ Ariſtotelē in compendio nature:vbi dicit
mecū oritur q̄ me interficit ⁊ mecū moriꝛ.Item minorat ſeu abbreuiat vitā ꝓpter melencoliā mul
titudinē que congerunꝛ ex hoc vitio.ꝓuer.xvij.Spūs triſtis exſiccat oſſa.vn̄ metrificator.Equore

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

gnitio. Secundo ex complacentia. vñ Augu. Nullum peccatum adeo veniale quod non fiat mortale dum placet. Tertio ex diſpoſitione. quia per frequentem lapſuꝫ in venialia diſponitur homo ad mortale. et ſm hoc intelligitur illud Gregorij Uitaſti grandia vide ne obruaris aren. hoc dicit quia ſepe de peccatis minimis venitur ad magna: ſicut de modica ſcintilla quandoqꝫ ſurgit magnus ignis. vñ Grego. Qui minima negligit paulatiue defluit. Quarto ex ꝓgreſſu: q: qñ inſurgit veniale ſi nō ꝓhibetur poſſꝫ ꝓgredi qñqꝫ vſqꝫ ad mortale. non ꝙ ipm̄ veniale in ſubſtantia fieret mortale: ſed quia ex ipſo occaſionaliter fieret ꝓgrediendo mortale illud patet in ꝑmis motibus qui inter venialia cōputātur. ſed qñ delectatio ſqualeſcit intantū ꝙ conſenſus accedit. iam pctm̄ eſt mortale. Peccatū eñi veniale eſt libido ſiue voluptas in creatura ſupra deuꝫ vel eque deo. Rectus eñi ordo poſtulat iuſticie ꝙ bonū incommutabile preferatur cōmutabili ⁊ honeſtum vtili: ⁊ voluntas dei volūtati noſtre rō ſenſualitati quando vero iſte ordo peruertitur tūc peccatū perpetrat̃. Effectus peccati venialis multiplex eſt vnus qui ad penam obligat ſaltem aliqualē. alius effectus eſt qui aīam maculat ⁊ ponitur tale exēplū aliquando denigrat̃ aliqua ymago depicta intantum vt videri non poſſit. aliqñ vero ſic obfuſcat̃ vt videri quidē poſſit: ſed non plene diſcerni. ⁊ ideo dicit Greg. ꝙ veniale obſcurat ⁊ mortale obtenebrat totaliter: vt videri non poſſit ymago. Alius effectus eſt quia minuit feruoreꝫ charitatis ſicut aq̄ in ignem ꝓiecta feruorē ignis tēperat licet nō extinguat ignē. Alius effectus eſt q: potentias anime in oībus bonis laſſat ſicut qñ ponitur onus ſuper equum minus erit promptus ad ambulandum. Alius effectus eſt quia retardat a gloria. q: homo qui deberet ⁊ poſſet ſtatim poſt mortem euolare cogitur ꝓpter venialia ad tempus in purgatorio expectare. Nunꝙ̄ eñi ab aliquo facies dei videbitur donec ſoluat per penas minimū quadrantem venialiū pctōrum oportet eñi quēlibet ita mūdum eſſe anteꝙ̄ ingrediatur ſiue introeat paradiſum ſicut fuerat in innocentia baptiſmali. Alius effectus ē q: aliquando venialia ſunt occaſio peccatorū mortalium: vt dictū extitit. Quantum ad ſecundam ꝑtem in qua erant inſinuandi plures modi per quos venialia delentur dum tamen aliquantula contritio ꝓcedat eſt notandū ꝙ peccata venialia delentur ꝑ ſacrificium altaris. ꝑ aſſumptioneꝫ eucharistie. per elemoſynam. per orationem dominicalem. per aſperſionem aque benedicte. ꝑ benedictionem epiſcopalem: per confeſſionē gnālē: per ieiuniū: per extremā vnctionē: per paciētiā in tribulationib⁹: per ſignū crucis: ꝑ contrictionē percutiēdo pectus in ſignū diſplicētie peccati: remittēdo iniurias: docēdo indoctos: ⁊ breuiter adimplēdo opera miſericordie ſpūalia ⁊ corporalia: etiā per oīa alia ſacramenta delētur venialia. De illa materia videatur. xxv. c. Primus. ⁊ ca. Qualis hinc quiſqꝫ egreditur: ⁊ de pe. di. i. ca. Si peccatū. ca. ſerpēs. ⁊ ea. di. c. penul. ⁊ vlti. xxi. di. iiij. ⁊ xvij. di. eiuſdē vnde Auguſt. in enchiridion de quotidianis leuibuſqꝫ peccatis ſine quib⁹ hec vita nō ducit̃ quotidiana oratio ſatiſfacit. ⁊ integritas dum nullū mortale fuerit peccatū: q: peccato mortali exiſtēte veniali nō dimittit̃ de pe. diſt. i c. Uerbū pauli. Cuius cā eſt. quia cum mortale pctm̄ tollat charitateꝫ que vniuerſa delicta operit conſtat ꝙ exiſtenti in mortali peccato nullū veniale remittitur de con. di. iiij. ca. Non poteſt. Ex illa ſcd̄a pte inducitur ꝙ quinqꝫ ſunt principaliter que debet homo timere circa venialia. Primū multitudo eorum. vnde Auguſtinus. Illa leuia noli contennere. Secundum quia ad iudicium dei pro talibus ſumus trahendi glo. ſuper illud Iob triceſimoprimo. Nonne ipſe vias meas conſiderat: ⁊ cunctos greſſus meos dinumerat glo. ibi ſic deus vniuſcuiuſqꝫ vias conſiderat et greſſus dinumerat vt nec minutiſſime cogitationes nec minutiſſima verba q̄ apud nos influxerūt eius iudicio indiſcuſſa remaneāt. Tertiū eſt ne inter multa venialia aliud mortale incidat hoīe ignorāte. vñ Iob alieni comedūt robur ei⁹ ⁊ ipſe neſciuit. Quartū eſt ne ꝑ venialia hō tm̄ debilitet̃ ꝙ in aliqꝺ cadat mortale Eccle. xix. Qui ſpernit modica paulatim decidit. de hoc habet̃ figura. ij. regū. xiiij. vbi habet̃ ꝙ ſemel in anno abſalon fili⁹ dauid tondebat̃ q: grauabat eū ceſaries. ⁊ eodē. xviij. habet̃ ꝙ occaſione crinīu interfect⁹ eſt a ioab principe militie dauid q: capillis pēdebat ad ramū vni⁹ querc⁹: per crines eñi pctā venialia debem⁹ intelligere ſꝫ doctores. Alia figura habet̃ Iudicū. xvi. quomodo ſampſon ceſis crinibus debilis fact⁹ eſt: in quo datur intelligi ꝙ per peccata venialia aliquis debilitatur in operando ſiue in ſuis operationib⁹. Quintū eſt: q: peccata venialia profectū impediūt. modicum eñi pulueris oculū obnubilat. ſic venialia peccata: ſeruitiū alicuius minus gratuꝫ videnť aliqualiter reddere deo: q: ad ei⁹ dilectionē reꝗritur nou⁹ mot⁹ charitatis ꝙ̄uis nō reꝗrat̃ nou⁹ charitatis habit⁹: q: pctm̄ veniale nō tollit veritatis habitū: ſꝫ obſcurādo impedit aliqualiter veritatis actū. Itē q: pctm̄ veniale nō dimittitur ſine cōtrictione: pꝫ q: ꝙ̄diu manet volūtas in aliquo veniali nunꝙ̄ dimittit̃ ſed volūtatem auertere ab eo qꝺ quis prius volebat eſt diſplicere ei quod voluit. Talis autem diſplicentia do-

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

loꝛ contritionis dicit̃ ſup quo nota ꝙ ↄtritio poteſt accipi tripliciter in habitu:in actu:⁊ medio modo Contritio in habitu nõ ſufficit ad peccati venialis dimiſſionẽ qꝛ tunc quicũq; haberet penitentie veritatis habitũ non poſſet habere veniale peccatũ:⁊ ſic peccatum veniale non poſſet eſſe cũ gratia. Cõtritio in actu non ſemp requiritur qꝛ ſequeretur ꝙ peccatũ quod q̃s in memoria non habet remitti nõ poſſet ꝓpter hoc requirit̃ contritio medio modo.ſ. vt peccatũ diſpliceat actualiter vel explicite vel implicite. Dico autem implicite ꝙ talis actus ſufficit qꝛ diſplicet explicite peccatum veniale ſi cogitatio ferretur ad illud. Item eſt notandũ ꝙ tam feruẽs poteſt eſſe motus charitatis in deum ꝙ omnia peccata venialia conſumit etiam ſine actuali contritione vel cognitione ipſoꝝ qꝛ qñ q̃s in deũ feruenter fertur diſplicet ei omẽ quod a deo retardat:⁊ licet explicite d̾ peccato veniali non cogitet tamen in illo motu continetur implicite diſplicentia peccati venialis vel vnius vel oĩm. Itẽ eſt ſciendũ ꝙ in contritione de venialibus nõ exigit̃ ꝓpoſitũ non peccandi venialiter ſicut in contritõne de mortali exigebatur:ſed ſufficit ꝙ diſpliceat ei peccatũ p̃teritũ ⁊ infirmitas qua ad peccatum veniale inclinat̃ ꝙuis ab eo oĩno immunis eſſe nõ poſſit. ita tñ ꝙ voluñtas nõ maneat fixa in vno veniali qꝛ illud ſic retentũ nec dimittetur in contritione generali nec in ſpãli. ratio eſt qꝛ peccata mortalia ſunt in ptãte noſtra vt vitentur non ſolum ſingula:ſed omnia venialia vero ⁊ ſingula vitari poſſunt. non tñ omia quod ex infirtate noſtra contingit. Quantũ ad tertiã partẽ in qua erat vnum dubium remouendum videlicet vtrũ homo teneatur confiteri venialia eſt pꝛemittẽdũ ꝙ penitentia eſt remediũ inſtitutũ ad expellendum peccatum cui debetur pena ſenſibilis que debetur peccato non ſolum mortali ſed etiam veniali. patʒ quia penitentia eſt remedium contra vtrũq; tamen penitentia nõ eſt ſimpliciter de venialibus:ſed de mortalibus:quia penitentia introducta eſt ad reconſiliandum amicitiam quam peccatuʒ mortale tollit. licet igitur penitentia non ſit de venialibus ſimpliciter tamen eſt per accidens. Super quo eſt notandum ꝙ ad confeſſionem dupliciter tenemur. vno modo ex iure diuino hoc ipſo ꝙ eſt medicina cõtra peccatum poſt naufragium:⁊ ſm hoc non omnes tenentur ad confeſſionem ſed illi tantum q̃ peccatum mortale incurrunt poſt baptiſmum. Alio modo tenemur ex iuris poſitiui pꝛecepto ⁊ ſic tenentur omnes adulti ex inſtitutione eccl'ie edita in conſilio generali ſub Inno. iij. Confiteri ſemel in anno ꝓpꝛio ſacerdoti de pe. ⁊ re. ca. Omnis vtriuſq; ſexus. dum ad annos diſcretionis peruenerit ⁊ ſic tenetur qui non habet mortalia confiteri venialia. Tum vt quilibet ſe peccatoꝛe recognoſcat qꝛ omnes peccauerunt ⁊ egent gratia dei iuſtificati gratis per gratiam ipſius ad Romanos. iij. Tum vt cuʒ maioꝛi reuerentia ad eucbariſtiam accedant. tum vt eoꝝ rectoribus ſui ſubditi innoteſcant ne lupus inter gregẽ lateat. Nam ad rectores eccleſiarum ptinet diligẽter vultum pecoꝛis ſui agnoſcere. ꝓuerb. xxvij. Item cauſa dubitationis veniale eſt confitendũ qꝛ ꝓpter circunſtantias ⁊c̃. quod creditur ab homine veniale eſt aliquando mortale. Deut. xvij. Si difficile ⁊ ambiguum apud te iudicium eſſe ꝓſpexeris inter ſanguinẽ ⁊ ſanguinẽ cauſam ⁊ cauſam lepꝛam ⁊ lepꝛam. ſurge ⁊ aſcẽde ad iudicem ⁊ ſacerdotes qui iudicabunt tibi iudicij veritatem ⁊ facies quodcunq; dixerint qui p̃ſunt loco quẽ elegerit dominus ſequeris:quia ſententiam eoꝝ non declinans ⁊c̃.

¶ Sequitur de ſententia excommunicationis.

TAnq̃ peccata ſemper caueas anathema
Nam grauis eſt pena ꝙuis ſit pꝛo medicina
Hec patitur damna que magis fert anathema
Hic non eligitur non eligi ⁊ at pꝛohibetur
Eccleſie poꝛta communio ſit ſacramenta
Traditus eſt ſathane pꝛecibus caret eccleſieq;
Ac ſibi legitimus pꝛohibetur quilibet actus
Nam ſecus eſt iure reſtrictus claue minoꝛe
Quem ſolum pellis a ſacris percipiendis
Nunq̃ participes hijs quos anathema cohercet
Qualicunq; modo niſi caſu iure remiſſo
Caſus recepti ſuper hoc ſunt iure reperti
Coniunx et nati famulus qui debita querit
Ignoꝛans ſuper hijs et dicens vtile mentis

Et qui vitare nequit hos vrgente neceſſe
Participans iure ſtrictis anathema tute
Sunt interdicta ſuſpenſio nempe cauende
Quamuis ſint pene leuioꝛes tamen ſunt metuende.

Poſtq̃ actoꝛ noſter ſuperius determinauit de peccatiſ in generali ⁊ in ſpeciali. hic determinat de ſñia excõicationis:diuidens ſuum capl'm p̃ma ſui diuiſione in duas ptes. In p̃ma determinat de ſentẽtia excõicationis. In ſcd̃a de ſentẽtia interdicti ⁊ ſuſpẽſiõis. ſcd̃a ibi. Sũt iterdicta ⁊ ̃.pria diuidit̃ i duas. In pria determinat de ſen. excõicationis maioꝛis q̃ dicitur anathema. In ſcd̃a de minoꝛi excõmunicatione. ſcd̃a ibi. Nam ſecus eſt iure. Itẽ p̃ma diuidit̃ in quattuoꝛ ptes. In prima facit qd̾ dictũ eſt. In ſcd̃a inſinuat incõuenientia q̃ ꝓueniunt ex maioꝛe excõicatione. In tertia pte inhibet pticipare cum excõicatis maioꝛi excõ'cat·ne ꝓpter cõtagionẽ ſententie. In quarta pte excipit aliquos caſus in quibus licitũ eſt certis pſonis pticipare talibus excõicatis. p̃ma in p̃ncipio. ſcd̃a ibi. Hec patit̃ damna. tertia ibi. Nunq̃ pticipes. quarta ibi. Caſus excepti. Quãtum ad primã partẽ eſt notandũ ꝙ excõicatio in generali eſt actus clauiũ quo membꝛũ ſpũaliter abſcindit̃ a ſuo corpe. ⁊ ſunt excõicationis due ſpẽs. maioꝛ excõicatio que dicit̃ anathema:⁊ minoꝛ excõicatio. Pro quo eſt notandũ ſm beatũ Thomã ſup. xiij. di. iiij. ſen. ꝙ qui p baptiſmũ in eccl'a ponit̃ ad duo aſcribit̃. ſ. ad cetum fideliũ ⁊ ad ſacroꝝ perceptionẽ:⁊ ideo aliquis põt fieri extra eccleſiam p excõicationem dupliciter. Vnomodo ꝙ ſeparat̃ tantummodo a pceptione ſacroꝝ ⁊ ſic erit minoꝛ excõicatio. Alio modo ꝙ excludat̃ a cõione fidelium ⁊ a pceptione ſacramentoꝝ:⁊ ſic erit maioꝛ excõicatio que dicit̃ anathema:ab ana qd̾ eſt equale ⁊ thomos diuiſio. Anathema ſeu maioꝛ excõicatio de qua loquit̃ actoꝛ noſter in p̃ncipio iſtius capituli eſt ſentẽtia eccl'e qua quis pꝛeſcindit̃ ab ingreſſu eccl'e a ſacramentoꝝ cõione ⁊ fidelium ↄſoꝛtio. xviij. di. iiij. ſen. Ergo grauem penã induit ꝙuis fiat ꝓ medicina:qꝛ excõicatio ſolet fieri vt illi qui excõicantur coꝛrigantur ne populus exẽplum eoꝝ coꝛrumpant̃. Quantum ad ſecũdam partem in qua inſinuanda ſunt incõuenientia que ꝓueniunt ex anathemate eſt notandũ ꝙ excõicatus maioꝛi excõmunicatione ⁊c̃. nec poteſt eligere nec eligi de electio p totum. Item aliud inconueniens qꝛ talis excõmunicatus nõ poteſt agere capi. Excõmunicamus. i. §. credentes de hereticis. nec impetrare reſcriptum ad agendũ. de re iudi. c. Inter monaſteriũ. Aliud incõueniẽs:qꝛ talis excõicatus a pceptione ſacroꝝ ⁊ a cõione. i. cetu fidelium ſepatus eſt. vi. q. ij. p̃ſenti. ⁊. xi. q. iij. ſi quis ep̃s. p mag. xviij. di. iiij. ſen. ⁊ p beatum Tho. ſup eandem di. Aliud incõueniens eſt qꝛ talis tradit̃ ſathane. c. audi demq;. ⁊. c. oĩs xp̃ianus. xi. q. iij. ⁊. i. ad Coꝝ. v. ⁊ cã reddit̃ a mag. ſen. xviij. di. iiij. Nam extra eccl'am non eſt xp̃s:⁊ p hoc dyabolo traditur q̃ ab eccl'aſtica remouet̃ cõione. Aliud incõueniens eſt:qꝛ talis excõicatus nõ pticipat quibuſcũq; bonis ⁊ ſuffragijs que fiunt in eccl'ia:qꝛ de hijs qui extra eccl'iam ſunt nihil ad nos. xxiij. q. i. ij. ⁊. iij. i. ad Coꝝ. v. p mag. xviij. di. iiij. ſic dicentẽ. Anathematizatio hanc penã illis qui digne expellunt̃ infligit qꝛ gratia dei ⁊ ꝓtectio illis amplius ſubtrahitur ac ſibijpſis relinquunt̃:vt ſit eis liberũ ruere in interitum peccati. i. ad Coꝝ. v. in quos etiã datur dyabolo maioꝛ poteſtas ſeuiẽdi oꝛatiões quoq; eccl'ie ac benedictiones ⁊ viatoꝝ ſuffragia eis nequaq̃ ſuffragari putant̃. Aliud incõueniens eſt qꝛ oĩs actus legitimus excõicatis interdicit̃ in. c. venerabilẽ. de excep. iij. c. pia cõſideratione. iiij. ti. vbi eſt textus notabilis. ad hoc grauius enĩ punit̃ excõicatus excõicatione ꝙ ictu gladij materialis ⁊ ꝙ ſi a feris deuoꝛaret̃ ⁊ flammis exureret̃ ſm beatũ Aug. ſuper illud Luce. xxij. Ecce duo gladij hic. Excõmunicatus enĩ eſt velut homo captus ab hoſtibus omni auxilio deſtitutus omniq; ſuccurſu qꝛ priuatur cõione fidelium participatõne ſacramentoꝝ nec partẽ habet in aliquibus bonis que fiunt ab eccl'a. talis excõicatus ſimilis eſt illi qui cadit in foueam pꝛe ponderoſitate oneris nõ habẽs qui ſubleuet ⁊ ideo ve illi. eccl'. iiij. Ve illi quia ſi ceciderit non habet ſubleuantem. Excõmunicatio enim eſt velut lepꝛa que eſt moꝛbus contagioſus:nam participantes contaminat. Excõmunicatus eſt velut canis immundus cui non licet intrare eccleſiam. apo. vlti. Beati qui lauant ſtolas ſuas vt ſit poteſtas eoꝝ in ligno vite ⁊ p poꝛtas intrent in ciuitateʒ:⁊ ſequit̃ foꝛis canes. i. excõmunicati ⁊ infideles ⁊c̃. Et eccl'. xiij. Que cõmunicatio ſancto homini ad canem:quaſi dicat nulla:inter illuʒ qui eſt de gremio eccleſie ⁊ illum qui eſt foꝛis. Excommunicatus eſt velut membꝛum abſciſſum a coꝛpoꝛe ꝙ nullius vtilitatis eſt. vnde Iohã. xv. Si quis in me non manſerit mittetur foꝛas ⁊ areſcet ſicut palmes qui non poteſt ferre fructus a ſemetipſo:niſi ſit in vite:ſic nec vos dicit dominus diſcipulis ſuis niſi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

in me manſeritis. Unde Auguſti. Super hoc nil plus debet formidari chriſtianus ꝙ ſeparari a cor-
pore chriſti miſtico: q: ſeparatus non vegetatur ſpiritu eius: ſicut ramus abſciſus a trunco non parti-
cipat humorem trũci quare areſcit: talis eñ excõmunicatus compatur infideli. Mathei. xviij. Si ec-
cleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. Excõmunicatus enim eſt deterior gentili: q:
apoſtata a chriſtiana religione: ⁊ ſicut apoſtata eſt deterioris conditionis ꝙ qui nunꝗ intrauit religi-
onem: ita qui ſuo defectu extra eccleſiam poſitus eſt prouerbiorum ſexto. Homo apoſtata inutilis
eſt huic exemplo veniet perditio ſua nec habebit vltra medicinaꝫ. Notãter dico ſuo defectu: nam qui
non meruit ſentẽtia eccleſie non leditur niſi contẽnat: vnde Orig. ſuper leui. quãdo quis non recto iu-
dico foras mittitur nihil leditur. nam interdũ qui foras mittitur iudicio eccleſie intus eſt iudicio dei
per eũdem: ⁊ per magi. xviij. di. iiij. Quãtum ad tertiã partem videlicet de minore excõmunicatione
ibi in textu. Naꝫ ſecus ẽ iure ⁊c. eſt notãdum ꝙ minor excõmunicatio ſeparat a perceptione ſacramẽ-
torum de ſen. ex. ca. Officij. v. q. ij. ca. preſenti per mag. xviij. di. iiij. ⁊ per btm̃ thomã eodẽ. Hec eñ mi-
nor excõmunicatio differt ab anathemate vt dictũ extitit ſuperius in prima parte. Quãtum ad quar-
tam ptem de pticipando excõmunicatis ibi. Nunꝗ participes: eſt notãdum ꝙ qui cõmunicat ſeu pti-
cipat excõmunicato incurrit minorẽ excõicationem qui multipliciter dicitur peccare: in ſe in euꝫ cui
communicat: in eum pro cuius ſententiam excommunicationis lata eſt in matrem eccleſiam in pa-
trem ſpiritualem cuius ſententiam contẽnit: ⁊ in ptem celeſtem de quo luce. x. Dicit dominus diſci-
pulis ſuis qui vos ſpernit me ſpernit: talis eñ participãs magis vult priuari menſa dei. i. altari ꝙ mẽ-
ſa ydoli: ⁊ potiꝰ amat ſocietatem filiorꝫ dyaboli ꝙ filiorꝫ dei: iõ talis in inferno merito erit ſociꝰ dyabo-
li: ⁊ filiorꝫ eius p imitationeꝫ ſm btm̃ Aug. Quãtũ ad quĩtã partẽ in qua enũerãdi ſunt caſus in qui-
bus põt quis participare cũ excõmunicatis ſine periculo. ibi in textu. Caſus excepti eſt notandum ꝙ
plures ſunt caſus in quibꝰ participãduꝫ eſt cũ excõmunicatis qui qdeꝫ caſus continẽtur in iſto verſi-
culo. Utile lex humile res ignorata neceſſe. Hec anathema ſoluũt ne poſſit obeſſe. de ſen. excõ. c. Cũ
deſideres. in glo. que incipit: niſi in caſibus quorꝫ declaratio ſeqtur: vtile. i. propter vtilitatẽ meã ⁊ ex-
cõmunicati poſſum pticipare cum excõmunicato hoc eſt docẽdo eius ſalutẽ ⁊ petẽdo abeo quod mi-
hi debitũ eſt. in. c. Excõmunicato. ⁊. c. Si vero. de ſen. excõ. xi. q. iij. anteceſſor. ⁊. c. ſe. ⁊. c. cum volũta-
te. ⁊. c. reſponſo. de ſen. ex. lex. propter eãdem legẽ que eſt in viro ⁊ vxore vxor poteſt cõicare viro ſuo
excõmunicato: extra de ſen. ex. ca. Inter alia. ⁊. xi. q. iij. quoniã multos. tamen vir excõmunicatus nõ
tenetur petere debitum mulieri. ſed reddere ſm Hu. Humile. i. ꝓpter humilitateꝫ vt liberi emancipa-
ti ancille ſerui qui tenentur reddere opera ſuis dominis: poſſunt participare excõmunicato patri vel
domino: vt in glo. dicti capituli cum deſideres. Res ignorata id eſt ignorantia excuſat hoc intelliga-
tis de ignorantia inuincibili. vnde ſi tanta ſit ignorantia ꝙ omnino priuet rationem voluntarij ⁊ ra-
tionem contemptus ex toto excuſat. Si vero non priuet omnino excuſat a tanto. vnde Apo. Eccleſi-
am dei perſecutus ſum: ſed veniam conſequutus ſum: quia ignorans feci. i. ad thimotheum. i. et hoc
ſm bonauen. Alio modo ſm doc. ſuper. ij. ſen. in di. ix. tractatur de peccato primorum parentum que-
rendo quis plus peccauerit. Adam vel Eua eſt notandum ꝙ ignorantia eſt multiplex: ſcilꝫ ſimplicis
negationis: priuationis: diſpoſitionis: ignorantia facti: ⁊ ignorantia iuris. Sed omiſſis alijs de dua-
bus vltimis dicam pro preſenti. Ignorantia facti excuſat a toto adhibita debita diligentia ⁊ ſuſtinẽ-
tia. vnde non peccat cui ſupponuntur non ſua pro ſuis. Ignorantia iuris eſt triplex: ſcilicet ſimplex
craſſa ⁊ aſtuta prima excuſat: quia hanc dicitur habere ille qui neſcit quod tenetur ſcire laborat. tamẽ
vt ſciat ꝙuis non excuſet a toto: ſed a tanto. Secunda ſcilicet craſſa non excuſat a toto: ſed a tanto et
minus ꝙ ſimplex: ⁊ hanc habet ille qui neſcit quod tenetur ſcire ⁊ negligit ſcire. Tertia: ſcꝫ aſtuta eſt
duplex: ſcilicet determinata ⁊ indeterminata. determinataꝫ habet qui affectat neſcire aliquid de quo
determinatum eſt apud ſe ꝙ illud tenetur ſcire ⁊ talis ignorantia nullo modo excuſat. Indetermina-
tam habet ille qui affectat neſcire quod tenetur ſcire: ſed non eſt determinatum apud ſe ꝙ teneatur il-
lud ſcire: ⁊ hec excuſat non a toto: ſed a tanto ⁊ minus ꝙ ſimplex ⁊ craſſa: tamen opinio theologorꝫ
plurimuꝫ eſt ꝙ ignorantia annexa contẽptui vel negligentie eſt ſemper pctm̃ ⁊c. De illa materia ha-
betur extra de cle. ex. c. apoſtolice. ⁊ xij. q. ij. c. qui ex hũanis. Neceſſe eſt vt peregrini paupes viatores
quos aſtringit neceſſitas emere a talibus excõicatis q̃nꝗ bibere: comedere: dormire: ⁊ hoſpitari cuꝫ
ipſis in ca. quoniã multos abſoluto. xi. q. iij. ⁊ ca. inter alia. de ſen. excõ. Quãtuꝫ ad ſextã partẽ in qua
eſt determinãduꝫ de duabus ſentẽtijs leuioribus ibi in textu. Sunt interdicta ⁊c. eſt notãdum ꝙ ſen-
tentie ſuſpenſionis interdicti ſunt leuiores ſentẽtie ipſa excõicatione. de quibꝰ habetur de offi. dele-
ga. c. Sane. ⁊. xxiij. q. i. c. miror nullus: oẽs iſte ſentẽtie ſunt timende q: immediate inficiũt animam:
i. leo trahunt ſecum executionẽ ſiue iuſte ſiue iniuſte late: in capitur. Sentẽtia paſtoris. xi. q. iij. ex cõ-

filio anthioceno. ⁊ ſm beatum Thomam ſuper. xviij. diſt. quarti. ⁊ in capitulo. Paſtoralis. de appella.
Hinc excipiuntur duo caſus quibus ſententia iniuſte lata non eſt timenda. Primus eſt ſi ſententia ſit
lata poſt appella. Secundus eſt cum ſententia continet errorem intolerabileꝫ et hoc intelligatis cũ
de his conſtiterit. vnde dicitur error intolerabilis ſi aliquis excõmunicatur q: non furatur vel mecha-
tur vel q: nõ vult incidere in hereſim ⁊ ſic de ſimilibus erroribus in ca. per. tuas extra de ſen. ex. Qui-
dam apponũt ſi prelatus precipiat ſub pena excõicationis aliquod impoſſibile. Item q̃n aliquis ex-
cõicatur pro indebitis exactionibus. extra de exceſ. prela. cũ ad quorũdaꝫ. Nota ꝙ ſentẽtia tribꝰ mo-
dis dr̃ iniuſta. iij. ca. eps̃. preſ byter. §. ſi ergo. xi. q. iij. Primo modo ex animo cũ iudex malo zelo ꝓnũ-
ciat. Ex cã cũ certa cã nõ ſubeſt ⁊c. Ex ordine: cũ ꝑtermittitur ordo iuris in. c. Non debetis. xi. q. iij. vbi
dicitur ꝙ iniuſta ſentẽtia nullum alligat apud deũ ſi de hoc conſtituerit. In omnibꝰ hijs ſentẽtijs ca-
ueatur contẽptus. xi. q. iij. c. Nemo eñ contẽnat vincula eccleſiaſtica. nam non homo eſt qui ligat: ſꝫ
xp̃s. Queritur circa ꝑmiſſa ſi filiꝰ aut ſeruꝰ fuerit excõicatus vtrũ pater vel dñs poſſit pticipare cũ ip-
ſis ſine periculo ſentẽtie excõicationis. Solutio nõ poſſunt. in ca. de filia. xxvij. q. i. Queritur quis po-
teſt excõicare. Solutio. illi ſoli poſſunt excõicare qui habent iuriſdictionem in foro iudiciali: vt papa:
archiepiſcopi: epiſcopi: archid. ⁊ decani ſm beatum Thomã ſuper. xviij. di. quarti ſen. ij. q. i. ca. Nemo
tamen aliqui voluerunt dicere ꝙ curatus parrochialis poteſt excommunicare in parrochia ſua
ex commiſſione ei facta vel in certis caſibus ſicut furto rapina in capitulo cum ab eccleſiaruꝫ. de offi.
or. ſed hoc non credo fore verum niſi cõſuetudo hoc in aliqua patria inueniret in cap. conqueſtus. ix.
q. iij. ⁊ cauſa quare non credo iſtud fore verum eſt q: licet tales curati habeant clauem ordinis ⁊ iuriſ-
dictionis in foro cõſcientie ſupra ſubditos ſuos. tamen non habent clauem iuriſdictionis in foro iu-
diciali quod requiritur ad hoc ꝙ poſſint excommunicare ſm beatum Thomam loco preallegato.
Uidetur ꝙ quilibet ſacerdos poſſit excommunicare: q: excõicatio eſt actus clauium: ſed quilibet ſa-
cerdos habet claues. igitur quilibet ſacerdos põt excõicare. Secundo ſic maius eſt abſoluere ⁊ liga-
re in fore penitentiali ꝙ in fore iudiciali: ſed quilibet ſacerdos põt ſibi ſubditos in fore penitẽtiali ab-
ſoluere ⁊ ligare. ergo põt ſibi ſubditos excõicare. So. dicendũ ẽ ad hoc ꝙ in ea in q̃bus eminet maiꝰ
ꝑiculũ ſunt maioribus reſeruãda de carbo. edi. l. ij. ſed pena excõicatõis eſt valde ꝑiculoſa: ergo non
debet cõmitti cuilibet ſacerdoti. Ulterius eſt notãdũ ꝙ in foro cõſciẽtie tantũ agit̃ inter deũ ⁊ hoieꝫ
ſed in foro exterioris iudicij tm̃ agit̃ hoĩs ad hoiem: ⁊ ideo abſolutio vel ligatio q̃ vnũ hoiem obligat
in cõparatione ad alios hoĩes ad forũ publicũ exterioris iudicij ptinet: ⁊ q: ꝑ excõicationẽ homo a com-
munione fidelium ſeparatur ideo excõicatio ad foruꝫ exterius pertinet: quare illi ſoli poſſunt excõmu-
nicare qui habent iuriſdictionem in foro iudiciali. ideo ſoli epiſcopi et illi de quibus in littera dictum
extitit. Tunc ad primam rationem dicendum eſt ꝙ excommunicatio non eſt actus clauis directe
ſed magis reſpectu exterioris iudicij. Sed quamuis ſententia excommunicationis in exteriori
iudicio ꝓmulgetur tm̃ aliquomodo pertinet ad aditũ regni ſcilicet q: eccleſia militans eſt via ad triũ-
phantem ideo talis iuriſdictio p quã excõicare quis poteſt. poteſt dici clauis. Alio modo poteſt dici
ꝙ eſt clauis ordinis quam omnes ſacerdotes habent ⁊ eſt clauis iuriſdictionis in foro iudiciali quaꝫ
habent ſoli iudices exterioris fori. vtranꝗ tamen contulit xp̃us petro. Mathei. xvi. Ad ſecundam
dicendum eſt ꝙ ſacerdotes parrochiales hñt quandam iuriſdictionẽ in ſubditos ſuos quãtũ ad forũ
conſcientie ſed non quantũ ad forum iudiciale ⁊ ideo ſacerdotes parrochiales excommunicare non
poſſunt ſed abſoluere poſſunt in foro penitentiali: ⁊ ꝙuis forum penitentiale ſit dignius tamen in fo-
ro iudiciali maior ſolẽnitas requiritur: quia in eo oportet ꝙ non ſolũ deo ſed etiam homini ſatiſfaciat
ſm beatam Thomam. xviij. di. iiij. ſenten. ¶ Queritur vtrum aliquis poſſit ſeipſum excõicare. So. di-
co ꝙ non per ca. ſi is qui. xi. q. iij. ¶ Queritur vtrũ excommunicatus poſſit ſepius excommunicari ⁊ vi-
detur ꝙ ſic. iij. q. iiij. c. engeltrudam. ⁊ ar. xi. q. iij. c. excellentiſſimus. Oppoſitum videtur per. c. multi. ij.
q. i. vbi dicitur ꝙ de his qui foris ſunt nihil ad nos. xxiij. q. i. c. ij. ⁊. iij. ⁊ extra de iudi. ca. cum non ab ho-
mine. Item qui eſt extra eccleſiã nõ põt eſſe magis extra. xi. q. iij. c. omnis xp̃ianus. So. aliquorum
iuriſtarꝫ ẽ ꝙ excõicatus amplius nõ põt excõicari ſed denũciari põt excõicatus ⁊ ſic intelligunt̃ oĩa iu-
ra q̃ dicũt ꝙ ſepius põt quis excõicari. ſꝫ melius eſt dicere ꝙ excõicatus põt ſepiꝰ excõicari: ⁊ ſunt hic
duo effectus excõicationis primus effectus eſt eijciẽdi extra eccleſiã. Secũdus effectus eſt detinẽdi
extra ſicut q̃ eſt ligatus vno vinculo adhuc ligari poteſt: ⁊ ſicut qui eſt in vno peccato poteſt aliud cõ-
mittere ⁊ ſic plus puniri debet ita de excõicato qui plures excõmunicatur in. c. ita quorundam de iu-
deis. Queritur quando dicat̃ quis excõicatus vtrũ a tẽpe receptionis litterarum. an a tempore con-
ceſſionis. Solutio. Dicendum eſt ꝙ nulla ſententia efficaciter ligat niſi poſtquam ſcitur ab eo qui

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

eſt excōicatus.ij.q.vi.c.Biduū:⁊ hoc verū eſt cū ꝓbabilis eſt ignorātia.ſecus ſi craſſa ⁊ ſupina ar.c. illud de cleri.excōi.Alij dicūt ꝙ imediate ꝙ ꝓfertur ab ore iudicis eſt excōicatus in.ca. paſtoralis de appella.quia ſnīa excōicationis ſtatim trahit ſecum ſuam executionē.⁊ hoc dūmodo ſit pura ⁊ nō con ditionalis:verūtamē nō punitur ſi ingerat ſe cōmunioni hominū anteꝙ̄ ſciat in.c.illud abſoluto. Vn̄ Apo.Miſericordiā merui q: ignorans feci.viij.di.ca.conſuetudo ¶ Queritur vtrū quis ſit vitandus ante denūciationē.So.dicendum eſt ꝙ ſic ab hijs q̄ ſciunt eū excōicatū in ca.cū nō ab homīe de ſen. excō.xi.q.ij.c.ad menſam.§.euidēter.vi.q.ij ſi tantū.⁊.c.placuit.q̄ em̄ ſcit certiorari non debet.ff.de ac.emptio.⁊ ven.l.i.in fi.xi.q.iij.ſi inimicus.Nam denunciatio nō fit niſi ꝓpter ignorantes.deus eniꝫ ligat ⁊ non homo.xi.q.iij.c.nemo.¶ Querittur vtrū aliquis debeat excōicari.⁊ videtur ꝙ non quia ex cōmunicatio maledictio quedā eſt:ſꝫ ad Ro.xij.Prohibemur maledicere.ergo videtur ꝙ nullus de beat excōicari.Itē eccleſia militans debet imitari triumphātē ſed vt in epiſtola iude habet̄ michael archangelus cū ꝓliaret̄ cum dyabolo ſuper corpore moyſi non eſt auſus iudiciū blaſphemie inferre: ſed ait imperet tibi dn̄s:ergo nec eccleſia militans debet alicui iudiciū maledictōis ſeu excōicationis inferre.Itē nullus eſt in manu hoſtis tradendus:ſꝫ p excōicationē traditur q̄s ſatha.xi.q.iij.audi de niqꝫ.⁊.c.oīs xp̄ianus.Oppoſitū hr̄ Mat.xviij.Vbi dr̄ q̄ eccleſiā audire cōtēnit ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus ⁊ ibi glo.ſicut hereticus ſed heretici ſunt extra eccl'iam ergo ⁊ illi q̄ eccl'iam audire con tēnūt p excōicationē extra eccl'iam ſunt ponēdi.Breuiter dicēdū eſt ꝙ iudiciū eccleſie ꝯforme debꝫ eſſe iudicio dei.Deus aūt multipliciter petōres punit vt eos ad bonū trahat.vno mō a cōione fideliū eos ſeparādo.Alio mō penā eis relinquēdo.ſ.a ſuffragijs eccl'ie ⁊ alijs ſpūalibus bonis eos ꝓuando vt auxilij ſubſtractis q̄bus a malo ꝓpediebātur ſuā infirmitatē cognoſcāt ⁊ hūiles ad deum redeant a quo ꝑ ſupbiam receſſerūt.Et q̄tū ad vtrūqꝫ eccl'ia in excōicatis diuinū iudiciū mutatur.Inquantum em̄ a cōione fideliū ſeparat vt ſeparati erubeſcant imutantur eccleſiam diuinū iudiciū quo per flagella caſtigat.Inquātū aūt a ſuffragijs ⁊ alijs ſpūalibus ſepat imitatur eccl'ie diuinū iudiciū quo penā ſibi relinquit vt ꝑ humilitatē ſeipſū cognoſcens ad deū redeat.¶ Tūc ad rōnes.Ad ꝑmā dicendum eſt ꝙ maledictio poteſt eſſe dupliciter.vno modo ita ꝙ in malo quod irrogat vel dicit per intentionem ſi ſtat ⁊ ſic maledictio omnibus modis eſt prohibita.Alio modo quod malum quod maledictio impre catur ad bonum illius ordinet qui maledicitur ⁊ iſta non eſt prohibita ſed ſalutifera.Ad ſecundam di cendum eſt ꝙ dyabol' incorporalis eſt ⁊ extra ſtatū merēdi:ideo nō eſt ſuſceptibilis alicuius boni ꝑ excōicationis penam.Ad tertiam dicēdum eſt ꝙ ex hoc ip̄o ꝙ aliquis ſuffragijs eccleſie priuatur tri plex incōmoduꝫ incidit ꝓpter tria q̄ quis ex ſuffragijs cōſeq̄tur valēt em̄ ſuffragia ad augmetum gr̄e hijs qui habēt gratiam:valēt ad merēdum eis qui nō habēt:valent etiā ad cuſtodiā virtutis:valent ad defendēdum ab hoſte ⁊c.Vn̄ in primitiua eccleſia qn̄ oportebat ꝑ ſigna homīes ad fidē inuitare: ſpiritusſancti donum viſibili ſigno manifeſtabatur:ita ⁊ excōicatio corporali vexatione a dyabolo in niſcebatur:nec eſt incōueniēs ſi ille qui nō eſt deſperat' hoſti detur q: nō datur ei q̄ſi dānādus:ſed q̄ſi corrigēdus.¶ Queritur vtrū excōicatus poſſit excōicare:⁊ videtur ꝙ ſic q: ille qui eſt excōicatus vel ſuſpenſus neqꝫ ordinē nec iuriſdictionem amittit:q: neqꝫ reordinatur cum abſoluitur nec ei cura iteꝝ cōmittitur:ſed excōmunicatio nō requirit niſi ordinē vel iuriſdictionem:ergo excōmunicatus pōt ex cōmunicare.Item ma' eſt conficere corp' xp̄i ꝙ̄ excōmunicare:ſꝫ excōmunicat' ⁊ ſuſpēſus poſſunt conficere.i.q.i.Domin' declarauit.⁊.ca.q.c.qui pfectionem.⁊.c.quodā.de con.di.iiij.c.non in vobis. Et per beatum thomā ſuper.xiij.di.iiij.ſen.Erga poſſunt excōmunicare.Oppoſitū arguitur q: ligat' corporaliter non poteſt aliū ligare:ſꝫ vinculum ſpirituale eſt fortius ꝙ̄ corporale:ergo excōmunicat' non poteſt excōmunicare cum excōmunicatio ſit vinculū ſpirituale.Solu.dicendum eſt ſm̄ beatum tho.ſuper.xviij.di.iiij.ſen.ꝙ vſus iuriſdictionis eſt in comparatione ad alium hominem:et ideo cum omnis excōicatus a cōmunione fideliū ſeparetur quilibet excōicatus vſu iuriſdictionis priuatur ⁊ ex cōmunicatio eſt iuriſdictionis:ideo excommunicatus excōmunicare non pōt:⁊ eadem ratio eſt de ſu ſpenſo a iuriſdictione:ſi enim ſit ſuſpenſus ab ordine tm̄ tunc nō poteſt ea que ſunt ordinis:ſꝫ poteſt ea que ſunt iuriſdictionis:⁊ econuerſo.ſi ſit ſuſpenſus a iuriſdictione et non ab ordine poteſt ea que ſunt ordinis ⁊ non ea que ſunt iuriſdictionis.Si autem ab vtroqꝫ tūc neutrum poteſt per beatū tho mam loco preallegato.⁊.xi.q.i.In ſumma de or.ab epi.qui epiſcopatui re.c.ij.in textu ⁊ in glo.Tunc ad rationes.Ad primam dicendum eſt ꝙ ꝙ̄uis non amittat iuriſdictionē:amittit tm̄ iuris vſum.Ad ſecundam dicendum eſt ꝙ conficere ſequitur poteſtatem caracteris qui indebilis eſt.et ideo homo ex quo caracterem ordinis habet poteſt ſemper conficere licet non ſemper ei liceat:ſecus autem eſt de excommunicatione que ſequitur iuriſdictionem que auferri pōt ⁊ ligari.¶ Queritur vtrū ꝑte con

tradicēte aduerſa excōicatus poſſit abſolui.So.dicendū eſt ꝙ ſic ꝓ cōtumatia.dū excōicatus offert ſe ad iuſticiā de his pro quibus ipſam ſnīam excepit etiam ſi pars aduerſa appellationis obſtaculum interponeret abſolueretur ab ipſo tamen excōicato prius ſufficienti cautione recepta.Tamen ſi quis eſt excōicatus ꝓ manifeſta offenſa nō abſoluitur ante ſatiſfactionē infra de verbo.ſigni.cap.ex parte. Si aūt ſit excōicatus pro iudicato nō pōt iudex eum abſoluere ſine conſenſu partis aduerſe.in ca.ex cōicatos.xi.q.iij.⁊.c.ex parte abſoluto.¶ Querit̄ quis poteſt abſoluere excōicatum.de iſto dubio tra ctabo in.c.de penitentia ibi.Si fuit ignarus aut anathema tacens vbi eſt textus adhoc.¶ Queritur vtrū excōicatus poſſit abſolui inuitus.So.dicendū eſt ꝙ ſic:q: ſicut excōicatio fertur in eum inuituꝫ ita etiā pōt abſolui inuit'.¶ Querit̄ nunq̄d ille q̄ eſt excōicatus plurib' excōicatōibus pōt ab vna ab ſolui alia vel alijs remanentib'.So.dicendū eſt ꝙ cū diſtinctōe q: aut aliq̄s excōicat' ē ab vno iudice aut a plib' ſi ab vno aut vna ſnīa tm̄ eſt ligatus.aut plib' ſi vna tūc ꝑ vnā abſolutionē eſt abſolut'.ſi pl'ib' ſententijs eſt ligat'.tūc iterū eſt diſtinguēdū:q: aut vna eſt principalis alie incidentes ⁊ ſic ab ſolutus a principali abſolutus eſt ab incidentalibus aut vtraqꝫ eſt ꝑncipalis:⁊ ſic abſolut' ab vna nō eſt abſolutus ab alia:aut aliquis eſt excōicatus a diuerſis iudicibus:⁊ tūc aut habent eandem iuriſdi ctionē aut nō.Si ſic:tunc ſi vn' abſoluit vice alioꝝ abſolutus eſt.Si nō hn̄t eandē iuriſdictionē:tunc qui abſolutus eſt ab vno nō cenſetur abſolutus ab alijs:vt notatur.in.c.cū ꝓ cauſa extra.de ſen.excō. ⁊.c.officij.e.in.ca.cum ꝓ cauſa notatur vlterius ꝙ in abſolutione debent exprimi cauſe propter quas fuerat excommunicatus.

¶ Sequitur de cōtumelia ipſorum qui de facili excommunicant.

Per excōicationē ei fit abſciſio mēbri ſit a capite eccl'ie.Vn̄ alia remedia oīa deberēt adhiberi anteꝙ̄ fieret excōicatio.ſicut mēbro infirmo adhibentur ꝑmo plura reme dia:⁊ ſi remedia valere non poſſunt tūc abſcinditur ne pars ſana corrumpatur.alia eſt nobilitas corporis a quo per excommunicationem membrum abſcinditur.corp' enim illud corpus chriſti eſt miſtice loquendo.Si enim res francie haberet infirmi tatem in aliquo membro non de facili abſcinderetur membrum illud.cum quanta: ergo contumelia eſt abſcindendum membrum a corpore xp̄i.tota em̄ eccleſia contremeſcere deberet quando vnum membrum debet inde abſcindi ſicut accidit in corpore humano quando ab eo vnū mē brum abſcinditur vel eſt abſcindendum.Tertia conſideratio periculi quia quando aliquis excōicat̄ ipſe gladio percutitur.ſathane traditur.ſine conſilio ⁊ auxilio relinquitur:non debet eſſe modica cau ſa pro qua mater filium percutit gladio.lupis infernalibus exponit ⁊ infirmum ad mortem ſine conſi lio relinquit.Quarta conſideratio obſtinacitatis quia excommunicatio ſolebat fieri ad hoc vt illi qui excommunicabantur corrigerentur.⁊ ne populus exemplo eorum corrumperetur.hodie enim cōtra rium accidit quia qui excommunicatur excommunicationem contemnit ⁊ ad deteriora frena laxat. Alij etiam corrumpuntur quia excommunicant eis.vnde remedium verſum eſt in venenuꝫ etiā mul totiens impetrantur tales excommunicationes ad vindictam ⁊ non proprie cauſa correctionis qua re rare ſunt fiende excommunicationes propter pericula que eminent excommunicanti ⁊ excommu nicato ſm̄ beatum Auguſtinum in libro de virtutibus ⁊ vicijs.

¶ Sequitur de modo vitandi peccata ⁊ vincendi tentationes.

Triplex eſt hoſtis hominis demō caro mūdus
Demon agit tumidū.mūdis cupidū caro fedū
Non faueas iſtis vt ſis a crimine mundus
Cur contemneris caueas ne deſpiciaris
Mundū ſpernendo vinces carnē reprimēdo
Proſternes ſathanam ſeruando fidem bene ſanam
Tentat hic aſtute ne cures viuere iuſte
Et male delinquas.et non peccata relinquas
Cur te prudenter ſerua meditando frequenter
Quod damnatus eris ſi mortali morieris
Vt mala deuites aliquid facecia vites

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Nunc age nunc ora lege nunc vaga nulla ſit hora
Obſta principijs quia tunc cito vincitur hoſtis
Quando nimis creſcit tentatio raro quieſcit
Cerne deum qui te ſemper ſpeculatur vbiqꝫ
Qui mala vix celat ſed punit et ipſa reuelat
Nil eſt tam tectum quin ſit quandoqꝫ repertum
Poſtea confuſus reus eſt et ſepe retruſus
Inſpice quanta bona dominus tribuit tibi dona
Precipue mortem chriſti bene reſpice fortem
Ne ſis ingratus ſibi committendo reatus
Cum male delinquis iterum chriſtum crucifigis
Inſpice ſanctorum necnon exempla eorum
Gloria pro meritis iuſtis mala dantur iniquis
Inſpicias animam ſic chriſti morte redemptam
At tibi commiſſam cur crimine deſtruis ipſam,
Proſpice fetorem culpe penamqꝫ pudorem
Longa datur pena: ſed delectatio curta
Cerne quot et quanta peccatum dat tibi damna
Nulla queunt tantum te ledere crimina quantum
Cerne diem mortis que pulſat ad hoſtia fortis
Quod quanti ſubito moriuntur ſepe memento
Scis ꝙ obibis homo neſcis vbi quomodo quando
Penſa iudicium quo nil remanebit inultum
Cerne graues penas baratri forteſqꝫ cathenas
Cerne domum celi ne perdas turbine teli
Sacre ſcripture ſtudium quoqꝫ ſit tibi cure
Sic mala vitabis mentemqꝫ tuam ſaciabis
Sanctos ſectare prauos noli ſociare
Senſus frenare ſathagas carnemqꝫ domare
Vinum ſumẽdo ſis ſobrius ⁊ comedendo
Et loca prompta malis fuge ne ſis pernicialis
Nam locus errare promptus facit et fatuare;
Hec bene ſeruando chriſtum cum matre rogando
Crimina vitabis hoſteſqꝫ tuos ſuperabis
Nemo tamen credat ꝙ eum tentatio ledat
Si non cõſentit animo quia tunc bene ſentit
Debilis eſt hoſtis quia nullum ni velit vrit
Non eſt peccatum niſi ſit per velle patratum
Velle nequit cogi quamuis queat ad mala pungi
Non excuſatur ideo quis cum ſuperatur
Ergo tuum velle compeſcas crimina pelle
Vt careas pena leteris in ede ſerena
Te bene conante domino ſimul auxiliante

¶ Sequitur declaratio textus.

TRiplex eſt hoſtis. vnde Facetus. Nocte dieqꝫ tuis tria ſunt herentia coſtis. Immũdus mundus: furioſa caro: ferus hoſtis. Hec ac quicquid eis appendet odire tenerꝭ Tentatio enĩ bona eſt dum tñ nõ vincat. in ꝓhemio apocalipſis. Prepa aĩam tuam ad tẽtationem. Tentatio nãqꝫ eſt vita hoĩs ſup terram. Contra mundũ. i. Jo. ij. Nolite diligere mundũ: neqꝫ ea que in mundo ſunt. Si quis enĩ diligit mundũ nõ ẽ charitas patris in illo. Omne enĩ qđ eſt in mundo aut eſt ꝯcupiſcentia carnis: aut cõcupiſcentia oculoꝝ aut ſupbia vite. Ideo nolite ꝯformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri vt ꝓbetis q̃ ſit voluntas dei bona. ad. Roma. xij. vnde Ber. de ꝯtemptu mũdi. Vox diuina ſonat ꝙ nemo ſpem ſibi ponat. In rebus mũdi q̃ cãm dant pereũdi. Si quis amat xp̃m mundũ nõ diligit iſtum. cõtra carnẽ ad Roma. viij. Sꝫ ſm carnẽ vixeritis moriemini. Si aũt ſpũ facta carnis mortificaueritis viuetꝭ. Qui enĩ ſeminat in carne ſua: đ carne metet ⁊ corruptionẽ. ad Galla. v. vnde Ber. de ꝯtemptu mõdi. Tu quoqꝫ frater ita carnis cõtagia vita. Vt placeas xp̃o mundo dũ viuis in iſto. Contra demonẽ habet̃ p̃ma petri. v. Vigilate q: aduerſarius veſter dyabolus tanꝙ leo rugiens circuit querens quẽ deuoret. ⁊ ſequit̃ remediũ. Cui reſiſtite fortes in fide. ergo certa bonũ certamen fidei apprehẽdende vitam in qua vocatus es. p̃ma ad thimo. v. Vt mala deuites. Semper aliquid facito boni: vt dyabolus te inueniat occupatũ. Nam ſenſus ⁊ cogitatio proni ſunt ad malũ. Hieronymus ⁊ Geñ. viij. Senſus ⁊ cogitatio cordis in malũ ꝓna ſunt ad adoleſcentia ſua. Nunc age ⁊c̃. ad Theſſalo. v. Sine intermiſſione orate in oĩbus gratias agite: hec enĩ eſt voluntas dei. ⁊ ad Coloſenſes. iiij. Orationi inſtate vigilãtes in ea in gratiaꝝ actione. ⁊ Math. xxvi. Vigilate ⁊ orate vt nõ intretis in tentationem. Principijs obſta ſero medicina parat̃ ⁊c̃. Tentatio enim inchoatur per ſuggeſtionem: ideo obſta ⁊ reſiſte huic p̃ncipio ne progrediat̃ in delectatiõem: ⁊ deinceps in cõſenſum quoniã modica ſcintilla in materia cõbuſtibili ſi nõ prohibeat̃ magnum infert incendiũ: ideo principijs obſta ſero medicina parat̃. Nam mala per longas cõualuere moras. Ouidius. Inſpice ſanctorum ⁊c̃. Exemplũ do vobis vt queãdmodum ego feci ita ⁊ vos faciatis hoc eſt bonũ ⁊c̃. Johan. xiij. Quia ſicut iuſtis premia dant̃: ita impijs ſupplicia. ⁊ Math. xxv. Venite benedicti patris mei percipite regnum: quo ad primã partẽ. quo ad ſcđam. Diſcedite a me maledicti in ignem eternũ. Cerne deum ⁊c̃. Oculis mentis tue ⁊ ſerua mandata eius. p̃ma Johan. ij. Quia te cernit vbiqꝫ. Eccl'a. xxxix. Opera omnis carnis coram illo nec eſt quicꝙ abſconditum ab oculis eius. Qui mala ⁊c̃. Naum. iij. Reuelabo pudenda tua. id eſt peccata: q: quando homo tegit deus detegit: ⁊ ſequitur punit: q: nullum malũ impunitum nec bonũ irremuneratum. Inſpice quanta bona ⁊c̃. Gratuita naturalia tẽporalia ⁊c̃. Vñ apo. p̃ria ad Coꝝ. iiij. Quid habes quod nõ accepiſti: quaſi dicat nihil. vnde Gregorius O magna ignominia homini eo ꝙ creature irrationales magis obediunt deo quibus deus non tot contulit beneficia ſicut homini. Non enim creauit eas ad ymaginem ⁊ ſimilitudinẽ ſuam: nec redemit eas ſanguine ſuo ⁊c̃. Pro redemptione autem humani generis carnem aſſumpſit humanam: infinita paſſus eſt opprobria mortem ſubijt temporalem tam acerbam cuius paſſioni omnes huius mundi paſſiones non valent comparari. Trenorum primo. O vos omnes qui tranſitis per viam attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Audite obſecro vniuerſi populi ⁊ videte dolorem meum eodem. Non eſt ſpecies ei neqꝫ decor vidimus eum ⁊ non erat aſpectus. Yſaie. liij. Ergo hoc ſentite in vobis quod ⁊ in chriſto ieſu qui humiliauit ſemetipſum factus obediens vſqꝫ ad mortem: mortem autem crucis. ad Philipenſes ſecundo. Vere enim languores noſtros ipſe tulit ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. Ipſe enim eſt vulneratus propter iniquitates noſtras. Yſaie. liij. Proprio enim filio non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. ad Romanos. viij. Inſpicias animã ad Romanos. iij. Juſtificati gratis gratia ipſius per redemptõnem que eſt in chriſto ieſu. vnde Dauid. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi ⁊ anima mea quam redemiſti. Unde magiſter in tertio libro ſententiaruꝫ: quia in homine tota natura humana corrupta erat totam aſſumpſit. id eſt animam ⁊ carnem vt totam curaret ⁊ ſanctificaret. ergo cum anima ſit tibi commiſſa cur crimine maculas ipſam. Creata eſt enim ad dei ymaginem ⁊ ſimilitudinem. Geneſis primo. Poſt lapſum redempta precio magno: quia ſanguine precioſiſſimo ſaluatoris noſtri. p̃ma ad Corinthi. ſexto. Empti enĩ eſtis precio magno glorificate ⁊ portate deum in corpore veſtro: ſed per peccatum deturpatur ymago trinitatis. Trenorum. iiij. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum: ⁊ non ſunt cogniti in plateis. Ergo non eſt talis anima qualem eam creauit deus. Per magiſtrũ in ſecundo ſentẽtiarũ. Ymago dicitur tripliciter: equalitatis: ⁊ ſic filius dei eſt ymago patris: imitationis: ⁊ ſic homo interior eſt ymago dei. Repreſentationis: ⁊ ſic mundus dicitur ymago dei ſiue melius ſpeculum ſeu veſ-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

gium nota. Nota ꝙ differentia eſt inter librum vite ſpeculuz ⁊ exemplar. q: exemplar eſt reſpectu rerum exiſtētiuz. liber vite reſpectu rerꝫ redeuntium: ſpeculum reſpectu rerum eūtium. Item libri vite ſunt due pagine. vna eſt pietatis ⁊ alia iuſticie a qua quis pōt deleri. Proſpice fetorē culpe penamqꝫ pudorē ⁊c. quia vt dicit Aug. Anima deo coniūcta per charitatē ei redolet ſicut odor balſami. ergo diſiūcta per pctm̄ mortale fetet eidē. Et ſi in ſuo peccato diem clauſerit vltimū pena punietur eterna q: q̄uis peccatū fuerit tranſitoriuz: tamen pena eſt eterna pluribus rōnibus. Prima ratio eſt: q: peccando peremit bonū qđ poterat eſſe eternū. Secūda q: materia ignis infernalis eſt eterna: ſcꝫ culpa ideo ⁊ pena: q: ſtāte dedecore culpe nō poteſt fieri remiſſio pene. Tertia ratio q: peccator peccauit cōtra eum qui eſt infinitus: ergo pena debet eſſe infinita: duratione nō acerbitate. Quarta q: peccans mortaliter finem ſue dilectiōis in eo in quo mortaliter peccat ponit vt etiā deū pro illo contēnat: ⁊ ex illo actu volūtatis quo peccatū mortale eligit ſemp vellet peccato adherere: ⁊ ideo in ſuo eterno peccat: ⁊ per conſequēs pena eterna eſt dignus ſm mag. ⁊ gre. ⁊ tho. ⁊c. vnde Bernar. de contētu mundi. Et fit flamma furens illos ſine fine perurens. Neſcia finiri ſemperqꝫ videtur oriri: ideo dicebat Hieronim⁹ momētaneū eſt qđ delectat eternū qđ cruciat. Et beat⁹ paulus ſecūda ad Cor. iiij. Illud enim qđ in preſenti eſt momētaneum ⁊ leue tribulationis noſtre ſupra modū in ſublimitatem eterne glorie pondus operatur in nobis. Et hoc enim oritur maximus pudor: cum pctm̄ quod per penitentiam poterat deleri cunctis manifeſtabitur populis. Naū. iij. Oſtēdam gētibus nuditatem tuaz ⁊ regnis ignominiam tuā. Cerne quot ⁊ quanta. vide ſuperius vbi tractatur de peccatis in generali. Certe diem mortis ⁊c. Nihil eſt certius morte nihil vero incertius hora mortis. Unde ad Hebreos. ix. Statutuz eſt hoībus ſemel mori. Unde Bernar. Nullus tam fortis cui parcant vincula mortis: per nullam ſortem poteris depellere mortem: tam ducibus q̄ principibus cōmunis habetur. Mors iuuenes rapit atqꝫ ſenes nulli miſeret̄. Ideo dicebat Catho. Quocunqꝫ ingrederis ſequitur mors corporis vmbrā. Umbre enim tranſitus eſt tēpus noſtrū ⁊ non eſt reuerſio finis noſtri. ſapientie. ij. Semp enim mors furatur dies noſtros: ideo cauēdum eſt ſumme ne ſubito ſubuertat noſtrā arborem ⁊ preoccupati morte ſubitanea queramus tēpus penitētie ⁊ inuenire non poſſumus. Scis ꝙ obibis ⁊c. Certū eſt eñ omni homini ꝙ debet mori: ſed neſcit vbi quādo nec quomodo. Eccleſia. ix. Neſcit homo finem ſuū: ſed ſicut piſces capiūtur hamo: ⁊ aues cōprehenduntur laqueo: ſic capiūtur homines tempore malo: ideo dicebat Bernardus. Uita breuis velut vmbra leuis ſic annihilatur. Sic vadit ſubitoqꝫ cadit dum ſtare putatur. Dies domini enim ſicut fur in nocte veniet: cum eñ dixerint homines pax ⁊ ſecuritas eſt tunc repentinus eis ſuperueniet interitus: ad theſſalonicenſes. v. Ergo eſtote parati: quia qua hora neſcitis filius hominis venturus eſt. Mathei. xxiiij. Penſa iudicium ⁊c. Omnes eñ nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti vt referat vnuſquiſqꝫ propria corporis prout geſſit ſiue bonuz ſiue malum. ſecunda ad chorinthios. v. et prima ad Corint. iij. vnuſquiſqꝫ propriam mercedem capiet ſm laborem ſuum. In illo diſcreto iudicio fiet retributio vnicuiqꝫ ſm opera ſua. Yſaie. xxxv. Ecce dominus veſter vltionem adducet retributionis: nullus enim doli capax introibit ad conſpectum diuine maieſtatis donec totaliter peccata ſcoria in purgatorio purgetur: ⁊ hoc intelligitur de mediocriter malis: quia valde mali eternaliter cruciabuntur in inferno vt dicam latius in fine libri vbi eſt textus de hoc ⁊c. Sacre ſcripture ⁊c. homo enim qui vult terrena vitare debet frequenter vacare ſacre ſcripture. ſecunda ad thimo. iij. Sacras litteras noſti que poſſunt te inſtruere ad ſalutem. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docēdum arguendum ad corripiēdum in iuſticiam vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum inſtructus. eode ca. Nam ſacre ſcripture ſunt ad noſtram inſtructionem ad Roma. xv. Quecunqꝫ ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per paciētiam ⁊ conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus ⁊c. vnde Bernar. Judice ſcriptura poteris cognoſcere plura vitam querenti dat iter ſacra lectio menti. Sanctos ſectare ⁊c. vnde Dauid. Cum ſancto ſanctus eris ⁊ cum viro innocente innocens eris: et cum electo electus eris et cum peruerſo peruerteris. vnde prouerbio. i. Fili ſi te lactauerint peccatores ne acquieſcas eis ſi dixerint tibi veni nobiſcum ne ambules cum eis. vnde Catho. Cum bonis ambula. Illis iungeris quorum tu facta ſequeris: ſenſus tuos frena. Unde Auguſti. Cōtinēdus eſt animus a voluptate oculorum a voluptate aurium: a voluptate odoratus a voluptate guſtus: ⁊ a voluptate tactus: quia mors intrat per iſtas feneſtras. Hieremie. ix. Peccatum eñ mortale generat mortem eternam Jacobi. i. ⁊ ad Roma. v. Item ſatage carnem tuā domare abſtinētiam. vnde Prouerbio. xxv. Cum defecerint lingua extinguetur ignis. ⁊ Apo. ad Gala. v. Spiritu ambulate deſideria carnis non pficietis. vnde Bernar. Spirit⁹ inde perit dum corpus dulcia querit. Et dū vexatur caro ſpūs alleuiatur. De loco

et alijs q̄ preſtant occaſionē peccandi loqtur ſaluator noſter. Mat. xviij. ca. Si ſcandalizet te oculus tuus erue eū ⁊c. i. caue ea que dant occaſionē peccandi ſm glo. ⁊c. Hec bñ ſeruando. ſ. que dicta ſunt xp̄m cum matre. ſ. glorioſiſſima vgine maria rogādo crimina vitabis. vñ Iſidorus. Hoc eſt remediuz eius q̄ vitiorum temperamētis eſtuat vt quotiens qlibet tangit̄ vitio totiēs ad orationem ſe ſubdat q: frequēs oratio vitiorꝫ impugnationē extinguit. Oratio ei liberat ab inimicis Baruch. iiij. Clamate ad dñm ⁊ eripiet vos de manu principū. ⁊ Act. xij. De beato Petro q̄ erat vinctus cathenis. Unde Ber. Ergo fide pura te xp̄o ſubdere cura. Auxilio cui⁹ fugies mala tēporis huius ⁊c. Nemo tamen credat ⁊c. ſm Bona. tentatio bona eſt q: ordinat̄ in pbationē ⁊ per cōſequēs in augmentū glie duz tamen tentatus reſiſtat. Exemplū de Job ⁊ de pluribus ſctis. vñ Jaco. i. Beatus qui ſuffert tētatōm qm̄ cū pbatus fuerit homo accipiet coronā vite quā repromiſit deus diligētibus ſe. Pro quo eſt notādum ꝙ tētatio q̄ eſt a deo ſp bona ē: q̄ ē a carne nō eſt appetenda: q̄ eſt a dyabolo pfectis. i. charitate feruentibus appetēda ē: ſꝫ a fragilibus nō eſt appetenda ne vincat ſm Bonauen. Debilis eſt hoſtis. ⁊c. Super hoc ſunt opiniones. dicūt eñ aliqui ꝙ dyabolus ſupatus ab vno hoīe reſiſtendo ſue tentationi amplius de illo vitio non poteſt quēq̄ tētare ſed alius dyabolus bene poteſt de illo vitio tētare. Alij doctores tenēt ꝙ ſi vnus dyabolus fuerit ſupatus nullus aliorꝫ poteſt illum hominē de illo vitio quo ille dyabolus fuit ſupatus amplius tentare. Alij tenent ꝙ licet vnus diabolus fuerit ſupatus ab vno homine de vno vitio. ⁊ ꝙ non poſſit deinceps tentare de alio vitio quo fuit ſuperat⁹. poteſt tamē eundem hominem de illo vitio tentare hoc narrat Albertus in ſuo compendio theologie. ergo debilis eſt hoſtis: quia non poteſt cogere voluntatem hoīs ad conſentiendū ſue tentationi niſi ipa velit Ipſa enim voluntas eſt libera q̄ a nullo alio valet cogi niſi ab ipſa deo. angelus bene poteſt incendere affectū mouendo excitando ⁊ adiuuando. ſed non aliquid efficiendo in ipſa anima q: non poteſt. eius intentionem quo vult conuertere: ergo non excuſatur homo cum ſuperatur. Ad hoc Bernard⁹ in diffinitionibus eccleſiaſticoruz dogmatum illabi anime illi ſoli poſſibile eſt qui creauit eam qui natura ſubſiſtens in corporea capabilis eſt ſue facture. Queritur vtrum demones rimentur ſecreta cordium. Solutio per Aug. internas cogitationes noſtras dyabolū neſcire certum eſt: nec obſtat illud eiuſdem Auguſtinus dicit ꝙ mali angeli cogitationes hominum norunt alias que predicunt non pdicerent q: ibi Aug. loqtur de cogitatiōe cōiecturali: ⁊ nō certe ſciētie ſm Bona. Et he da ſuper illuz locū act. apoſtolorū act. v. vbi Petrus ait ananie. Cur tētauit ſathanas cor tuū dicit mētem hominis iuxta ſubſtātiam nihil implere poteſt niſi creatrix trinitas: q: tm̄modo ſm opationem ⁊ volūtatis inſtinctum anima de hijs que ſunt creata impletur. Implet vero ſatha. cor hominis large loquēdo fraudulēta deceptione aīam in affectū malicie trahēs per cognitiones ⁊ incētiua viciorꝫ ⁊c. viij. di. ij. ſent. ergo cū volūtas hoīs non poſſit cogi ad malū niſi velit q̄uis poſſit pungi. i. excitari ⁊ peccatū non fit niſi volūtas conſentiat videtur ꝙ non ſit loc⁹ excuſationis ſi q̄s peccet. hoc dicit actor noſter in littera ſua. Ergo tuū velle cōpeſcas declinādo a malo ⁊ nitere bonū facere. iuxta dictuz pſ. Declina a malo ⁊ fac bonū vt careas pena ⁊ leteris cū electis dei in ede ſerena. hoc eſt in paradiſo diuino ſemp precedēte auxilio: quia ſine ipſo factū eſt nihil. Johā. i. ⁊ eodē. xv. Sine me nihil poteſtis facere. nō notāter dicitur domino ſimul auxiliāte: quia ſine eius auxilio null⁹ poteſt mereri Bernar. Uirtutū mun⁹ preſtare poteſt deus vn⁹. Nam cū mutatur mala mens deus hoc opatur. vnde apoſt. i. ad Corint. xv. Gratia dei ſum id quod ſum ⁊ gratia eius in me vacua nō fuit. ⁊ eodē. iij. Fiduciā habemus per chriſtum ad deum: non ꝙ ſufficiētes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt. Notāter dicitur te bene cogitāte: quia gratia eſt quedam forma. Et forma loquēdo naturaliter non introducitur in quālibet materiā: ſed in materiā diſpoſitam ſic loquēdo ſimilitudinarie anima ſe habet in infuſione gratie ad modū materie. ipſe deus vero ſicut mouēs ⁊ efficiēs. Unde in tali infuſione reqritur ex parte hominis motus lib. ar. ad diſpoſitionē ad gratie infuſionē ⁊ cōtritio. i. diſceſſus a pecto ad diſpoſitionē ⁊ ad culpe expulſionem quibus prenotatis introducitur forma: ſcilicet gratia. De illa materia tractabo ad longum in capitulo de penitentia. Nota circa precedētem textum de tētatione ⁊ modo tentādi ꝙ ſicut ſpēs ſuggeſſit mulier delectata eſt ⁊ vir comedit. ſic in nobis ſm Grego. dyabolus gerit ſerpentis officium. ſenſualitas gerit officium mulieris: ratio tenet locum viri per conſenſum: vel aliter ſm Auguſti. Suggeſtio ſerpentis eſt primus motus ex fomite comeſtio mulieris delectatio eſt cogitationis per inferiorē partē rōnis. Sꝫ comeſtio viri eſt conſenſus ſuperioris partis rōnis. p hec tria: ſcꝫ ſuggeſtionē delectationē ⁊ conſenſum homo in tentationē deijcitur: q: tentatio per ſuggeſtionē inchoatur per delectationē progreditur: per conſenſuz conſummat̄. Sunt autem alia tria per que quis in tentatione detinetur: ſcꝫ opus prauuz conſuetudo ⁊ deſperatio. Itez

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

eſt ſciendū ꝙ tentatio eſt triplex: prima eſt a dyabolo per modum ſuggeſtionis vel per modum afflic-
tionis. Scḋa eſt a mūdo q: voluptate vel vanitate allicit vel pſecutione frāgit. Tertia eſt carnis que
per ſenſualitatē ⁊ fomitem ad pctm̄ impellit: quib⁹ etiā ratio conſentiens perficit pctm̄. due ſpēs prie
tentationis: ſcȝ dyaboli ⁊ mūdi ſunt extra nos ⁊ nō habēt pctm̄. vnde Aug. Tētatio non eſt pctm̄ ſed
materia exercēde virtutis. Tertius modus tentādi eſt intra nos ⁊ eſt peccatū veniale quādo primus
motus tm̄ eſt: ⁊ mortale ſi cōſenſus aduenerit. Contra predictos tētatores deus dedit nobis tria re-
media. Cōtra demonē dedit nobis ſpirit⁹ angelicos q̄ ad bonū nos ſtimulāt ⁊ cōtra inſultus eius de-
fendūt. Contra mūdum dedit nobis exēpla ſui ⁊ ſanctorum qui deſpiciebāt iſta mūdana ⁊ non time-
bant nec terrebant ſupplicia relinquētes nobis exemplū: vt queādmodum ⁊ ipſi fecerūt ⁊ nos facia
mus. Contra carnem habemus bona naturalia: ſcȝ ſinderesim. vim iraſcibilem: bona gratuita: chari
ritatem: temperātiam: fortitudinem: ſanctorum ⁊ ſcripturarū: teſtimoniū qui deteſtātur opera carnis
His ⁊ ſimilibus carnis vicia mortificam⁹. Eſt autem differētia inter iſtas tentationes. Nam tentati-
ones q̄ a dyabolo ſunt oriūtur ſepe preter rōnem vt nuper ſatiat⁹ famē patiat̄ ⁊ poſt dormitionem lō-
guam ſomno pregrauet̄. Tentationes vero q̄ ſunt a carne frequēter ſurgunt ꝓpter neceſſitatem ſed
interdum excreſcūt in ſuperfluitatem: vt ſi cibus poſt ieiuniū immoderate appetatur vel in comeden
do ſi mēſura vel mod⁹ non tenet̄. Itē nota ꝙ tētatio eſt multiplex: quedā eſt ꝓbabilis que eſt a deo
vnde tentauit deus abrahā. q̄dam tentatio eſt examinationis que eſt ab homine quedā tentatio eſt
precipitationis q̄ eſt a dyabolo qui ſic tētauit primos parētes. quedam delectationis que eſt a carne
quedā conſenſus q̄ eſt rōnis. Itē nota ꝙ tentationū quattuor ſunt ſpecies. Prima eſt aſpera: que eſt
de laborib⁹ inconſuetis in principio cōuerſionis. Scḋa eſt vana ⁊ oritur de ꝓſperitatibus ſpūalibus
vt cū quis de virtutū ſucceſſibus gloriatur. Tertia eſt dubia. vt quando q̄s ambigit quid certū de ali-
qua re tenere debeat. vnde accidit ꝙ ſegnior quiſq̄ ad bonū redditur quando id qḋ agit bonum eſſe
dubitat: ⁊ pronior fit ad malum quādo malū eſſe neſcitur. Quarta eſt fraudulentia: vt qn̄ dyabol⁹ ſe
in angelū lucis transfigurat ſub ſpecie ſcilicet virtutum inducens vitium hoc eſt qn̄ ſuadēdo honeſta
tē inducit ſuperbiā vel ſuadēdo diſcretū officiū ſeu obſequiū inducit nimiū carnis cōmodū: vel ſuadē
do iuſtum iudiciū inducit crudelitatem. In talibus periculoſum eſt periculū non videre. Primā ap
pellat ps̄. timorem nocturnū: per noctē enim aduerſitas deſignatur. Secundū appellat ſagittā volā
tem in die: quia ꝑ diem proſperitas deſignatur. Tertium appellat negociū perambulās in tenebris:
⁊ hoc propter dubiū perplexitatis. Quartū vocat demoniū meridianū. vn̄ dicit. Nō timebis a timore
nocturno a ſagitta volāte in die a negocio perambulante in tenebris ab incurſu ⁊ demonio meridia
no. De his quattuor tentationibus idem ps̄. ait ſuper aſpidem quo ad primum: ⁊ baſiliſcum quo ad
ſcḋm. ⁊ conculcabis leonem quo ad tertium: ⁊ drachonem quo ad quartum. Remedia contra tentio-
nes ſunt memoria dn̄ice paſſionis: mortificatio carnis: vtile exercitium: declinatio occaſionū: concul-
catio principij tētationum.

Sequitur de ſacramentis

COntra peccata deus inſtituit ſacramenta
Per que delentur commiſſa futura cauentur
Gratia confertur ⁊ ſic bona vita refertur
Percipe mente pia ſeptem fidei ſacramenta
Nam male delinquit qui nō digne ſacra ſumit
Baptizor firmor et peniteo cibor vngor
Ordine promoueor gratis cum coniuge iungor
Ordo thorus velle ſumit quandoq̄ neceſſe
Ordinat ⁊ firmat preſul quandoq̄ ſacerdos
Ordo baptiſmus firmatio non iteratur
Cetera ſumpta ſemel ſacramenta valent iterari.

ISta eſt quarta pars principalis iſtius libri in qua actor noſter intendit determinare de
ſacramentis eccleſie ſicut promiſerat in ſuo prohemio diuidens illam partem prima ſui
diuiſione in duas ptes. in prima determinat de ſacramentis in generali. in ſecunda parte
determiat de ſingulis in ſpeciali. prima in principio. ſecūda ibi incipit ē aqua materia ⁊c.

Item prima diuiditur in tres partes. In prima ponit diffinitionem ſacramenti. In ſecunda enume
rat ſacramenta. In tertia docet que ſacramenta poſſunt reiterari: ⁊ que nō. prima in ꝑncipio. ſecūda
ibi. Percipue mente pia baptizor firmor. tertia ibi. Ordo baptiſmus. Quātum ad primam partē eſt
notandum ꝙ ſacr̄m ſm̄ beatum Aug. ſic diffinit̄. Sacramentū eſt inuiſibilis gratie viſibilis forma
Si autē illa diffinitio attribuat̄ tantūmodo ſacramentis noue legis ſic eſt ſupplenda. Sacramen-
tum eſt inuiſibilis gratie viſibilis forma: vt eius ſilitudinem gerat ⁊ cauſa exiſtat vt notat̄ in prima
diſtinctione. iiij. ſenten. q: ſacramenta noue legis nō ſolum ex ſimilitudine repſentant: vl ex inſtitutio
ne ſignificant: ſed etiam ex virtute diuina ſanctificant ⁊ gratiā cōferunt ꝑ quam aīa curatur ab infir-
mitatibus viciorū: ⁊ hoc eſt qḋ Aug. inſinuat in quadam alia diffinitiōe dicens. Sacramentū eſt il-
lud in quo ſub tegumento rerum viſibiliū diuina virtus ſalutē ſecretius opatur. Eſt ⁊ alia diffinitio
ſm̄ Hug. de ſancto victore. Sacramentū eſt materiale elementū extrinſecus oculis ſuppoſitū ex in
ſtitutione ſignificans ex ſimilitudine repſentans ex ſanctificatione aliquā gratiā inuiſibilē ꝯferens
In hac diffinitione tria tangunt̄ que ſunt ꝓprie de ratione ſacramēti. Primū eſt naturalis ſimilitu-
do ex qua habet aptitudinē ſignificandi. Scḋm eſt actualis inſtitutio ex qua habet ordinē determi
natum reſpectu huius ſignificati. Tertiū eſt ſpūalis ſanctificatio ex qua habet virtutē efficiendi illḋ
ſignificatū. Beatus Aug. ponit aliam diffinitionē dicens ꝙ ſacramentū eſt ſacre rei ſignū. ⁊ idem
habetur ꝑ mag. i. di. iiij. ſen. ſed nō eſt ꝓprie diffinitio ſed ethimo. Sed quia dicit actor in principio ꝙ
deus inſtituit ſacramēta cōtra peccata. eſt notandū ꝙ ſacramenta ſunt inſtituta cōtra triplicem cul-
pam ⁊ cōtra quadruplicem penā. Baptiſmus inſtitutus fuit ꝑncipaliter cōtra originale q̄uis dele
at oē peccatū: vt dicetur ſuo loco inferius. Penitentia contra mortale: extrema vnctio cōtra veniale:
ordo contra ignorantiam: eucbariſtia cōtra maliciam: confirmatio cōtra impotētiam: matrimoniū
contra cōcupiſcentiā quam temperat ⁊ excuſat ſm̄ Albertum in ſuo compendio. de cōſe. di. Ab ini-
tio eni inſtituta ſunt ſacramenta ad curationē hominū ⁊ ſemꝑ cum morbo cōcurrerūt. In lege enim
nature fuerunt oblatōes ſacrificia ⁊ decimatiōes. In lege ſcripta introducta eſt circuncisio ⁊ adiun-
cta eſt expiatio: atq̄ ſuꝑaddita oblationū multiformis diſtinctio. In lege aūt noua ſanctificata ſunt
ſacramenta numero pauciora vtilitate ⁊ virtute efficatiora in quibus eſt impletio ſimul ⁊ euacuatio
oīum predictorum ſicut dicit Hugo de ſancto victore. Item in lege diſtinguebat̄ circuncisio populū
dei ab alijs gentibus: ſed nunc diſtinguit caracter baptiſmi dei pplm̄: puta omnes chriſtianos ab in
fidelibus ac ab omnibus baptiſmum nō recipientibus. Item ſm̄ Augu. legalia fuerunt ante paſſio
nem domini viua ⁊ ſtatim poſt paſſionem mortua ⁊ poſtq̄ claruit veritas euangelij ſunt ſepulta. no
ſtra vero ſacramenta vſq̄ ad finem ſemꝑ manebunt. Inſtituit eni ſacramenta legis gratie chriſtus
tanq̄ noue legiſlator in qua vocauit ad premia dedit p̄cepta inſtituit ſacramenta. Chriſtus eni verbum
patris cum ſit ſumme veritatis ſumme virtutis: ⁊ ſumme bonitatis: rōne veritatis dedit prece
pta dirigentia: ratione virtutis inſtituit ſacramenta adiuuantia: ratione bonitatis promiſit premia
beatificantia. Inſtituit enim ſacramenta in verbis ⁊ elementis: vt ait Augu. accedit verbum ad ele-
mentum ⁊ fit ſacramentum: ⁊ eſt ibi elementum pro materia ⁊ prolatio verborum pro forma. Ad
hoc eni inſtituta ſunt ſacramenta in verbis ⁊ elementis vt haberent euidentiam ſignificandi ⁊ effi-
caciam ſanctificandi: q: dum elementa oculis ⁊ verba auribus ſe offerunt qui ſunt duo ſenſus preci-
pue cognitiui dant euidentiam ſignificatōnis. Deinde verba ſanctificant elemēta vt plenior fiat hu
mana creationis efficacia. Inſtituit ergo deus ſacramenta diuerſimode: quedam ante aduentū ſu
um in carnem vt matrimonium ⁊ penitentiam: ſed hec duo cōfirmauit in lege euangelica dum peni
tentiam p̄dicauit ⁊ nuptijs interfuit. Alia quinq̄ ſacramenta xp̄s iniciauit ⁊ confirmauit: confirma
mationem quidē manū paruulis imponendo: extremam vnctionē diſcipulos mittendo ad curandū
qui infirmos vngebant oleo: baptiſmū ſuſcipiendo: deinde formam dando ordinem poteſtatē ligan
di ⁊ ſoluendi tribuendo ⁊ conficiendo ſacramentū altaris: eucariſtiam ſe cōparando grano frumen-
ti dando diſcipulis eminente paſſione ſacramentū cū corpis ⁊ ſanguinis ſumptione. Inſtituta ſunt
ſacramenta multiplici de cauſa. vna ꝓpter humiliationem qua homo querit ſalutem inferioribus
ſe ſubijciendo. Scḋa cauſa ꝓpter eruditionem qua homo per viſibilia ad cognoſcenda inuiſibilia
rapiatur. Tertia cauſa ꝓpter exercitationem qua nociua declinet homo: puta in malo occupationē
⁊ ocium. Quarta ꝓpter cōgruitatem medici ad medicinam: q: cum medicus ſit deus ⁊ ſacramentū
medicina congruenter debet continere aliquid diuinum. ſ. inuiſibilem gratiam ⁊ aliquid humanam
ſ. viſibilē gratie formā. Quinta cā eſt ꝯgruitas ex pte infirmi: q: cū infirmus ſit hō ꝯſtans ex corpe ⁊
ſpū. Spūs aūt in corpe nō bene compatit̄ ſpūalia in corpalibus rebus ſicut pillule ⁊ nebule galme.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

bles. Sexta causa est propter augmentationem meriti multum enim valet ad meritum quando deo creditur in his quib⁹ ratio hūana non pbet experimētum. Quātū ad scōam ptē est notandū φ septē sunt sacramēta: sc3 baptism⁹: cōfirmatio: penitētia: eucaristia: extrema vnctio: ordo: ⁊ matrimoniū. q̄ dicūtur ſm diuersitatē hoīm in ecclesia. Primū est intrantiū: sc3 baptism⁹. Scōm pugnātium: sc3 confirmatio. Tertiū est vires resumētiū: sc3 eucaristia. Quartū resurgētium: sc3 penitētia. Quintū exeūtium: vt extrema vnctio. Sextū ministrātium: vt ordo. Septimū nouos milites introducentiū: vt matrimoniū. Uel alio mō sacramēta noue legis sunt septē q2 disponūt ad septē virtutes. Sacramētum baptismi est fidei ꝓtestatio: confirmatio fidei defensio: eucaristia charitatis: pnīa iusticie: extrema vnctio perseuerātie q̄ est fortitudinis cōplemētum: ordo prudētie: matrimoniū tēperantie. Quātum ad tertiā ptem est notandū φ istoꝝ septē sacramētoꝝ tria sunt q̄ non iterātur: sc3 baptism⁹ confirmatio ⁊ ordo. Cui⁹ ratio est q2 in eis imprimitur caracter. vn̄ caracter baptismalis est incipiētium cōfirmationis perficiētium ordinis pfectoꝝ. Caracter enim baptismalis est fundamētum alioꝝ caracteꝝ ⁊ iō illo non habito nō pñt ceteri caracteres imprimi. vn̄ si quis ordinatur nō baptizat⁹ nihil prorsus agitur. Alia quattuor pñt iterari: sc3 penitētia matrimoniū extrema vnctio ⁊ eucaristia vt in sequētibus plenius tractabit. Itē nota φ istoꝝ sacramētoꝝ quedā respiciūt excellētiam dignitatis: vt ordo. ⁊ cōfirmatio: ⁊ iō conferūtur ab epis: quedā respiciūt indigentiā necessitatis vt baptismus ⁊ matrimoniū quoꝝ vnū generat aliud regenerat: ⁊ iō hoꝝ dispēsio etiā personis inferiorib⁹ concedit. maxime in articulo necessitatis qō dico rōne baptismi quedā sunt quasi media vt eucaristia penitentia ⁊ extrema vnctio: ⁊ istoꝝ dispēsio ad solos spectat sacerdotes qui sunt quasi in medio inter epos ⁊ minores personas cōstituti. Itē a quib⁹ possunt cōferri sacramēta dicetur inferi⁹.

Sequitur de sacramento baptismi

Est aqua materia baptismi / verbaq3 forma
Ac baptizantis intentio debet adesse
Baptismi fructus est plena remissio culpe
Gratia confertur et pena remittitur omnis.

In isto capitulo auctor noster intēdit determinare de sacro baptismi q2 est ianua oīm sacramētoꝝ. p3 q2 nulli confertur āte ipm in ecclesia aliqd alioꝝ sacramētoꝝ diuidēs litteram suā in quattuor ptes principales. In pria pte ostēdit quid sit materia sacramēti baptismi. In scōa quid sit forma. In tertia q̄ intētio debeat esse. In quarta qd sit effectus baptismi. pria ibi: est aqua materia baptismi. scōa ibi: verbaq3 forma. tertia ibi: ac baptizātis. quarta ibi: baptismi fruct⁹. In pria pte dicit ac. noster φ aqua est materia baptismi. Pro cui⁹ ti. maiori declaratiōe est premittēdū qd sit baptism⁹ ⁊ quotuplex. Quātū ad primū est notādū φ baptismus est ablutio corpis exterior facta sub forma verboꝝ pscripta. vn̄ accedēte verbo ad elemētū fit sacramētū p mag. di. iiij. iiij. sen. i. q. i. c. detrahere. ⁊ p btm Aug. Quantū ad scōm est notandū φ triplex est baptismus: sc3 flaminis: sanguinis: ⁊ fluminis: flaminis. i. spūssancti. quo confitētes xpm ⁊ cōtriti in necessitatis articulo baptizātur: ⁊ talis baptism⁹ delet culpā nō semel tm̄: s3 pluries: ⁊ h3 grām in vsu in quo consistit meritū. Baptism⁹ sanguinis est quo martyres pro christi fide moriētes baptizātur: et talis liberat ab omni tētatione ⁊ confert statim premiū: quia propriū est martyrū statim euolare. Fluminis est materialiter aqua quo quotidie fideles ⁊ pueri regenerātur: ⁊ talis baptism⁹ liberat a culpa ⁊ a pena ⁊ grām in habitu infundit ⁊ caracterē imprimit. i. q. i. c. firmissime. de con. di. iiij. c. baptismi vicez. ⁊ de baptismo quasi per totū: ⁊ in omnib⁹ istis speciebus baptismi fit omniū peccatoꝝ remissio. ⁊ quo ad penā ⁊ quo ad culpā. in. c. vt ostēderet. de con. di. quarta capitulo. Nequaq3. ⁊ c. regenerāte. e. di. xxvi. di. c. deinde. ⁊ extra de diuor. c. gaudemus. ⁊ per magi. dist. quinta. quarti sentētiaꝝ. Nunc venio ad primā ptem littere ac. in qua restat declarādum que sit materia sacramēti baptismi. Pro quo est notandū φ materia baptismi est aqua ⁊ non alius liquor: vt nota. per mag. di. iiij. iiij. sententiarū. Io. iij. c. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto non pōt introire in regnū dei ⁊ eodē. xix. vbi habetur φ ex latere xpi exiuit sanguis ⁊ aqua: sanguis supple redēptionis ⁊ aqua baptismatis. ¶ Queritur nūquid oīs aqua potest esse materia baptismi. Sol. dicēdum est φ nō nisi ex sola aqua naturali. Unde ex aqua rosacea vel quacūq3 artificialiter facta non pōt fieri baptism⁹: neq3 ex vrina cum talis aqua sit potius humor q̄ aqua naturalis. Ex balneo tamen lixiuio vel aqua decoctionis carnium ⁊ hmōi bene pōt fieri baptism⁹: q2 in eis natura aque nō pmutatur. Similiter ex pluuia ⁊ rore collectis potest fieri baptismus: q2 licet generētur ex vaporibus ⁊ humoribus terre: tamen p virtutem nature

que fortior est arte resoluitur in veram aqua3 quod ars nō potest facere: ⁊ sic vniuersaliter omnis aqua naturalis est materia sacramēti baptismi. ¶ Querit vlterius quare magis ex aqua q̄ ex alio elemento fit materia baptismi. Solutio ꝓut pōt videri in. iiij. sen. In pncipio dicendū est φ sicut aqua mundat sordes exterius: sic baptismus mundat hoiem interius. Alia cā est q2 sicut aqua ꝓpter eius frigiditatē mitigat calorem: sic baptismus ↄcupiscentie fomitem. Alia cā est ꝓpter cōitatem aque ⁊ eius abundantiā ne ꝓpter defectum materie aliquis possit a baptismi susceptione excusari. ¶ Quantum ad tertiū est notandū φ forma baptismi est hec. Ego baptizo te In noīe patris ⁊ filij ⁊ spūssancti Amē. Math. vlti. Euntes in mundū vniuersum docete oēs gentes baptizantes eos In nomine patris ⁊ filij ⁊ spūssancti: sed amen addidit eccl'a. de con. di. iiij. in pncipio. ⁊ de baptismo ⁊ ei⁹ effectu ca. i. ⁊ ij. ¶ Pro quo est notandū φ ego nō est de essentia forme cū intelligat in hoc verbo pme psone baptizo. peccaret aūt qui omitteret scienter mandatu3 eccl'e transgrediendo. ⁊ idem dicendū est de ista dictione amen. ¶ Querit nunquid pōt dici baptizo me sicut dicit baptizo te. Solu. nō quia sicut nullus pōt seipm generare sic nec baptizare: cū baptismus sit quedā generatio spūalis in. c. debitu3 de baptismo. ¶ Querit nunquid pōt dici baptizo te in noībus sicut dicit in noie. Solu. dico φ non q2 virtus diuina que operat in baptismo ptinet ad diuinā essentiam que est vna in tribus psonis. iō ad denotandū vnitatē essentie in tribus personis dicit in nomine ⁊ nō in noibus. de conse. di. iiij. in principio. ⁊ p mag. di. iij. quarti. ¶ Querit nunquid pōt baptizari in noie genitoris ⁊ geniti ⁊ flaminis sicut in noie patris ⁊ filij ⁊ spūssancti cū idem significent. So. dico φ nō: q2 ex illis verbis fit baptismus que significant ꝓprietates relatiuas psonarum hec aūt significant per. f. ⁊. ss. in. c. sanctum de ↄse. di. iiij. ¶ Querit nunquid pōt fieri baptismus dicendo baptizo te in nomine patria ⁊ filia ⁊. ss. vt dicunt aliqui layci nescientes bene formare voces. So. Forma variat quinq3 modis. Uno modo circa significationē verboꝝ: vt dictu3 est genitoris geniti ⁊c. ⁊ sic nō fit baptismus. Alio modo circa voces solū manente eadē significatione ⁊ modo significandi: ⁊ sic diuersis linguis fit baptismus sicut latino greco theutonico gallico ⁊ talis variatio nō obest. Similiter variando circa voces manente eadem significatione ⁊ hoc ex mera simplicitate sicut faciunt layci qui nesciunt verba latina ꝓferre pfecte siue formare vt dicente in nomine patrio ⁊ filio ⁊c. sic nō impedit baptismus. Secus eēt si intelligens hoc faceret ex intentione vt nouū ritum induceret vellet: q2 sic peccaret ⁊ nō baptizaret in ca. si nō sacrificat. de conse. di. iiij. ⁊. c. retulerunt ar. ea. di. Alio modo mutatur forma corrumpēdo s. diminuēdo addendo vl' subtrahendo id quod est de essentia forme: vt si dimitteretur baptizo vl' te ⁊c. ⁊ sic nō fieret baptismus. Uerūtamen necessitate mortis eminente: si vna persona tm̄ nominet ⁊ puer decedat anteq̄ alie persone nominent: vt dicendo baptizo te in noie patris ⁊ tunc puer moriatur pie credendum est φ summus sacerdos deus supplet defectum. Tamen si puer superuiueret rōne dubij sub cōditione baptizādus esset eo φ ecclesia in baptizādo exprimit tres personas ⁊ nō solum vnam. de conse. di. i. in pncipio. Si vō subtrahat illud quod nō est absolute de essentia forme sed solum de institutione ecclesie: sicut est ego vl' amen nō impedit baptismus. peccaret tamē qui hoc scienter faceret. ar. c. retulerunt. de conse. di. iiij. Si autē fiat additio corrumpens sensum: vt dicendo ego baptizo te in nomine patris maioris ⁊ filij minoris ⁊c. tunc sine dubio impediret baptismus: q2 persone: puta pater filius ⁊ spiritussanctus quanq̄ distinguantur realiter coequales sunt. Si vero additio non corrumpat sensum nec sit contra reuerentiam personarum non impedit baptismum: siue fiat a perte ante: vt dicendo baptizo te in nomine patris omnipotentis ⁊ filij vnigeniti ⁊ spiritussancti paracliti. Siue etiam fiat a parte post: vt dicendo ego baptizo te in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti ⁊ beate marie virginis ⁊ huiusmodi. ⁊ hoc intelligendum est quando ille qui addit hoc nō intendit facere nouum ritum nec hoc facit ex certa malicia sed ex mera simplicitate in capitulo. Si non sanctificātur. de cōsecratione di. iiij. i. q. i. capitulo detrahere. Et similiter φ taliter proferens nō credat φ baptismus habeat efficaciam ex inuocatione beate Marie: sed ex sola inuocatione trinitatis. Quarto impeditur baptismus transponendo litteras vel syllabas quibus sensus corrumpitur. Si vero transponat dictiones: sicut dicendo ego te baptizo ⁊ huiusmodi non impeditur baptismus licet peccet hoc faciens. Quinto corrumpit baptismus interpausando quando fit tanta interpausatio verborum vl' operum quod corrumpitur actus ⁊ intentio baptizantis: vl' intermiscendo aliquid impertinens ad sacramentum vt dicendo: ego baptizo te in nomine patris: ⁊ tunc operetur aliquid per magnum tempus: vl' aliquid dicat in medio: sicut dicendo ego baptizo te in nomine patris: ⁊ potesta dicat clerice vade positum mapam ⁊ huiusmodi: talis magna discontinuatio impedit baptismum. De istis verbis interpositis est altercatio in ca. cum causam. de rescriptus Si vero

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ꝓpter neceſſitatem fiet modica interpauſatio ſicut balbutiendo ſcreando ſternutando ⁊ huiuſmodi non impeditur baptiſmus. ¶ Tunc ad dubium reſpondetur ꝙ ſm ſenſum illum dicendo. Ego baptizo te in nomine patria ⁊ filia ⁊c. non impeditur baptiſmus dum tamen hoc procedat ex mera ſimplicitate proferentis ſicut faciunt laici. Bonauentura tamen dicit ꝙ ſi corruptio fuerit tanta ꝙ ſenſus dictionis quem habet ex inſtitutione nullomodo maneat vt dicendo. Ego te baptizo in nomine patrias ⁊c. tunc impeditur baptiſmus. ¶ Queritur vlterius nunquid baptizans poteſt dicere ego baptizo vos ſi ſint plures. Solutio dico ꝙ ſic: ſi ſint plures vel ſi ſit princeps. ¶ Queritur nunquid poteſt dicere lauo: intingo: vel madefacio ſicut dicit baptizo. Solutio. non quia plus importat illud verbuꝫ baptizo ꝙ̄ alia verba quia includit lotionem ⁊ ſacramentum. ¶ Queritur nunquid poſſet baptizari in nomine trinitatis. ⁊ videtur ꝙ ſic. per textum. c. ſanctuꝫ. de con. diſtin. iiij. Sed verius eſt dicere ꝙ nō quia eccleſia ſtatuit ꝙ explicite perſone trinitatis exprimerentur: ſed contrarium dicit veritas. Act. xi. Dicens vos baptizabimini in ſpūſancto vbi indicat nos poſſe baptizari: ſpiritusſancti inuocatione ⁊ per conſequens inuocatione vnius perſone: dum tamen baptizans fidem trinitatis teneat. Solutio. melius ⁊ tutius eſt ibidem tres perſonas nominare ſm Ambro. in li. de ſpiritusſancto: ⁊ de cō. diſtin. iiij. c. in ſynodo. ¶ Quantum ad tertium in quo erat tractandum de intentione baptizantis ibi in littera act. ac baptizantis intentio debet adeſſe ſunt duo declaranda. primum quis poteſt baptizare ſecundo que ſit intentio quam debet habere baptizans. ¶ Quantum ad primum eſt notandum ꝙ quilibet habens naturam humanam ſiue ſit maſculus ſiue femella in caſu neceſſitatis poteſt baptizare per mag. di. vi. iiij. ſenten. Cuius cauſa aſſignatur: quia ſicut aqua eſt elementum quo naturaliter baptiſmi ſacramentum efficitur propter eius communitatem vt nullus poſſit propter defectum materie non recipiendo baptiſmi ſacramentum excuſari ſic omnis homo vtriuſqꝫ ſexus in neceſſitate pōt hoc ſacramentum miniſtrare vt nullus etiam propter defectum miniſtri poſſit excuſari. vñ Iſidorus Conſtat baptiſma ſolis ſacerdotibus eſſe traditum eiuſqꝫ miniſterium niſi hijs procul abſentibus vltima languoris cogat neceſſitas quod etiam laycis fidelibus permittitur. Sꝫ vlterius Beda addit ſiue hereticus ſiue ſciſmaticus ſiue facinoroſus quiſqꝫ in confeſſione ſancte trinitatis baptizaret non valet ille qui baptizatus eſt a bonis catholicis rebaptizari. in. c. quodam. de con. di. iiij. ⁊ in. ca. ſi q̄ ea. di. q: non virtus miniſtri operatus in baptiſmo: ſꝫ virtus dei in. c. baptiſmus. de cō. di. iiij. ⁊ per mag. diſtin. v. iiij. Romanus pontifex non hominem indicat qui baptizat: ſꝫ ſpiritum dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi lꝫ paganus ſit q̄ baptizat quia miniſteriū deus dedit ſeruis: ſed poteſtateꝫ ſibi retinuit ⁊ ſic baptizat ſeruus vt miniſter. baptizat dominus tanꝙ̄ poteſtatem habēs. vnde dñs leui. xxi. Ego ſum dñs qui ſanctifico. Ex quo poteſt inferri ꝙ ſacramenta diſpenſari poſſunt a bonis ⁊ a malis a fidelibus ⁊ infidelib⁹ intra eccl'iam ⁊ extra. Cuius cauſa ē q: ſi diſpenſari poſſent tm̄ a bonis null⁹ eſſet certus de ſuſceptione ſacramenti cū nullus ſit certus de bonitate miſtri ſicut nec de propria bonitate ⁊ ita oporteret ſp iterare: ⁊ ſil'r malicia vnius p̄iudicaret aliene ſaluti ideo ſacramentoꝝ diſpenſatio cō mittitur homini non rōne ſanctitatis que variaꝶ: ſed rōne auctoritatis q̄ ſemp manet quantū de ſe eſt ſm Alber. in ſuo ſexto libro cōpen. theo. Tamen neceſſitate non vrgente ſoli ſacerdotes ſunt miniſtri iſtius ſacramenti per mag. di. vi. iij. ¶ Queritur circa hoc vtrum angeli poſſint baptizare. Solutio nō quia ſoli nature humane hoc miniſterium traditum eſt eo ꝙ homines maiorem conuenientiaꝫ habeant cū xp̄o quo ad humanitatē aſſumptā a quo fluxerunt oīa ſacramenta ſm Johannē ⁊ mag. in. iiij. Etiā q: cum ſacrm̄ ſit viſibile dꝫ habere diſpenſatorē viſibilē ſm Bona. ¶ Queritur vtrum dyabolus in ſpecie humana poſſit baptizare. Solutio dicendum eſt ꝙ non eo ꝙ inſidietur humane nature non eſt preſumendum ꝙ formam proferret cum intentione baptizandi. Bona. tenet ꝙ nullus valet baptizari a ſpiritu ſiue bono ſiue malo nec a manco nec a muto ⁊c. ¶ Queritur quid iuris ſi baptizās dicendo In noīe patris intelligat dyabolum. Solutio dicendum eſt ꝙ non baptizat. i. q. i. c. detrahere. ¶ Queritur vtrum baptizaret ille qui non credit caractereꝫ imprimi. So. dicendū eſt ꝙ ſic q: ipſe nō imprimit caracterē ſed deus: de cō. di. iiij. in glo. c. ſi plura ⁊ de elec. c. generali. li. vi. ⁊ in glo. c. maiores de baptiſ. ⁊ eius effectu. ¶ Queriꝶ nunquid pater aut mater in caſu neceſſitatis poſſunt baptizare ꝑtum ſuum. Solutio in tanta neceſſitate vbi puer aliū per baptizari non poteſt licitum eſt parentibus ꝓprios baptizare liberos: nec propter hoc a iure debiti matrimonij ſunt ꝑuati. Aliud eſſet ſi temerarie alter eorum ſuum puerum baptizaret vel ambo. quia qui hoc faceret priuaretur iure debiti matrimonij. ¶ Queritur nunquid poſſunt duo homines vnum puerum baptizare ita ꝙ vnus qui mutus ē per caſum poſitum puerum teneat ⁊ alter quia mancus eſt proferat verba. Solutio. Dicendum eſt ꝙ non quia oportet in baptiſmo ꝙ ſimul concurrant in actione baptizandi ex eodem verbum prolatuꝫ

cum opatione lauandi. aliter falſa eſſet orō q̄ virtutem ſiue formam baptiſmi exꝑmit quando dicitur ego baptizo te ⁊c. q: oportet ꝙ ille q̄ imergit ſeu baptizat loquatur ⁊ quod verbum eius accedat ad elementum. c. detrahendus de con. di. iiij. ¶ Queritur nunquid poteſt vnus puerum tenere ⁊ baptizare. Sol. dicendū eſt ꝙ ſicut in generatione naturali requiruntur duo: ita in generatione ſpūali. tamen in caſu neceſſitatis vnus pōt fungi officio duoꝝ vel triū. ¶ Queritur quot ſufficiūt ad leuandū puerū ex ſacro fonte. So. aliqñ vn⁹ ſol⁹ ſufficit in caſu neceſſitatis. aliquādo duo ꝓpter vnionē diuinitatis ⁊ humanitatis in xp̄o. aliqñ tres ꝓpter trinitatē ꝑſonaruꝫ nec plures ꝙ̄ tres ſunt recipiendi iuxta illud Mat. xviij. In ore duoꝝ vel trium ſtat oē verbū: tm̄ de cōſanguineis nō obſtat ſi ſint plures. ¶ Queritur nūquid nō baptizatus pōt tenere aliquē ad baptiſmū ⁊ ad confirmationē. So. dicendū eſt ꝙ non in. c. in baptiſmate. de con. di. iiij. ¶ Queritur quot annoꝝ debēt eſſe q̄ puerū ſuſcipiūt de ſacro fonte. So. dico ꝙtante etatis debent eſſe ꝙ poſſint eſſe memores ſuoꝝ factoꝝ. ¶ Queritur q̄d iuris ſi ſacerdos ex ignorantia vel imprudentia ſua baptizaret puerū maſculum quē credit feminā eſſe nunquid ē puer rebaptizādus. So. dicendū eſt ꝙ non. q: baptiſm⁹ nullū ſexū ſibi appropriat ſꝫ ſolū naturā humanā tm̄ nomen ei appropriādū eſt ꝙ ſuo ſexui congruit vt ſi femina fuerit ⁊ fuerit nomen ei impoſitum. Johannes voceꝶ Janeta vel ſm cōſilium epi. ¶ Queriꝶ q̄d iuris ſi infans baptizādus emitteret ſupflua nature in fontē baptiſmalē. So. Preſbiter dꝫ eijcere illū fontē ai teꝙ̄ aliqs alius baptizetur q: ꝙ̄uis ſtatuta ſynodalia dicāt ꝙ nō ꝯſecreꝶ niſi in vigilia paſche ⁊ in penthe. tm̄ ianuis clauſis debet totiēs renouari in anno quotiēs placuerit ⁊ fuerit neceſſariū. Si vero puer mingat nō debet renouari. ¶ Queritur ſi mulier moritura fuerit ⁊ credatur puer viuere quid agendum. Solutio dicendum ē ꝙ mater debet aperiri ⁊ puer extrahi ⁊ baptizari. ⁊ ſi puer reperiatur mortuus nunquid eſt ſepaliendus cum matre. Solutio breuiter dicendum eſt ꝙ cum conſtiterit ipſum animam habuiſſe diſtanteꝫ ab anima matris non eſt ſepeliendus cum matre. de con. di. i. ca. eccleſia. ¶ Queritur nunqnid poteſt partus in ventre matris baptizari. Solutio dicendū ꝙ non. de con. di. iiij. c. q̄ in maternis vteris. ⁊. c. ſequē. nō poteſt renaſci qui nondū natus eſt modo baptiſmus eſt quedam renatio. ¶ Sed queritur quid fiendum ſi appareat vna pars pueri. Solutio. Dicunt aliqui ꝙ ſi caput apparuerit poteſt baptizari. ff. de reli quijs ⁊ ſumptibus funerum lege cū in diuerſis. ſecus ſi appareant alia mēbra. ¶ Queritur nunquid fetus monſtruoſus poteſt baptizari. Solu. dicendum eſt ꝙ ſic. ita tamen ꝙ ſi ſint duo capita manus imponatur ſupra principalius. Si autem equalia ſupra vtrumqꝫ. ¶ Queritur nunquid poteſt laycus rebaptizare cauſa dubitationis ⁊c. Solu. dicunt aliqui ꝙ non: quia iteratio conditionalis propter dubium habet vim declarationis que non pertinet ad laycuꝫ. ¶ Queritur ſi defunctus reſuſcitetur nonne poteſt rebaptizari. Solu. dicēdum ꝙ non: q: aīa que immortalis eſt habuit caracterem qui durat ꝓpter aīe immortalitatem. Pro quo eſt notādum ꝙ caracter eſt ſignum ſpirituale indelibile diſtinctiuuꝫ fidelis ab infideli. ideo non confertur in ſacramentis que ſolent iterari ſm mag. diſt. iiij. ſenten. vnde chriſtus nō habuit caracterem: q: caracter eſt ſignuꝫ: ⁊ ſignuꝫ repreſentat ſignātem ⁊ ſic eſſet ab alio: chriſtus autem a nullo eſt. ¶ Queritur vtrum paruuli iudeorum poſſint cōpelli ad baptiſmum: ⁊ videtur ꝙ ſic xxviij. q. i. c. iudeorum: tamen glo. ibi videtur dicere de filijs iudeorū baptizatorum al's non verificaretur verbum prophete dicentis in diebus illis ſaluabitur iuda. Tho. ⁊ Sco. allegant illud. c. iudeorum dicentes ꝙ tales ſunt ſerui principum: ergo poſſunt per principem exponi baptiſmo. idem dicit Jebā. an. in. ca. cum ſint iudei. de iudeis: tamen ſm opi. plurium doctorum non poſſunt cogi ad baptiſmum. patet: quia nemini ad credendum debet vis inferri. xlv. di. c. de iudeis. Nam de⁹ cui vult miſeretur ⁊ quē vult indurat: non enī tales inuiti ſaluādi ſunt: ſꝫ volētes vt integra ſit forma iuſticie. ¶ Queritur nunquid poteſt dici baptizatus puer in mortis articulo proiectus in puteum dicendo formam ⁊ habendo mentionem ⁊c. Ho. narrat illud diſputatū in mōtepeſſulano fuiſſe ⁊ determinatuꝫ per quēdam theologum ꝙ non. Multi vero canoniſte tenuerūt contrarium dicendo ꝙ talis ſic proiectus debet dici baptizatus. c. de trini. de con. di. iiij. Quidam iudeus non habens aquam ad immergēdum filiū ſuum ſeu pueꝝ in articulo mortis proiecit eundem pueꝝ in puteum dicēdo illa verba in forma contenta. Ego baptizo te ⁊c. nunquid eſt baptizatus. Solu. dicēduꝫ eſt ꝙ ſic. in. c. ad limina. xxx. q. i. ſed iudeus eſt homicida. Tamen plures doctores tenent contrarium quia ꝓferendo verba debet fieri mūdatio ſeu immerſio ſimul ab eodē proferēte. Alia ratio eſt q: per baptiſmuꝫ pueri ſignificātur duo ſcilicet chriſti mortui in ſepulcro poſito ⁊ eiuſdem chriſti a morte reſuſcitatio. Primum ſignificatur in baptiſmo per pueri ſubmerſionem. ſecundum ſignificatur per pueri ex aqua eleuationem: modo actus ꝓijciētis pueꝝ in aquā ex ſui natura non erat ordinatus ad pueri eleuationem extra aquam; ſed potius ad ſubmerſionem ⁊c. ¶ Queritur quotiens debet puer

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

immergi. Solutio ſm conſuetudinem eccleſie ſemel propter vnitatem diuine eſſentie: vel ter propter trinitatem perſonarum. de con. diſtinctione. iiij. capitulo. de trina ablutione. ¶ Nunc accedo ad ſecundam partem tertie partis que eſt que ſit intentio quam debet habere baptizans. iuxta litterã actoris eſt notandum ꝙ Albertus in ſexto libro ſui compendij theologi. dicit ꝙ intentio eſt duplex generalis que eſt facere id quod facit eccleſia ſpiritualis vt ille baptizandus mundetur tamẽ intentio illius requiritur qui baptizat⁹ ſi eſt adultus: quia qui inuite baptizatur non recipiunt rem ſacramenti. et az in adultis requiritur fides propria: quia habent proprium peccatum ⁊ de ſe reſpondere poſſunt.
In paruulis vero ſufficit fides aliena. quia propter peccatum alienum: ⁊ de ſe reſpondere non poſſũt ideo deus qui eſt miſericors voluit vt per vicarium reſpondere poſſent. In omnibus enim ſacramentis diſpenſandus neceſſaria eſt in diſpenſante intẽtio qua quis intendit facere ꝙ chriſtus inſtituit ad ſalutem humanam vel ſaltem facere quod facit eccleſia in qua clauditur in generali intentio predicta quia ipſa eccleſia ſicut ſacramenta a chriſto accepit ſic ad fidelium ſalutez diſpenſat. ¶ Queritur circa hoc nunquid adultus ficte accedens eſt baptizatus. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſic dum tamen baptizans habuerit intentionem baptizandi cum debita forma ⁊ materia qualemcunqz intentionez baptizatus habeat. de con. diſtin. iiij. capitulo. ſolet queri: ſed ſi non intendit baptizare licet v̾ba proferat nõ baptizat quia verba debent ſeruire intentioni. xxij. q. v. cap. humane. Sed tunc valere incipit baptiſmus ad ſalutem cum illa fictio veraci confeſſione receſſerit qui in corde in malicia pſeuerante peccatorum ablutionem fieri non ſinebat nec talis qui ficte acceſſit ad baptiſmum ceſſante fictõe debet rebaptizari. quia non obſtante fictione ſacramentum ⁊ caracterem recepit licet non rem ſacramenti. ſcilz gratiam ſpiritusſancti. ideo ſolum iniungitur ei penitentia per magiſtrum. v. diſtin. iiij. ⁊ per beatum Auguſtinum: ⁊ tunc ſm Bonauen. baptiſmus delet peccata prius perpetrata ⁊ illa vera penitentia delet peccata poſt baptiſmum perpetrata. vnde mag. in. iiij. ſenten. circa tertiam di. adulti qui cum fide baptizantur ſacramentum ⁊ rem ſuſcipiunt qui vero ſine fide accedunt vel ficte ſacramentum non rem ſuſcipiunt. Unde Hieronymus. Sunt lauacra gentilium hereticorum ſed non lauant in ſalutem vnde Auguſtinus. Iudeis omnibus communia erant ſacramenta ſed non communis erat oĩbus grã que eſt virtus ſacramentorum ⁊ ibidẽ. Auguſtinus. Omnis qui iam ſue voluntatis arbiter conſtitut⁹ eſt cum acceſſit ad ſacramentum fidelium niſi peniteat eum veteris vite nouam non poteſt inchoare Sed contra iam dicta poſſet argui. Si confeſſio expellat fictionem quam nõ potuit expellere baptiſmus ſequeretur ꝙ confeſſio eſſet maioris virtutis ꝙ̃ baptiſmus. Solutio dicendum eſt ꝙ confeſſio inquantum eſt ſacramentalis non expellit fictionem ſed inquantum eſt actus voluntarius recedens a malo volito vel propoſito per doctorem ſupra. iiij. ſententiarum. circa principi. ¶ Queritur hic vtruz omnes adulti equaliter recipiunt ſacramentum baptiſmi. Solutio ſm Bonauenturam in baptiſmo conſiderantur tria charitatis impreſſio. Innocentie reſtitutio: ⁊ gratie infuſio quo ad prima duo dico ꝙ ſic. quo ad tertium dico ꝙ̃ non: ſed ille qui melius ſe diſpoſuit. Queritur vtrum baptiſmus equaliter recipiatur ab omnibus paruulis. Solutio ſm Bonauenturam Dicendum eſt ꝙ ſic de lege communi. Tamen potentia diuina non eſt alligata ſacramentis. ideo cui vult poteſt conferre priuilegium ¶ Queritur vtrum ſanctificatus in vtero teneatur ad baptiſmum. Solutio. ſm eundem dicenduz eſt ꝙ ſic propter bonum obedientie. quia chriſtus ſic ordinauit propter humilitatẽ vt quiſqz ſe recognoſcat peccatorem ⁊ egere gratia dei. Tertio propter vnitatem vt ab omnibus membris eccleſie non diſcordet. ſed non propter hoc ꝙ ſanctificatio de ſe non ſit ſufficiens ad gloriam. ¶ Quantum ad quartum in quo actor noſter intendit determinare de effectu baptiſmi eſt notandum ꝙ multiplex eſt effectus eius. Ad ſacramenta preparat patz quia eſt ſacramentum intrantiuz a peccato mundat quod figuratum eſt in mari rubro vbi ſubmerſi ſunt egyptij. Exodi. decimoquarto. Tamẽ nota ꝙ licet macula originalis deleatur in baptiſmo: tamen fomes non tollitur ſed remittitur. Penam relaxat. rationalem illuminat. ideo ponitur ſal in ore pueri concupiſcibilem ad bonum inflamat. Unde datur candela puero iraſcibilem confortat. Unde iſrael vicit amaleth poſt tranſitum maris rubri. Exodi. xvij. Gratiam tribuit quod ſignificatum fuit per columbam ſuper chriſtum baptizatum deſcendentem Luce tertio. Caracterem imprimit quod ſignificatum fuit in mari vitreo Apo. xv. A ſatiſfactiõe exteriori liberat quia baptiſmus non requirit genitum neqz planctum. Notanter dicitur exteriori quia interiori exigitur in adulto. ſcilicet contritio. Poteſtatem dyaboli diminuit: quod ſignificatur per inſufflationem. Januam celi aperit quod ſignificatur quando chriſto baptizato aperti ſunt celi. Luce. tertio. Unde paſſio xp̃i aperuit ianuam paradiſi per cauſam generalem meritoriam ⁊ ſatiſfactoriam Beptiſmus autem aperit per cauſam efficientem ſingularem. Facit eñ iſtum ſingularem hominem

euolare ſm Albertum in ſexto libro ſui compendij. Os ad laudandum aperit ⁊ aures ad audienduz ideo ponitur ſaliua in ore ⁊ aure pueri. Templuz chriſti efficit. vnde dicitur baptizato exi immunde ſpiritus ⁊ da locum ſancto ſpiritui aduenienti. ¶ Queritur quot ſunt de eſſentia baptiſmi. Solutio dicendum eſt ꝙ tria. ſcilicet materia. i. elementum: forma id eſt inuocatio trinitatis modo quo ſupra ⁊ intentio baptizantis. Octo autem ſunt de ſolennitate licet non ſint de eſſentia. vnde verſus. Sal oleum criſma cereus criſmale ſaliua. Flatus virtutem baptizantis iſta figurant. Hec cum paternis non mutant eſſe ſed ornant. de cõſecratione di. iiij. ca. ſal celeſtis ſapientie. ⁊ ea. di. c. poſtea ⁊ per Albertum in ſuo compendio. Item eſt notandum ꝙ duo habent baptiſmum precedere. ſcilicet exorciſmus ⁊ cathecíſmus. Exorciſmus enim dicitur illa adiuratio que fieri habet antequã miniſtretur baptiſmus ⁊ ibi fiunt plura primo inſufflatio ad expellandum virtutem demonis ⁊ poteſtatem: qꝛ dyabolus propter peccatum hominis in hominẽ poteſtatem accepit: ⁊ etiam in illa que veniunt in vſuz hominis. Uſitam adulti ꝙ̃ paruuli debent exorciſari ad expulſionem noxie poteſtatis. Secũdum benedictio cum manus impoſitione ad precludendum viam dyabolo expulſo ne redeat. Tertium aurium cum ſputo linitio propter fidei approbationem que ſignificat doctrine fidei receptionem.
Quartum narium ſputo linitio que ſignificat doctrine fidei approbationem. Quintum ſalis in ore appoſitio propter doctrine fidei confeſſionem. Sextum eſt olei ſancti ante ⁊ retro inunctio ꝑpter aptitudinem eius ad pugnam contra demones. Septimum eſt aqua benedicta contra dyabolicas impugnationes exteriores. Et hec ſeptem ad exorciſmum pertinent. Et dicitur exorciſmus ab exorcizo zas quod idem eſt ꝙ adiuro ras. per magiſtrum ſexta diſtinctione quarti. in fine. in capitulo de hinc. ⁊ capitulo ſacerdos. eodem. titulo ⁊ di. ¶ Cathecíſmus inſtitutus eſt tribus de cauſis propter inſtructionem de articulis fidei ꝓfeſſio ad fidei conceptionẽ. Scđa ꝑpter reſponſionẽ ad fidei ꝓfeſſionem. Tertia propter ſponſionem ad fidei obſeruationem: quia adultus propriũ peccatum habet et per ſe reſpondere poteſt ⁊ requiruntur hec ab eo. Ideo hec duo ſcilicet exorciſmus ⁊ cathecíſmus debent baptiſmum precedere. Item notetis ꝙ baptizandus in quattuor locis inungitur in fronte: vt fidem publice proteſtetur in vertice vt agenda ſubtilius ab eo intelligantur. Inter ſcapulas vt iugum chriſti ſuauius portetur: in pectore vt dulci corde deus diligatur ſm Albertum ⁊c̃. Alio modo dicitur ꝙ criſmatis vnctio in vertice deſignat deſcenſum ſpiritusſancti: alba veſtis deſignat innocentie puritatem: candele in manu poſitio deſignat lumen cognitionis quod debet habere baptizatus in bonis ſectandis: ⁊ in malis fugiendis. Item notetis ꝙ in adultis debet precedere cathecíſmus: qꝛ in fide prius debet informari. In paruulis vero quia nondum habent vſum rationis ſm vſum eccleſie precedit exorciſmus ad expellendum dyaboli poteſtatem per mag. di. vi. iiij. ſententiarum. circa finem. ⁊ de cõſecratione di. iiij. c. ſiue paruuli. ⁊ tribus capitulis ſequenticus. ⁊ c. ſicut noſtis. ⁊ ea. di. ⁊ eſt cathetizare idem ꝙ in fide inſtruere per mag. di. iiij. preallegata. ¶ Queritur quando fuit illud ſacramentum baptiſmi inſtitutum. Solutio materialiter fuit inſtitutum illud ſacramentuz quãdo baptizatus eſt chriſtus a Johanne baptiſta in iordane. de cõſecratione di. iiij. c. per aquam nõ qꝛ mundari voluerit cum ſine peccato fuerit: ſed qꝛ cum tactu munde ſue carnis vim regeneratiuam aquis contulit per mag. di. iij. ⁊ iiij. Formaliter autem quando dixit apoſtolis ſuis. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Mathei vltimo. Effectiue quando chriſtus paſſus eſt. Johannis. xix. A latere chriſti exiuit ſanguis ⁊ aqua. Finaliter autem quando chriſtus dixit Nichodemo. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritusſancto non poteſt introire in regnum dei. Johannis. iij. ⁊c̃.

Sequitur de ſacramento confirmationis.

Reſul frons criſma firmant intentio verba
p Gratia donatur conſtans ad bella paratur
Qui tenet in fonte culcum vel criſmate fronte
Efficitur talis pater eius ſpiritualis.

Iſtud capitulum continet tres partes principales. In prima parte docet illa que ſunt de eſſentia confirmationis. In ſecunda parte docet effectum confirmationis. In tertia parte docet quomodo vinculum ſpirituale oritur ex confirmatione ⁊ baptiſmo. Prima in principio. Secunda ibi: gratia donatur. Tertia ibi: qui tenet in fonte. In prima parte dicit actor noſter ꝙ ſex ſunt de ſubſtantia confirmationis duo ex parte ſacramenti in ſe. ſcilicet materia ⁊ forma. Materia eſt criſma confectus ex oleo ⁊ balſamo. Forma eſt talis ſigno te ſigno cru

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

cis confirmo te criſmate ſalutis. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Duo ſunt ex parte miniſtri. ſ. dignitas pontificalis ⁊ intentio debita. Duo ſunt ex parte ſuſcipientis. ſcilicet frons in qua debet fieri criſmatio ⁊ ꝙ criſmandus ſit baptizatus. Ex quibus poteſt dari diffinitio confirmationis ſub tali verborum forma. Confirmatio eſt vnctio exterior hominis viatoris facta in fronte figura crucis ⁊ criſmate ſalutis ſub verborum forma preſcripta ad roborandum animam per gratiam ad confitendum fidē chriſti cum fiducia ſm beatum Thomam. diſtin. vij. iiij. ſenten. Item nota ꝙ vnctio criſmatis fit tripliciter in tribus ſacramentis cuius diuerſitas attenditur ex fine. In baptiſmo fit in vertice ad ſignificādum fidei ſuſceptionem. quia vertex eſt locus cellule rationalis. In confirmatione fit in fronte ad ſignificandum audaciam confeſſionis. cuius impedimentuʒ eſt timor ⁊ verecundia que ſpecialiter manifeſtantur in pallore vel rubore frontis ex propinquitate cellule ymaginalis. In ordine fit in manibꝰ ad ſignificandum poteſtatem conſecrandi ſacramentum dominici corporis. ¶ Quantum ad primum quo dicebatur ꝙ duo ſunt ex parte miniſtri. ſ. dignitas pontificalis ⁊ intentio eſt notandū ſm Raba. ꝙ a ſummo ſacerdote per impoſitionem manus paraclitus traditur baptizato: vt roboretur per ſpiritumſanctum ad predicandum alijs illud quod in baptiſmo conſecutus eſt. de cō. diſtin. v. capitulo nouiſſime ⁊ per mag. diſtin. vij. iiij. Omnes cum fideles per impoſitionem manus epiſcoporum poſt baptiſſimum debent accipere ſpiritumſanctum vt pleni chriſtiani inueniantur. de con. diſtin. v. Omnes per vrbanum. Unde Raba. loquens de ſacramentis baptiſmi ⁊ confirmatōnis ait. Scitote vtrunqʒ magnum ſacramentum eſſe ſed vnum maiori veneratione tenendum eſt. ſcilicet confirmationem: quia a maiori confertur miniſtro. de con. di. v. c. de hijs. Pro quo eſt notandum ꝙ ſoli epiſcopi poſſunt criſmare in fronte ita ꝙ ſi preſbyter hoc agat propria auctoritate nihil agit. x. c. v. diſtin. c. peruenit. de cō. diſtin. v. c. i. ⁊ ij. de con. c. quanto. nihil obſtat illud quod Gregorius. conceſſit: vt preſybter criſmaret cap. peruenit. diſtin. ſupradicta quia hoc facit ad tempus propter ſcandalum de ſpeciali indulgentia: quia papa poteſt hoc delegare in predicto ca. peruenit cum papa habeat plenitudinem poteſtatis. Sʒ contra hoc arguitur ſic. Si papa poſſet committere ſacerdoti ſimplici in fronte criſmare ita poterit pari locum a ſimili committere dyachono ꝙ poſſit conficere corpus xp̄i ꝙ non eſt verum. So. Ad hoc dicendum eſt ꝙ papa de poteſtate quā habet ſupra corpus xp̄i miſticū in confeſſione fidei in confirmatione que hominem perficit poteſt ſacerdoti committere poteſtatem confirmandi in neceſſitate. diſt. vij. iiij. ſenten. ſed non poteſt cōmittere aliquem actum ſupra verū corpus xp̄i niſi rite ordinatis puta ſacerdotibus quia ſupra illud non habet tantā plenitudinē poteſtatis loco palle. p mag. ⁊ doc. Ep̄i autem non poſſunt hoc demandare ſuis inferioribus. licet ipſi poſſint criſmare vt in preallegatis capitulo. i. ⁊ ij. de con. diſtinctione quinta. Quia epiſcopi non poſſunt ea que ſunt ordinis epiſcopalis demandare ſeu committere niſi epiſcopo cuius interſunt illa criſmare in fronte clericos ordinare: virgines conſecrare ⁊ ſimilia de con. eccleſie. vel alta. capitulo aqua. ea tamen que ſunt iuriſdictionis poteſt alij etiam inferiori committere ſicut de cauſis cognoſcere ⁊ iudicare. beneficia conferre. Tamen quedam ſunt iuriſdictionis que non poſſunt demandari niſi eis qui adminiculo ordinis ea exercere poſſunt vt deponere degraduare. Sed quia allegaui ſuperius Raba. dicens vtrunqʒ ſacramentum ſcilicet baptiſmi ⁊ confirmationis magnum ſed vnum ſcilicet confirmationis ſacramentum maiori veneratione tenendum. Notetis ꝙ vnum ſacramentum dicitur maius alio quinqʒ modis. Uno modo propter ſignificationem ⁊ ſic matrimonium dicitur maius. quia ſignificat vnionem duarum naturarum in chriſto. Secundo modo propter continentiam ⁊ ſic eucharistia dicitur maius eſſe quia continet verum corpus chriſti. Tertio modo propter efficatiam. ⁊ ſic baptiſmus dicitur eſſe maius ſacramentum. Quarto modo propter dignitatem miniſtrantium: ⁊ ſic confirmatio dicitur eſſe maius quia datur a ſummis ſacerdotibus. Quinto modo propter hoc quod ponitur in nobiliori gradu: ⁊ ſic ordo dicitur maius ſacramentum per doctorem ſupra. vij. diſtinctione. iiij. Intentio debita confirmantis requiritur que eſt ꝙ intendat facere ſm ꝙ intendit eccleſia. Aliqua autem ſunt in iſto ſacramento de bene eſſe ſed non de eſſe. ſcilicet ꝙ ieiunus a ieiuno detur ꝙ confirmandus per aliquem epiſcopū preſentetur ꝙ binda ſeu victa capiti circunligetur. ¶ Nota ꝙ qui confirmatur debet teneri ab alio quando ab epiſcopo iniungitur ⁊ ſpecialiter debet teneri a cōfirmato: nec refert ſiue a viro ſiue a muliere teneatur. Item qui confirmatur per triduum debet deferre ligaturam qua frons eius ligatur propter criſmatis obſeruationem ⁊ triduane dominice ſepulture reſurrectionem ⁊ ad ſacerdotem tertia die debet accedere ⁊ ſacerdos cum ſale ⁊ aqua eius frontem abluere debet in piſcina ſiue in loco ſacro ⁊ ligaturam comburere ⁊ cineres in terra cimiterij operire. ¶ Quantum ad ſecundum eſt no-

tandum ꝙ multiplex eſt effectus iſtius ſacramenti confirmationis: vnus quia gratiam in baptiſmo datam confirmat. vnde pſal. Confirma hoc deus: confirmatione ſupple quod operatus es in nobis in baptiſmo. Ad miliciam ſpiritualem preparat. vnde confirmandi tanꝙ pugiles pugnaturi inungūtur ne ab inimis de facili vincantur. Et quia omnes chriſtiani in bello chriſti tenentur eſſe propterea omnes debent recipere iſtud ſacramentum vt facilius poſſint contra mundum carnem ⁊ dyabolum pugnare ad confeſſionem conſtanter nominis chriſti animat qua oportet verum deum et verum hominem cōfiteri. Intus ⁊ extra ſpirituali decore nos ornat. Intus quidem per conſcientie puritatem ⁊ extra per odorem bone fame. Et hec duo ſignantur in criſmate quod conficitur ex oleo propter primum ⁊ ex balſamo propter ſecundum. In bonis agendis ⁊ malis ſuſtinendis roborat. Datur enim ſpiritusſanctus ad robur animam ⁊ corpus armat. Animam quidem per impreſſionem caracteris contra puſillanimitatis vitium corpus vero per clipeum crucis contra inſultus demonum. Contra verecundiam ⁊ timorem in confeſſione nominis chriſti audaciam preſtat. Primum notatur in criſmatione frontis que eſt locus verecundie. ſecundum in poteſtate miniſtri poſt pugnam coronat: quod notatur in vita que circa caput ligatur. ¶ Quantum ad tertium eſt notandum ꝙ inter illum qui tenet confirmandum ⁊ confirmatum oritur conſanguinitas ſpiritualis ſicut inter tenentem baptizandum ⁊ baptizatum ⁊ de hoc tractabo latius in capitulo de matrimonio Sed queritur quare chriſtus non fuit vſus hoc ſacramento ſicut baptiſmo ⁊c. Solutio ratione excellentie non fuit vſus forma ſeu materia: tamen tacite inſtituit per hoc ꝙ dixit apoſtolis. Manus imponent ſuper egros. Mar. vl. Alia ratio poteſt eſſe quia ſpiritusſanctus viſibiliter operabatur in primitiua eccleſia vt in ſpecie columbe in lignis igneis: nunc autem ſecretius operatur vt habetur diſtinctione. vij. iiij. per magiſtrum ⁊ docto. ibidem.

¶ Sequitur de ſacramento penitentie.

COntra peccatuʒ graue poſt batiſma patratū
Extitit inuentum ſacre pene ſacramentum
Conteror in corde mala confiteor ſimul ore
Emendans opere deus indulget mihi vere
Penitet atqʒ dolet et crimina dicere ſpondet
Uniqʒ ſatiſfacere contritus iniqua cauere
Crimina commemora tua collige flebilis ora
Elige prudentem te ſoluere iure potentem
Crimina diminuit confeſſio cuncta reuela
Uni preſbytero nullum graue ſponte tacendo
Integra feſtina ſimplex confeſſio fida
Uera libens clara diſcreta frequens et amara
Accuſans propria parcens humilis verecunda
Ut reminiſcaris hoc ordine confitearis
Dic de criminibus mortalibus ac ſpeciebus
Dic de mandatis domini per te violatis
De male preceptis dicas etiam ſacramentis
Sic contempſiſti virtutes vel caruiſti
De ſeptem factis pietatis dic male factis
Dic ſenſus quinque nec cetera membra relinque
Dic bene quecunqʒ male feceris ac vbicunqʒ
In factis dictis conſenſu ſiue relictis
Que non dixiſti dudum dic ſi recidiſti
Res circunſtantes dicas peccata grauantes
Saltem mutantes crimenqʒ nouum generantes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Iſta grauant vicium dignus ſtatus et recidiuum
Condicio numerus loc⁹ ordo ſciētia puſilla tēpus
Copia cauſa mora modus etas lucta
Confeſſor blandus verax prudens pius equus
Hortatur querit terret punit mala ſoluit
Poſtea ſit tacitus vt celet crimen alius
Contra peccata detur contraria pena
Supplicet elatus maceretur luxurioſus
Propria det cupidus ieiunet ſepe guloſus
Inuidus os tundat iratus corde remittat
Audiat officia peregrinans accidioſus
Cuiuis reſtituat ſi poſcit res alienas
Reddere ſi nequeat ſaltem ſit prompta voluntas
Fur vſurator vrens ſymon quoqꝫ repertor
Iuris deceptor alienorumqꝫ repertor
Rector dilapidans quiuis damna male donans
Reddere ſi quid habent vel amore dei dare debent
Iuxta conſilium confeſſorum ſapientum
Mandans conſilians ſocians adiutor adulans
Celans participans defendens atqꝫ receptans
Quilibet ⁊ fautor reddat niſi redderet actor
Hiis quibus eſt pena ſolennis percipienda
Crimen pro magno toti ville publicato
Quilibet artatus anathemate ſiue ligatus
Et qui ſunt auſi miſſas celebrare ligati
Clericus et culpa confectus anormalus acta
Ignem ſuccendens ad dandum damna perurens
Debent pontifici communi iure remitti
Ut dictos ſoluat ad maiorem vel remittat
Si fuerit ignarus confeſſor vel ſine poſſe
Sicqꝫ fatens tacuit aliquod mortale ſcienter
Aut anathema tacens ſic ſolui iure nequibit
Oblitus pene non facte iam ſibi iuſſe
Eſt dudum facta confeſſio ſic iteranda
Poſtea fac digne penam faciendo benigne
Nam male delinquit qui penam ſponte relinquit
Nemo ſatiſfacere poterit de crimine vere
Stans in mortali peccato tunc aliquali
Iuſſa tamen pena quamuis non ſit bene plena
Non eſt linquenda pro crimine ſed facienda
Nam facies iuſſumqꝫ refereſqꝫ per hoc tibi fructum
Omne malum punit deus omne bonum quoqꝫ reddit
Omnia que fiunt cum mortali bona proſunt
Nam mundi bona dant et demonis arma refrenant
Mentes illuſtrant citius tormenta minorant

Ad maiora bona donant vſum facienda
Non tamen eternam poſſunt acquirere vitam
Nec enim purgantur homines vel viuificantur
Sed bene que fiunt poſt mortificata reuiuunt.

In iſta parte actor noſter determinat de ſacramento penitentie diuidens illud capitulum in plures partes quam quidem diuiſionem breuitatis cauſa omitto peritie lectorum. verumtamen intendo ſeriatim per particulas textum ac declarare. Et primo a principio capituli vſqꝫ ad illam partem. Crimina commemora prout concipio auctor duo facit. Primo quare penitentia fuit inuenta. Secundo quod ſunt membra eſſentialia penitentie. Et ex his duobus poteſt inferri diffinitio penitentie. Quantum ad primum eſt notandum ꝙ penitentia fuit inuenta vt per ipſam exhibeatur remedium quo integritas perdita per peccatum mortale reparetur ad ſalutē ideo dicitur ſecunda tabula poſt naufragium ſm Albertum. in ſuo compen. ⁊ per mag. xiij. di. iiij. dicit ꝙ penitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium quia ſi quis veſtē innocentie in baptiſmo perceptā peccando corruperit penitentie remedio reparari poteſt. prima enim tabula eſt baptiſmus vbi deponit vetus homo ⁊ induitur nouus. Penitentia vero dicitur ſecunda tabula ꝙ poſt lapſuꝫ reſurgimus. dū vetuſtas reuerſa depellitur ⁊ nouitas perdita reſumitur. per mag. loco pre allegato. ⁊. xxvi. ca. deinde duplex enim eſt naufragium ſcꝫ peccati originalis ⁊ peccati actualis. de primo liberamur per tabulam baptiſmi. de ſecundo liberamur per tabulam penitentie ad quam poteſt homo recurrere quādiu eſt in ſtatu preſentis vite quotienſcumqꝫ voluerit diuinam implorare clementiam. Ezec. xviij. Quaſi per totū illud capitulum. Nota tamen ꝙ multiplex eſt penitentia quedam eſt falſa. de qua Iſidorus. Irriſor ē ⁊ non penitens qui adhuc agit quod penitet. Unde de pe. diſt. v. c falſas. Falſas penitentias eſſe conſtat cū ſpretis pluribus de vno ſolo penitentia agitur: aut cū ſic agitur de vno vt nō diſcedatur ab alio. vñ Iac. ſecundo. Qui totam legem ſeruauerit offendat autem in vno factus eſt omnium reus. ſcilicet quantum ad vitam eternam. Falſa etiam penitentia eſt cum penitens ab officio vel curiali vel negociali nō recedit qḋ ſine peccato agi nullatenus valet aut ſi odiū in corde ſuo geſſerit aut ſi offenſo cuilibet non ſatiſfecerit: aut ſi offendenti offenſus non indulgeat: aut ſi vnicuiqꝫ nō reſtituat quod iniuſte detinet aut ſi contra iuſticiam arma ferat recognoſcat ſe veram penitentiam non poſſe agere: loco ⁊ capitulo preallegatis. Ideo papa ibidem fratres noſtros preſbyteros admonemus ne falſis penitentiis laycorum aīas decipi ⁊ ad infernū ptrahi patiantur. Quedā eſt penitentia coacta de qua ps. Conuerſus ſum in erūna mea. Quedā eſt penitentia ſera. de qua. Aug. in li. de penitentia. Si tūc penites qñ peccare nō potes peccata te dimittūt nō tu illa de peni. di. vij. c. nemo deſperandus. §. ſi quis. Quedā eſt penitentia iniqua Mat. xxvij. Iudas penitentia ductus videns ꝙ eſſet dānatus retulit triginta argenteos principibus ſacerdotū ⁊ ſenioribus dicens peccaui tradens ſanguinem iuſtum ⁊c. ⁊ de pe. diſtin. iij. ca. Iudas penituit. Quedam eſt penitentia deſperata. Unde Sapien. v. Mirabuntur in ſubitatione inſperate ſalutis dicentes intra ſe penitentiam agentes ⁊ pre anguſtia ſpiritus gementes ⁊c. Quedam eſt vera penitentia que ſm Auguſti. eſt cōmiſſa deflere ⁊ penitenda non cōmittere ⁊ illa penitentia eſt ſancta ⁊ meritoria de qua Bernar. O felix penitentium humilitas. O beata ſpecies confitentium: qua tremendus iudex conuertitur in piiſſimum patrem. Per veram enim penitentiā abſoluitur homo a peccato reſtituitur eccleſie. reconciliatur chriſto. Donis ſpiritualibus ditatur. de filio dyaboli per imitationem efficitur filius dei. Per hanc penitētiā paradiſus aperitur angeli letificantur: impii iuſtificantur: mortificata bona reuocantur: ⁊ pena eterna euitatur: per dictum Auguſti. in li. de penitentia: et per Alber. in ſuo compen. In hoc enim ſacramento penitentie ſicut in aliis eſt materia ⁊ forma. Materia enim eſt actus penitentis dolētis de peccatis commiſſis. Forma autem ſunt verba ſacerdotis abſoluentis penitentem ſiue in abſoluēdo videlicet iſta. Ego abſoluo te ⁊c. per mag. xvij. diſt. iiij. Iſta autem verba miſereatur tui oīpotens deus ⁊ abſolutioneꝫ ⁊ remiſſionem ⁊c. non ſunt de eſſentia forme ſacramenti penitentie: ſed ſunt ſupplicationes interceſſiue vt habetur per magiſtrum loco preallegato. Ex quibus apparet ꝙ in hoc ſacramento quoddam eſt ſacramentum tantum vt actus penitentie exterior: quoddam res tantum vt remiſſio peccatorum quoddam res ⁊ ſacramentum vt contritio interior ſm Albertum in ſuo compendio. Quantum ad ſecundum eſt notandum ꝙ ſicut in peccato mortali tria attenduntur: ſcilicet impudentia delectatio ⁊ perpetratio. Sic triplici remedio opus eſt ſubuenire. contra impudentiam per confeſſionem in qua eſt verecundia de peniten. diſtin. i. ca. quē penitet delectationi opponitur amaritudo contrictionis perpetrationi opponitur operis ſatiſfactio. de peniten-

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tia diſtinctione prima capitu°o penitentia. ⁊ capitulo ſeqnenti. et per magi. xvi. diſtincti. iiij. vnde Jobā. criſoſtomus. Hec eſt fructifera penitentia vt ſicut tribus modis deum offendimus: ſcilicet corde ore ⁊ opere. Ita tribus mobis ei ſatiſfacimus: ſcilicet cordis compunctione: oris cōfeſſione: ⁊ operis ſatiſfactione. vnde Auguſti. in libro de ſermone domini in monte: tripliciter peccatum committitur corde facto ⁊ verbo: quare triplici remedio ſubueniendum eſt: ſcilicet cordis compunctione. Jobel. ij. Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio in fletu ⁊ planctu ⁊ ſcindite corda veſtra ⁊ non veſtimenta veſtra: ⁊ conuertimini ad dominum deum veſtrum: quia benignus ⁊ miſericors eſt. Oris cōfeſſione. de qua Prouerbio. xviij. Juſtus prior eſt accuſator ſui. ⁊ Jaco. vltimo. Confitemini alterutrū peccata veſtra. Satiſfactione de qua Mathei tertio. Facite dignum fructum penitentie. Peccatum mortale non poteſt tolli niſi per penitentiam. Penitentia autem vera debet babere illa tria predicta de peniten. diſtinctione prima capitulo verbum dei. Juſtum eſt enim vt peccator animo culpam deteſtetur verbo accuſat ⁊ facto peniteat ſm Alber. in ſuo compendio. Per peccatum enim offendit homo deum eccleſiam ⁊ ſeipſum. Modo p contritionem veraȝ reconſiliatur homo deo. per confeſſionem eccleſie. per ſatiſfactionē ſibiipſi per Alber. loco preallegato. Quātuȝ ad tertiū eſt notādūȝ ꝙ vera penitentia eſt dolor cordis ⁊ amaritudo anime. Alio modo ſm Ambro. Penitentia vera eſt preterita mala plangere ⁊ plangenda iteꝝ non cōmitiere ſm auteȝ Grego. Penitere eſt ante acta peccata flere ⁊ iteꝝ flenda non cōmittere. de iſtis diffinitionibus babetur de penitentia diſtin. prima. ca. penitentia. ⁊ per magiſtrum. xiiij. di. ſm Albertū in ſuo compendio. Jn iſtis enim diffinitionibus notatur duplex actus vnus qui eſt reſpectu preteriti: ſcilicȝ plāgere mala preterita. alius qui eſt reſpectu futuri: ſcilicet plangenda non cōmittere primus actus eſt in re. ſecūdus in ꝓpoſito: ⁊ dr̄ penitētia a penitendo. de pe. di. i. c. preallegato: vel dr̄ a puniendo: per magi. xiiij. di. iiij. quia per ipām penitētiaȝ puniuntur illicita. ſm Scotuȝ ſuper. xiiij. di. iiij. ſen. Penitētia eſt abſolutio hominis penitētis facta certis verbis cum debita intentione prolatis a ſacerdote iuriſdictionem babente ſignās ex inſtitutione diuina efficaciter abſolutionem aīe a peccato. iteꝝ penitētia eſt duplex: quedā interior tm̄ ⁊ hec de iure naturali: quedam eſt penitētia exterior que fit ad arbitriū hoīs. Prima eīm non eſt ſacramentum proprie. ſecunda vero eſt ſacramentum non eīm penitentia per ſe ſuſcepta dr̄ ꝓprie ſacramentum eccleſie cum talis etiam ante baptiſmum poſſit fieri: ſed penitentia iniuncta per miniſtros eccleſie ſacramentum eſt. Jtem notandum eſt ꝙ lugere pro peccatis proprijs eſt actus penitentie. lugere pro alienis malis eſt actus virtutis ⁊ miſericordie. lugere pro bonis eternis eſt actus beatitudinis de quo dicit̄ Mathei quinto. Beati qui lugent. Jtem notandum eſt ꝙ non oportet exteriorem penitentiaȝ eſſe perpetuam. circa autem interiorem eſt diſtinguendum nam quedam eſt penitentia interior ſm habitum ⁊ hec debet eſſe perpetua. alia ſm actum ⁊ hanc non oportet eſſe perpetuam ſemper enim tenetur quis ad interiorem penitentiam habitualem qua vellet non peccare: ſed ad interiorem actualem non ſemper tenetur. Jtem eſt notandum ꝙ in penitentia alius eſt dolor rationalis qui eſt peccati deteſtatio. alius eſt ſenſualis qui eſt paſſio. primus dolor ſemper debet eſſe in penitentia. ſecundus vero non eſt de neceſſitate. Jtem notandū eſt ꝙ penitentia adhuc eſt duplex ſcilicet priuata que fit in ſecreto: quam ſacerdotes iniungunt pro peccatis occultis. Alia eſt penitentia publica ⁊ illa ſm actorem libri de ſacramētis eſt duplex. quedā eſt manifeſta q̄ iniungitur pro pctīs manifeſtis. vt peregrinatio per mundum. flagellatio corporis cum baculo cubitali ⁊ hec iterari poteſt ſicut prima quia cum peccatum mortale ſepius iteratur: ita a penitente neceſſario penitentia reiteratur cum ſit medicinale remedium contra illud peccatum per magiſtrum. xiiij. diſtin. iiij. Alia eſt penitētia ſolennis que fit in capite ieiunij quadrageſime. l. di. ca. in capite quadrageſime vbi eſt textus nobilis ſuper diſpoſitione illius ſolennis penitentie ⁊ ſolum iniungitur ab epiſcopo. xxvi. q. vi. ca. i. ꝓ enormi crimine notorio qđ cōmouet totā vrbem vel locum alium publicum. vt ꝓ paruulorum perecli‑tatōe cū ſcandalo ex parentum in curia. Et hec pnīa nō reiterat̄ duplici de cauſa. p̄ima ne vilis habeatur ſolēnis pnīa. l. di. c. ſi q̄s poſt remiſſionē in glo. ſcđa cā ꝓpter ſignificationē ei⁹ q: ſignificāt eiectionē ade de ꝑadiſo terreſtri que ſemel facta eſt. e. di. c. in capite: ⁊ de peni. di. iij. in ſumma tamen Gratianus dicit ꝙ ſm cōſuetudinē quarūdā eccleſiaꝝ pnīa ſolennis iteratur in. c. ex ꝑſona de pnīa. di. iij. Opinio tamen magiſtri. xiiij. diſtin. iiij. Una cuȝ Auguſti. ad macedoniū ⁊ origeneȝ ſup Leuiticū eſt ꝙ non dȝ iterari. Nota ſuper hoc ꝙ hec penitentia ſolennis nō iniūgitur clericis ꝓpter ſcandalū quia poſt penitentiam ſolennem non debet aliquis ad ſacros ordines ꝓmoueri nec effici miles qui ſolenniter penituit. xxxiij. q. ij. Admouere. ⁊. l. diſtin. capitu. ſi quis poſt remiſſionem. Similiter non iniungitur ꝑſonis ordinatis: quia deferetur ordini non perſone. ¶ Queritur qualiter habet fieri hec ſolennis penitentia. Reſpondetur ꝙ ſolenniter penitentes in capite ieiunij quadrageſime cū ſuis preſbyteris preſentent ſe epiſcociuitatis vl' eius vicario ante fores matris eccleſie ſacco induti nudis pedibus vultibus demiſſis coma depoſita ⁊ eis in eccleſia introductis epiſcopus cum clero dicit ſeptem pſalmos ⁊ poſtea imponit eis manum ⁊ aquam benedictam aſpergit cinerē q̄ capitibus eorum imponit cilicio colla eorum operit: ⁊ ſic denunciet eis lacrymabiliter ꝙ ſicut Adam eiectus eſt a paradiſo terreſtri ita ⁊ ipſi ꝓ peccatis ab eccleſia eijciuntur: ⁊ tunc iubet epiſcopus miniſtris vt eos ab eccleſia expellant. Clero eos proſequente ⁊ cantante illud reſponſorium. Jn ſudore vultus tui ⁊c. Gen. iij. Deinde in cena domini a ſuis preſbyteris in eccleſia reducuntur ⁊ erunt vſq̄ ad octauas paſche: ita ꝙ nec cōmunionē nec pacem recipiant: ⁊ tunc exibunt de eccleſia ⁊ erunt extra eccl'am vſq̄ ad talem diem ſequentem ſ. in capite ieiunij anni ſequentis ⁊ fiet ſicut prius quolibet anno quouſq̄ aditus eccleſie eis reddat̄ ⁊ reconcilienter ab eccleſia ſm voluntatem epiſcopi ad quem ſpectat reconciliatio. Mulieres autē comam nō deponant in ſignum ſubiectionis: ſed ſolum viri. l. di. c. in capite ieiunij pluries allegato.

¶ Queritur vtrum penitentie ſint tres partes. ſ. contritio: confeſſio ⁊ ſatiſfactio. Et videtur ꝙ nō. Nā forma ſimplex nō habet ꝑtes: q: indiuiſibili eſſentia conſiſtit: ſed penitentia eſt huiuſmodi: q: eſt quidam habitus in p̄ima ſpecie qualitatis ergo. Jn oppoſituȝ eſt magiſter ſentētiarum. xvi. diſt. iiij. vbi dicit ꝙ in perfectione penitentie tria ſunt obſeruanda ſcilicet compunctio cordis: confeſſio oris: ⁊ ſatiſfactio operis. Huic ꝯcordat Auguſtinus in libro de ſermone domini in monte dicens. Tres ſunt peccati differentie in corde: in facto: ⁊ in cōſuetudine: vl' in verbo tanq̄ tres mortes: vna quaſi in domo. ſcilicet cum in corde conſentitur libidini: altera quaſi ꝓlata iam extra portam cum in factis procedit aſſenſio. ¶ Tertia cum male conſuetudinis tanq̄ mole premitur animus quaſi in ſepulchro iam fetens. Laudulphus ſuper. xvi. di. iiij. ſentētiarum. Ad illud dubium reſpondet per quattuor concluſiones. Prima concluſio eſt ꝙ penitentie que eſt habitus virtutis non ſunt tres partes. ſcilicet contritio: confeſſio: ⁊ ſatiſfactio: ⁊ probat ille non ſunt partes alicuius totius quibus non exiſtentibus illud totum poteſt eſſe: ſed non exiſtentibus iſtis tribus partibus poteſt eſſe penitentia que eſt virtus ergo. Maior patet ⁊ minor probatur: quia penitentia que eſt habitus eſt quedam qualitas de difficili mobilis que ineſt homini etiam quando dormit. Sola enim qualitas eſt inclinans ad frequenter penitere ⁊ ibi exiſtit quando nullus eſt ibi actus. Secunda concluſio eſt ꝙ penitentie que eſt actus hec tria. ſcilicet contritio: confeſſio: ⁊ ſatiſfactio non ſunt partes probatur ſic eque forma ſimplex eſt actus ſicut habitus. Ergo ſicut hec tria realiter diſtincta non poſſunt componere habitum qui eſt penitentia: nec ipſum actum que eſt penitere. Deductio iſtius patet: quia ſi accipiatur actus penitendi pro actu voluntatis imperatiuo vindicte vel pro actu imperato exequente imperium voluntatis ſemper eſt forma ſimplex. Forma autem ſimplex non habet partes realiter diſtinctas ſicut ſunt ille tres. Jtem probatur ſic entia quorum eſſe in fieri. non ſunt partes entis permanentis: ſed hec tria contritio: confeſſio ⁊c̄ habent entitatem in fieri. Ergo non ſunt partes penitētie q̄ eſt habitus vel actus cum ſint entia permanentia. maior patet ⁊ minor probatur: quia confeſſio que fit oris prolatione eſt in fieri ſimiliter ſatiſfactio opere penoſo eſt in fieri. Tertia concluſio eſt ꝙ penitētie que eſt ſacramentum: contritio: confeſſio: ⁊ ſatiſfactio non ſunt partes probatur: quia quod nō competit diffinitioni non competit diffinito: ſed hec tria non ſunt partes congruentes penitentie diffinitioni: vt eſt ſacramentum. ergo nec ipſi penitentie. Maior patet quia diffinitio ⁊ diffinitum idem ſunt. Primo poſteriorum: minor probatur: quia accipiendo diffinitionem poſitam per Scotum ſuper. xiiij. diſtinctione. iiij. Apparet ꝙ penitentia eſt abſolutio peccatoris facta certis verbis vbi apparet ꝙ hec tria nec aliquod illorum ſint partes penitentie: quia ſi aliquod mereretur dici pars penitentie maxime eſſet contritio quod non eſt dicendum cum contritio ſit quoddam ſpirituale. Jtem omne ſacramentum eſt ſacre rei ſignum exterius exiſtens interius ſignans: ſed contritio non poteſt eſſe tale ſignum exterius: igitur. Quarta concluſio eſt ꝙ hec tria contritio: confeſſio: ⁊ ſatiſfactio ſunt partes penitentie integre ⁊ vocat Laudulphus penitētiam integram nō ad habitum vel actum imperantē vel imperatum: ſed cum penitentia ſit quedam iuſticia cōmutatiua videtur requirere ad eſſe ſui equiualentiam, tanti pro tanto. ſcilicet pene ad culpam: ad quam equiualentiam concurrunt tria. Primo pena interior que eſt contritio: quia ſicut in culpa fuit voluntaria delectatio deordinata ita debet eſſe diſplicentia equiualens. Secundo exterior maceratio que eſt pars operis penoſi correſpondentis equiualenti offenſe commiſſe. Tertio requiritur arbiter cuius iudicio iuſte equiualeat hec pena illi culpe. Primum horum eſt contritio que eſt diſplicentia interior. Secundum ſatiſfactio que eſt maceratio exterior. Tertium eſt confeſſio: quia nullus debet eſſe iudex in cauſa ſua.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

in.c.ſi.quē.de ſen.excōmnica.ideo debet confiteri ſacerdoti cuius arbitrio decernatur que pena equi
ualeat culpe. Hinc vltime cōcluſioni concordat Alber.in ſuo cōpendio theologie libro ſexto di. tres
ſunt ptes integrales penitētie. ſcꝫ cōtritio confeſſio ⁊ ſatiſfactio quod oſtendit ſic. Penitētia eſt quod
dam ſpontaneū iudiciū in quo contritio eſt quaſi quedam citatio vbi ſequitur rei apud iudicem ſpon
tanea confeſſio. Deinde ſequitur emēde.p iudicē impoſite ſolō. ſꝫ in hoc differt iudiciū fori a iudicio
poli quia ibi confeſſus in iure condēnetur hic in iudicio poli confeſſus abſoluitur. Iſta tria mēbra pe
nitentie tangit actor noſter in littera ſua dicēs. Conteror in corde pro pmo.mala confiteor ſimul ore
pro ſcdo:emēdans ope pro tertio. Circa illud verbū conteror. Querit vtrū requirat contritio vel ſuf
ficiat attritio. ¶ Pro ſolutiōe iſtius dubij ſm cōpendiuꝫ theologie in ſexto libro aſſignāda eſt differē
tia inter attritionē ⁊ contritionē ſicut inter informe ⁊ formatū ſm ꝙ dr de fide informi ⁊ formata: iō
dicitur ꝙ nō ſufficit attritio.de cōtritione aūt habetur in plurib⁹ paſſib⁹ ſacre ſcripture ꝙ ſufficit cuꝫ
non habet copia confeſſoꝝ ⁊ hoc videt tenere. Landulphus ſupra decimā quartā diſtinctionē quar
ti ſentētiaꝝ di.ꝙ ſolo actu contritiōis aſſequitur ꝗs peccatoꝝ remiſſionē quod pōt habere diſtinctio
nem talē contrio aut eſt tāta ꝙ ſufficit aut non:ſꝫ eſt ſola attritio que notat Luce.xv. De filio prodi
go dicēte:quanti mercēnarij abundāt panibus in domo patris mei ⁊ ego hic fame pereo ſurgā ⁊ ibo
ad patrem meū ⁊c. Si prio mō veritateꝫ habet illud ſolo actu contritionis aſſequitur ꝗs peccatoruꝫ
remiſſionem ⁊c. Si ſecdo modo non: ſed actione ſacramentali ſacerdotis illa attritio fit ɔtritio: ⁊ ſic
ſacerdos non ſolum oſtendit abſolutū: immo abſoluit illud patet quia conſtat ꝙ ſola attritio non ſuf
ficit ad deletionem peccati: ergo ad hoc ꝙ fiat ſufficiens oportet ꝙ fiat virtute ſacramenti:hoc dicit
Landulphus. Quod autem inducit magi.de illo qui vadit ad confeſſioneꝫ.xvij. diſt.iiij.⁊.xxi. Quia ſi
fuerit peccator ſufficiēter contritus ⁊ moriatur eundo ſaluatur. Si autem ſit ſolū attritus dānatur ni
ſi forte propter bonā volūtatem:quia venit ad confeſſioneꝫ faciens ꝙ in ſe eſt deus in inſtāti facit de
attritione.cōtritionem quod credere eſt pium:vt habetur de leproſis mūdandis Luce.xvij. Sꝫ quia
dictum extitit ꝙ actio ſacramentali ſacerdotis attritio fit contritio. Queritur vtrū attritio fit contri
tio. Ad illud ſm Alber.in ſuo compendio theologie dicendum eſt ꝙ contritio dicitur cum gratia tri
tio qꝺ poteſt eſſe dupliciter.vno modo per concomitātiam: quia gratia aſſociatur motui exiſtenti in
anima:⁊ illum informat quāuis non eliciat. Alio modo per cauſam ita ꝙ motus a gratia eliaciatur.
primo attritio fit contritio:quia actus ille ſimplex manēs in anima formatur aduemente gratia ſicut
color aduemente luce. Secundo modo impoſſibile eſt ꝙ attritio fiat contritio: ſuper illud verbuꝫ pe
nitet in littera actoris. Eſt notādum ꝙ penitere accipitur quadrupliciter. Vno modo pro velle puni
re ⁊ tūc diffinitur ſic. Penitere eſt velle vindicare peccatum a ſe cōmiſſum. Alio modo accipitur peni
tere pro diſplicere ⁊ tunc diffinitur ſic. Penitere eſt peccatum a ſe commiſſum deteſtari. Alio modo
accipitur penitere pro penam acceptare:⁊ tunc diffinitur ſic. Penitere eſt penam inflictam pro pecca
to ſuo gratāter acceptare. Alio modo accipitur penitere pro punitionem ſufferre:⁊ tunc diffinitur
ſic. Penitere eſt penam inflictam pro pctō ſuo patienter ſufferre ſm Landul.ſuper.xiiij.diſtiu.quar
ti ſententiarum. Differētia iſtorum actuū.patet:quia licet omnes iſti actus intendant vnum materia
le:ſcilicet peccati punitionem per aliquod incōmodum penoſum quod eſt triſticia:tamen in proſequē
do illud penoſum eſt differētia:quia primus actus qui eſt actus vindicandi eſt pene inflictiuus. Se
cundus eſt mali pro quo infligitur impetratiuus. Tertus eſt huius penoſi incōmodi approbatiuus.
Quartus eſt eius toleratiuus ſi ab alio infligitur. Nunc dicendum eſt modicum de vno quoqꝫ mem
bro. Et primo de contritione. Pro cuius declaratione eſt notaudum ꝙ contritio eſt dolor voluntarie
aſſumptus pro peccatis cum propoſito confitendi ⁊ ſatiſfaciendi ſm Alber. in ſuo compendio in ſex
to libro.⁊ ſm magiſtrum in quarto ſentētiarum diſtinctiōne.xv.ibi ponitur dolor pro genere volunta
rie aſſumptus ad differentiam doloris naturalis qui non eſt meritorius cum non ſit in genere moris
ſed voluntas eum ponit in genere morali pro peccatis ponitur pro materia doloris ad differentiam
doloris inuidie qui eſt de bono alieno. Queritur vtrum in beatis dānatis et his qui ſunt in purgato
rio ſit contritio. Dicendum eſt ſm Alber.in ſuo compēdio ꝙ nō cuius cauſa eſt:q: in contritiōe ppꝛie
ſumpta tria ſunt:ſcꝫ gratia dolor ⁊ effectus meriti ſatiſfactionis modo in beatis nō eſt dolor. In dāna
tis non eſt gratia exiſtentes in purgatorio non merentur:ergo. Queritur ꝙdiu quis de peccato de
bet dolere. Reſpondetur ſm Hug.de ſancto victore ꝙ deus quando abſoluit hominem a vinculo pec
cati ligat eum vinculo perpetue deteſtatiouis quequidem deteſtatio perpetua poteſt eſſe duplex: ſci
licet in habitu ⁊ in actu. Ad deteſtationem in habitu ſemp tenetur homo etiam poſt perfectaꝫ pecca
ti remiſſionem de qua Aug.loquens de penitēte dicit ſemper doleat ⁊ dolere gaudeat ⁊ nō ſemp do

luiſſe doleat. Ad deteſtationem vero peccati in actu non ſemper tenetur homo. In contritione enim
duplex eſt dolor.vnus eſt voluntatis qui non eſt aliud ꝙ diſplicentia peccati. Alius eſt ſenſualis.pm⁹
eſt de eſſe contritionis de quo intelligitur illud Iere.vi.c. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarū
quia debet ex ratione magis velle nūꝙ peccaſſe ꝙ vnigenitum viuere. Alius vero dolor qui eſt ſen
ſualis non requiritur de neceſſitate ad contritionē:ſed bene eſt de eius perfectiōe.quia talis dolor nō
eſt in noſtra poteſtate. Ille enī penitentiam digne agit qui ſic preterita mala deplorat vt futura iteruꝫ
non committat. Nam qui plangit peccatum ſuum ⁊ iterum committit peccatum eſt ſicut ille qui lauat
laterem crudum quem quanto magis abluit tanto magis lutuꝫ facit.de peniten.diſt.ij.c.ij.§.ille peni
tentiam. Huic ſcientie concordat Iſidorus dicens. Irriſor eſt ⁊ non penitens qui adhuc agit quod pe
nitet nec videtur deum poſſere ſubditus:ſed ſubſannare ſuperbus. Canis reuerſus ad vomitū ⁊ peni
tens ad peccatum ſm magiſtrum ſententiarum.xiiij.diſtin.quarti ⁊ idem eadem diſtinctione. Quoſ
dam accipere lachrymas ad penitentiam cerno ⁊ affectum penitentie non habere.quia inconſtantia
mentis nunc recordatione peccati lachrimas fundunt.nunc reminiſcente vſu ea que fleuerunt iteran
do committunt. Notetis tamen ꝙ non ſufficit ſola cordis contritio habentibus copiam ſacerdotis.ꝺ
peni.diſti.i.c.vltimo.nec contritus reputatur.ſi poſt contemnit confiteri.xxxi.q.i.ca .vltimo.⁊ de con.
diſtin.iiij.c.non dubito. Sicut enim precepta eſt nobis interior penitentia:ita oris confeſſio ⁊ ita ex
terior ſatiſfactio ſi abeſt facultas.de peniten.diſtin.iij.capitulo perfecta penitentia .⁊ per magiſtrum
xvij.diſtin.iiij.ſenten.d. Iudicet ſeipſum homo voluntate dum poteſt ⁊ mores conuertat in melius ne
cum iam non poterit preter voluntatem a domino iudicetur veniat ad antiſtes per quos illi claues in
eccleſia miniſtrantur ⁊c. Secundū membrum ē confeſſio. Pro cuius preſenti declaratione eſt notan
dum ꝙ confeſſio eſt ſm Albertum in ſuo compendio theologie libro ſexto per quam morbus latens
ſpe venie aperitur ſm vero Criſoſtomum ſuper Matheum.⁊ per magiſtrum.xvij.diſtin. iiij.ſenten.
Confeſſio eſt teſtimonium conſcientie timentis deum. Et eſt confeſſio duplex. quedaꝫ eſt mentalis q
fit deo ⁊ hec eſt de iure naturali.quedam eſt confeſſio vocalis que fit homini ⁊ hec non eſt de iure na
turali.ergo ante chriſti incarnationem ſufficiebat confeſſio mentalis quia deus nondum erat homo:
ſed poſtꝙ factus eſt homo debet confeſſio fieri homini vicario chriſti. Item licet peccata alicuius no
ta ſint ſacerdoti vt homini:tamen oportet ea confiteri:quia non ſunt ei nota vt iudici. Queritur quādo
fuit inſtituta confeſſio. Reſpondetur ad illud dubiū ſm aliquos ꝙ fuit inſtituta in paradiſo terreſtri
ſtatim poſt peccatū dño dicēte ad adā Adā vbi es. Geñ.iij. Et huic cōcordat magi.xxiiij. diſtin.iiij.ꝙ
a primordio humani generis fuit in primis parētibus vtrūqꝫ inſtitutū: ſcꝫ penitētia ⁊ coniugiū. Alij
dicūt ꝙ confeſſio fuit inſtituta quādo domin⁹ interrogauit caym.d. Caym vbi eſt Abel frater tu⁹. Ge
ne.iiij. Alij dicūt ꝙ quādo Joſue precepit achor confiteri crimen ſuū ⁊ lapidatus eſt.xlv. diſtin.c.ſed
⁊ illud. Alij dicūt ꝙ in nouo teſtamēto a Jacobo. Jaco.vltimo. Confitemini alterutrum peccata ve
ſtra qꝺ non credo:q: non fuit ſummus pontifex:quare non potuit obligare tātam eccleſiam. Alij di
cunt ꝙ fuit inſtituta quādo chriſtus dixit mūdandis:ite oſtēdite vos ſacerdotibus. Luc.xvij. Hic eſt
ritus leproſi quādo mūdandus eſt adducetur ad ſacerdotem dixit dominus ad moyſem. Leuiti.xiij.
⁊.xiiij.ca. Lepra autē ſm doctorē eſt peccatū. Alij dicūt ꝙ fuit inſtituta quādo dominus dixit Petro.
Tibi dabo claues regni celorum.⁊ quodcunqꝫ ligaueris ſuper terram ⁊c. Mathei.xvi. Alij dicunt ꝙ
fuit inſtituta quādo chriſtus poſt reſurrectionem dixit apoſtolis:quorum remiſeritis peccata remiſſa
erunt:⁊ quorum retinueritis retēta erunt. Johānis xx. Chriſtus enī in hoc ꝙ miniſtris ſacramentoꝝ
dedit poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi inſinuauit confeſſionem eis tanꝙ iudicibus debere fieri ſm Al
ber.in.vi.libro ſui compendij ⁊ apoſtoli prouulgauerunt eam. Alij dicunt ꝙ fuit cōfeſſio inſtituta ab
vniuerſali traditione eccleſie in gloſa.ca.in penitentia autem de penitentia diſt.v. Quātum ad tertiū
membrū:ſcilicet ſatiſfactionem eſt notandum ꝙ poſt remiſſionem culpe in contritione remanet de
bitum pene ſatiſfactorie:ideo iungit ſacerdos quedam ad ſatiſfactionis fundamentum:ſicut abſtine
re a peccato reſtituere male ablatū:quedam iniungit ad ſatiſfactionis expediditionem:vt vitare cō
ſortia malorum quedam iniungit ad ſubſtantiam ſatiſfactionis vt ieiunare:vigilare:dare elemoſynā:
peregrinari:⁊ huiuſmodi opera penalia:quedam iniungit ad perfectionem ⁊ ſecuritatem ſatiſfactio
nis vt ſunt opera ſupererogationis. Item ſatiſfactionis quedam ſunt partes principalis:ſcilicet ora
tio:elemoſyna:ieiunium:quedam ſunt ſecundarie vt vigilie peregrinationes diſcipline. Opera enim
carnem affligentia reducuntur ad ieiunium. Opera autem ſpiritualia ad orationeꝫ. Opera miſericor
die ad elemoſynam:per ieiunium reuocamur a concupiſcentia carnis:per elemoſynam a concupiſcē
tia oculorum:per orationem a ſuperbia vite ſm compendium theologie. De iſtis mēbris tractabo la

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

tius in ſequentibus declarando textum actoris. Crimina commemora ⁊c. ab iſta littera vſq; ad illam
vt reminiſcaris actor facit duo principaliter. primum docet modum quem debet habere penitens in
aggrediendo confeſſionem. Secundo docet conditiones vere confeſſionis. prima in principio i. ſecun
da ibi integra feſtina. Quantum ad primam partem dicit actor noſter ꝙ confeſſus ſiue penitens pri
mo debet meditari crimina que cōmiſit. Unde Criſoſtomus. ſi recordaberis peccatorum tuorum ⁊ fre
quenter ea in conſpectu dei pronuncies ⁊ pro eis deprecer is cito ea delebis. vnde ps. Meditat⁹ ſum
nocte cum corde meo: ⁊ exercitabar: ⁊ ſcopebam ſpiritum meum. Et alibi. Recogitabo tibi omnes an
nos meos in amaritudine anime mee. Item confitens debet colligere peccata propria ⁊ non aliena
in ca. conſideret. de peniten. diſtinct. v. Item debet flebiliter orare Johe. ij. Conuertimini ad me in
toto corde veſtro in ieiunio: in fletu ⁊ in planctu dicit dominus. Unde Bernar. Lacrimare ⁊ orare
pro peccatis tuis vt inuenias gratiam. Et ps. Lacrimis meis ſtratum meum rigabo. i. conſcientiam
meam. Dicendo domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum cito anticipent nos mi
ſericordie tue: quia pauperes facti ſumus nimis. Item penitens debet eligere confeſſorem pruden
tem qui ſciat diſcernere inter lepram ⁊ lepram. id eſt inter peccatum et peccatum. de pen. di. vi. ca. ij.
qui confitetur omnino ſacerdoti cōfiteatur meliori ꝙ poteſt: ⁊ idem de peniten. diſtin. i. ꝙ penitet. §.
hoc eſt ego dominus per magi. xvij. diſtin. iiij. vnde Auguſti. Qui vult confiteri peccata vt inueniat.
gratiam: querat ſacerdotem ſcientem ligare ⁊ ſoluere ne cum negligens circa ſe extiterit neglig atur
ab illo qui eum miſericorditer monet ⁊ petit ne ambo in foueam cadant quam ſtult⁹ euitare noluit.
vnde Mathei. xv. ⁊ Luce. vi. Si cecus cecum ducat ambo in foueam cadunt. Item confitens debet
dicere peccata ſua vni preſbytero per magi. xvi. di. iiij. vbi dicitur q peccata vult redimere caueat ne
ductus verecūdia diuidat apud ſe cōfeſſionem: ſcz vt diuerſis diuerſa velit ſacerdotibus magnifeſta
re. Quidam enī vni celant que alij manifeſtāda conſeruant: quod eſt ſe laudare ⁊ ad ypocriſim tēde
re ⁊ ſemꝑ venia carere: ⁊ idem habetur de pe. diſt. v. c. conſideret. §. qui igitur pctā. Item confitēs nō
debet ſpōte celare aliquod crimen precipue mortale qđ ꝓbatur ꝑ mag. xv. diſt. iiij. vbi dicit Expulſit
domin⁹ ſeptē demonia vt omnia crimina ſimul eijciēda doceret Johan. viij. Et legionem demonū ab
alio eijciēs nullū reliquit oſtendendēs per hoc ꝙ ſi mille forent crimina oportet de omnibus penite
re. Quomodo qui vnū crimen reſeruat de alio recipiet veniam ſine amore dei ſine quo nemo vnꝙ in
uenit gratiam: ⁊ idē de pe. di. iij. c. ſunt plures. §. quomō. ⁊. e. di. t. di. i. Notetur ſpōte q: delicta nemo
intelligit omnia: dauid delicta quis intelligit generaliter ſaltem ea confiteatur quorum memoriam non
habz ⁊ ſic nihil dicitur celare de celerib⁹ ſuis Mathei. xxi. diſtin. iiij. ſentētiarum. ¶ Sequitur in fine pri
me partis crimina diminuit confeſſio: quod exponitur ſic. Confeſſio vera diminuit peccata q: per bea
tum Augu. in libro de peni. ⁊ de pe. di. i. §. nō ergo: vbi eſt taciturnitas cōfeſſionis non eſt ſeparanda
venia criminis. Ad hoc concordat Aug. in vna reſponſione cōtra pelagianos di. Ueritatem dicit deo
penitēs quādo nihil illi de cōmiſſis ſceleribus celat non ꝙ et ſi voluntate celauerit deus ignoret: ſed
veritatem ſibi ab eo dici vult vt veniam conſequatur. ⁊ idem de pe. di. iij. c. hijs auctoritatibus: ⁊ Da
uid confirmat illud dicens. Lauabo per ſingulas noctes. i. peccata lectum meum. id eſt conſcientiam
meam. Ergo omnia peccata ſua poſſetenus debet penitens confeſſori ſuo reuelare. Qui enim timet
iudicium dei non erubeſcit peccatum confiteri ſm Johannem Criſoſtomum ſuper Math. Perfect⁹
timor ſoluit oēm pudorem confeſſio peccati pudorem habet ⁊ ipſa erubeſcētia eſt grauis pena: ideo
iubemur confiteri peccata vt erubeſcētiam patiamur pro pena. Nam hoc ipm ps eſt diuini iudicij per
mag. xvij. diſt. iiij. ſen. ¶ De negligētia autē oblitorum dz penitēs grauiter dolere: ⁊ generaliter con
fiteri. Unde mag. xxi. di. iiij. ſi vero a mente aliqua exciderint confitetur penitēs veritatē deo cū gene
raliter dixerit de⁹ q noſti occulta cordis opera mea ⁊ delicta mea a te non ſunt abſcōdita: quibus veni
am largiaris. Et hec eſt veritas confitētis quam diligit deus. Ex hoc pz ꝙ generalis confeſſio etiam
mortalia delet quorum intelligētia non habetur per magiſtrū loco preallegato. Quo ad ſecūdam partē
ſcilz illa crimina diminuit dicit Ambro. non pōt quiſꝙ iuſtificari a peccato niſi fuerit peccatum ante
confeſſus: qui vero confeſſus fuerit iuſtificabitur per mag. xvij. diſt. iiij. ſen. ¶ Sequitur ſcđa ps princi
palis de conditionibus confeſſionis vere ibi integra feſtina: de quibus conditionibus dantur alia
metra in inſtrumentario que ſequuntur. Sit ſimplex humilis confeſſio pura fidelis. Atq; frequens
nuda diſcreta libens verecunda. Integra ſecreta lacrimabilis accelerata. Fortis ⁊ accuſans ⁊ ſit pa
rere parata. Quarum conditionum ſequitur expoſitio. ¶ Simplex debet eſſe confeſſio. i. ſine plica vt
nihil dicatur niſi qđ pertinet ad ꝗtitatem peccati ⁊ qualitatem peccatoris ſine defenſione ſine excu
ſatione. Humilis vt cum magna humilitate dicat penitēs peccata ſua reclamando dei miſericordi

am ſine iactantia: ſine preſumptione: ſine comparatione alterius. Pura. id eſt cum recta intentione ⁊
cum propoſito non recidiuandi. Fidelis. id eſt vera non ſimulata. Frequens. id eſt ſepe fiat confeſſio
Nuda. id eſt ſine inuolutione verborum, ita ꝙ obſcure non dicat peccata ſua. Diſcreta vt maiora
peccata dicat maiori pondere diſcernendo inter peccata ⁊ circunſtantias. Libens. id eſt ſpontanea
voluntate. Uerecundia. id eſt erubeſcendo de peccatis commiſſis ⁊ non iactando de bonis per eum
operatis. Integra. id eſt ꝙ nihil celet q: aliter valet confeſſio: vt viſum fuit ſuperius. Secreta.
ſcilicet ꝗtum ad forum ꝯſcientie vbi de occultis cōſcientia agit: q: ſm mag. di. xvij. iiij. Sicut publi
ca noxa publico eget remedio ita occulta ſecreta cōfeſſione ⁊ occulta ſatiſfactione purgatur. Lacri
mabilis ꝗtum ad dolorem de peccatis commiſſis. Accelerata. ſ. vt ſtatim confiteatur poſt mortale
peccatum. tum ꝑpter recuperandam gratiam quam amiſerat. tum ꝑpter periculum mortis cuius
hora eſt incerta. Fortis ſcilicet vt propter erubeſcentiam peccata confiteri nō dimittat. Accuſans ſe
ipm ⁊ nō alium ſe excuſando. Et ſic parere parata: q: in omnibus confitens debet ſuo confeſſori ꝗ
tum ad ea que ſunt in foro cōſcientie obedire: ⁊ ſi ſentiat ſe debilem ad peragendam penitentiā quam
ſibi iniūgit ſuus confeſſor debz ei dicere vt eam cōmutet in aliam ⁊c. ¶ Ad hoc concordat mag. xvi.
diſt. iiij. di. Ponat ſe omnino confitens in iudicio ⁊ poteſtate ſacerdoti nihil ſui reſeruans ſibi vt om
nia eo iubente paratus ſit facere pro recipienda vita anime que faceret pro euitanda corpis morte.
Et hoc cum deſiderio: quia recuperat vitam infinitam. Cum gaudio enim facere debet immortalis
futurus: que faceret pro differenda morte moriturus. Augu. ¶ Queritur vtrum ſine penitentia pec
cator poſſit conſequi remiſſionem ⁊ videtur ꝙ ſic per glo. ſuper illud. Luce. vij. Dimiſſa ſunt ei pecca
ta multa: vbi dicitur ꝙ abundantia charitatis rubiginem peccatorum in ea conſumpſit: ſed aliquis
poſſet conuerti in deum ardenter per charitatem ſine hoc ꝙ conuertatur ad peccata preterita ꝑ pe
nitentiam: ergo ſine penitentia poteſt quis ſalutē conſequi ⁊ remiſſionem peccatorū. Scđo ſic: ſicut
ſe habet auerſio a deo ad dānationem: ita cōuerſio ad deum ad ſalutem: ſed auerſio a deo ſine omni
delectatione pōt eſſe cauſa dānationis. ergo conuerſio ad deum ſine omni dolore penitētie pōt eſſe
cauſa ſalutis ergo. Tertio ſic motus fidei qui precedit penitentiā poſſet intātum intendi ꝙ ſufficien
ter diſponeret ad gratiam habendam: ſed gratia ſufficit ad ſalutem etiā ſine operibus ergo ſine ope
re penitentie peccator poſſet ſalutem conſequi. Quarto ſic in vltimo inſtanti vite poſſet infundi gra
tia: ſed poſt vltimū inſtans non remanet aliquod inſtans vite preſentis in quo penitentia poſſet eſſe
fructifera. ergo ſine omni actu penitentie poteſt homo cōſequi ſalutem per gratiā. ¶ In oppoſitum
arguitur per Augu. in libro de penitentia dicens. Nemo ſue voluntatis arbiter conſtitutus pōt in
choare nouam vitā niſi eū peniteat veteris vite: ſed nullus poteſt conſequi ſalutem niſi in nouitate
vite inueniatur. ergo ſine penitentia nullus vitam nouam conſequi poteſt. Item ſicut baptiſmus ordi
natur contra originale peccatū: ita penitentia contra actuale: ſed nemo poteſt ab originali mundari
niſi per baptiſmum ſuſceptum actu vl' propoſito: ergo nec ab actuali niſi per penitētiam. Solutio di
cendum eſt ꝙ manente cauſa manet effectus. Cauſa autem quare aliquis priuatur gratia per pecca
tum eſt inequalitas peccatoris qua deum offendit. vnde quouſq; illa inequalitas ad equalitatem re
ducatur nō poteſt priuatio ceſſare: hoc enim facit penitentia per ſuū actum: vnde ſine actu peniten
tie peccatori ſalus eſſe nō poteſt. ¶ Tunc ad primā rationem dicendū eſt ꝙ ſicut inter homines non
reſtituitur amicitia poſt offenſam niſi per aliquem dolorem de offenſa ita nec charitas poſt peccatū
niſi ꝑ penitentiā. ¶ Ad ſecundum dicendū eſt ꝙ in auerſione a deo ſemper eſt cōuerſio ad bonum cō
mutabile: ⁊ ita ꝗuis nō habeat delectationem ſenſualem: ſemꝑ tamē habet quandā placentiam vo
luntatis. Et ſimiliter oportet ꝙ cōuerſioni ad deum cōiungatur diſplicentia ⁊ hec dolor penitētie di
citur. ¶ Ad tertiam rōnem dicendum eſt ꝙ motus fidei nunꝙ poteſt intātum intendi ꝙ gratie con
tinuetur niſi gratia mediante. ¶ Ad quartam dicendum eſt ꝙ nō eſt dare vltimum inſtans vite quia
ſm Ariſto. in. viij. phiſico. Non eſt dare vltimū inſtans rei permanentis: ſed eſt accipe primū inſtans
mortis al's inter vltimū inſtās vite ⁊ primū inſtans mortis cū ſint aliud ⁊ aliud inſtās eēt tēps mediū
⁊c. Alio modo reſpondetur dicendo ꝙ ſuppoſito ꝙ ſit dare vltimum inſtans vite tunc in illo eodem
inſtanti ⁊ gratia infundetur ⁊ motum penitētie huius habebit: ⁊ talis penitentia ſufficit ad ſalutē ſm
Aug. in libro de eccleſiaſticis dogmatibus hec queſtio ſm beatū Thomā eſt ſuper. xiiij. di. iiij. ſentē.
¶ Queritur vnde penitentia habet originē. dicit enī mag. ſen. xiiij. di. iiij. ꝙ penitentia virtus timore
concipitur. Solu. Origo penitētie virtutis efficatiua deus eſt: ſed origo diſpoſitiua eſt a nobis. q: ſm
Auguſtinū. Qui creauit nos ſine nobis nō iuſtificabit nos ſine nobis. Diſpoſitus aūt homo ordine
procedit ꝑmo neceſſario eſt dei bonitatem ⁊ iuſticiam cognoſcere cui diſplicet omne malum ⁊ nullo

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

modo relinquit inpunitum. Item ſe aliquid feciſſe quod ſue diſpliceat voluntati ⁊ ex hoc cognoſcit
homo ex diuina ſentētia ſe obligatū ad penam. Scḋo neceſſario eſt dei miſericordiā cognoſcere qui
paratus eſt omni dolenti de culpa remittere ⁊ indulgere. Ex prima cōtritione gn̄atur timor. Ex ſcḋa
ſpēs remiſſionis ⁊ ex hijs volūtas ſatiſfaciendi ⁊ ſi incipiat facere qḋ in ſe eſt diſpoſitus eſt talis ad iu
ſtificationē ſm̄ Bona. ¶ Querit̄ quare penitētia iteratur ⁊ nō baptiſmus. So. triplex ē ratio: prima
q: in baptiſmo imprimit̄ caracter qui eſt indelebilis in penitētia vero nō. Scḋa q: baptiſmꝰ eſt cōtra
morbū non iterabilē: ſcʒ contra pctm̄ originale: penitētia vero cōtra morbū iterabilem. Tertia ratio
eſt: q: baptiſmus hʒ totam efficaciā ſuam a paſſione xp̄i: ſʒ penitētia non hʒ totā efficaciaʒ ſuā a paſſi
one: ſʒ etiā ab actu noſtro: ideo baptiſmꝰ non iterat̄ ſicut nec paſſio: penitē tia vero iteratur ſicut ⁊ vo
luntas noſtra variat̄ ſm̄ bonauē. ¶ Queritur vtrū ſufficiat ſola contritio ſine tanta ſolēnitare que di
cta ē ⁊ videtur ꝙ ſic. ꝑ p̄s. di. Sacrificiū deo ſpūs cōtribulatꝰ: ⁊ alibi. Dixi cōfitebor aduerſuʒ me iniu
ſticiā meā. Item eze. xviij. ⁊ xxxiij. Quacūqʒ hora ingemuerit peccator ⁊ cōuerſus fue rit vita viuet et
non morieẗ ibi nō dixit ore confeſſus fuerit. Item dn̄s luce. xvij. Precepit leproſis ꝙ oſtēderent ſe ſa
cerdotibꝰ qui anteq̄ irent mūdati ſunt. Item Iohā. xi. habet̄ ꝙ lazarus non priꝰ de monumento eſt
eductus ⁊ poſt a domino ſuſcitatꝰ ſed intꝰ ſuſcitatus ꝓdijt foras viuꝰ vt oſtēderetur ſuſcitationē ani
me p̄cedere cōfeſſionem. His auctoritatibꝰ ⁊ ſimilibus ꝓbat̄ ꝙ ſola contritione pctm̄ dimittit̄. ¶ In
oppoſitum arguitur ſic auctoritate domini ꝑ Yſaie. xliij. narra ſi habes iniq̄tates vt iuſtificeris dictu
iniq̄tates tuas vt iuſtificeris. Itē dicit ābro. in libro de paradiſo. Nō poteſt quiſq̄ iuſtificari a pecca
to niſi fuerit pctm̄ ante cōfeſſus. Itē Iohā. criſaſtomꝰ in ſermone quadrageſime. Non pōt quiſq̄ gra
tiam dei aſſumere niſi purgatꝰ fuerit ab omni pctō per baptiſmū ⁊ ꝑ penitētie cōfeſſioneʒ. Breuiter
dicēdum eſt ad iſtud dubiū qḋ tractat magi. xvi. di. iiij. ſen. ꝙ ſicut p̄cepta eſt nobis interior penitētia
ita ⁊ oris confeſſio ⁊ exterior ſatiſfactio ſi adeſt facultas: per determiationem doctoꝝ ſuꝑ predictam
diſti. iiij. ⁊ pˀca. quē penitet de pe. di. i. cumꝰ capituli. penitet. Textꝰ eſt talis in effectu pro preſenti cōcor
dia quē penitet omnino peniteat ⁊ dolorē lacrimis oſtēdat repreſentet deo vitā ſuam ꝑ ſacerdotem
preueniat iudiciū dei ꝑ confeſſionē. ⁊ ideʒ textꝰ habet̄. xvij. di. iiij. ſen. Ergo apparet euidēter ꝙ in ha
bētibus poſſibilitatē confitēdi ſola contrictio nō ſit ſufficiēs. Unde aug. in libro de penitētia ad agē
dum penitētiam nō ſufficit mores in melius cōmitare ⁊ a malefactis recedere niſi ⁊ de hijs que facta
ſunt ſatiſfaciat domino ꝑ penitētie dolorem: per humilitatis gemitū: per contriti cordis ſacrificiū co
operātibus elemoſynis: ⁊ hoc intelligit̄ precipue in mortalibꝰ. Eſt etiā penitētia bonoꝝ ⁊ humiliū fi
deliū pena quotidiana in qua pectora tondimꝰ dicēdo dimitte nobis ⁊c. vbi non ea q̄ dimiſſa ſunt no
bis in baptiſmo volumꝰ nobis dimitti: ſed illa vtiq̄ʒ que humane fragilitati q̄uis parua crebra tamē
ſubripiūt que ſi collecta cōtra nos fuerint ita grauabūt ⁊ opprimēt ſicut vnū grāde pctm̄. de pe. diſt. i.
carmedicina. §. eſt etiā penitētia: ⁊ ꝑ mag. xvi. di. iiij. ſen. Si quis eñ contēnit venalia ꝓpter contem
ptum eoꝝ conſtituitur dignꝰ morte eterna in glo. illius. §. eſt etiā penitētia allegati. ff. de pactis. l. ſi
plures. §. cui nullū vbi dicitur ꝙ iudicādum eſt de pluribꝰ minutis vt de vno graui delicto cui mino
ra coaceruata equātur. ¶ Queritur vtrū poſſibile ſit in dolorem contritionis cadere exceſſum. Solu
tio dicēdum eſt ꝙ non q̄tum ad diſplicētiam rōnis q̄tum vero ad paſſionē redūdātem in ſenſualita
tem ſi quis aduertat tm̄ dolorē humanā infirmitatē non poſſe ſufferre dʒ tēperare ꝑ affectionē gau
dij vel cōſolationem ſpei Bonanētura. ¶ Queritur vtrū intētius oporteat conteri de vno peccato q̄
de alio. Sol. Contritio prout eſt deletio culpe ſic operatur in iuſtificatione impij in inſtāti et ſic actu
non hʒ ordinē intētio pctōꝝ: ſed ſm̄ habitū q: dolor ille habitualiter diſponit ad deteſtādum maluʒ ⁊
magis deteſtādum maius malū. ¶ Ut reminiſcaris hoc ordine confitearis. Iſta littera vſq̄ʒ ad illam
confeſſor blādus: tria oſtēdit primo docet modū ⁊ ſeriem confitēdi: ſcḋo inſinuat circūſtātias aggra
uantes peccata debere notari. tertio explicat illas circūſtantias aggrauātes. prima in principio. ſecū
da ibi res circūſtātes. tertia ibi iſta grauāt viciū. ¶ Quātuʒ ad primū dicit actor ꝙ confitēs dʒ primo
confiteri de peccatis mortalibꝰ ꝓpter eoꝝ ponderoſitatem ⁊ de eorū ſpēbus ⁊ ramis ⁊c. de peccatis
in ſpiritūſanctum. deinde. de decē preceptis legis violatis. Deinde de ſeptē ſacramētis male ꝑceptis
Deinde dʒ confiteri de negligētia in acquirēdo virtutes ⁊ de amiſſione acquiſitarū. Unde magi. xvi.
diſti. iiij. ſen. defleat virtutē qua interim caruit. Nā dolēdū eſt nō ſolū: q: peccauit: ſʒ q: ſe virtute priua
uit. Ingratus eñ extitit qui plenus virtutibꝰ deū omnino non timuit: q: omnis virtus patitur detri
mentū in vno vicio ſm̄ eūdem mag. loco p̄allegato. Deinde dʒ confiteri de ſeptē opibꝰ miſericordie
ſpūalibus que habētur in iſto metro. Conſule: caſtiga: doce: ſolare: remitte: fer ora. Item de ſeptē opi
bus miſericordie corporalibꝰ que habētur in verſu ſequēte. Uiſito poto cibo redimo tego colligo cō

do. Deinde de articulis fidei. Deinde de quinq̄ʒ ſenſibus exterioribus qui vſualiter debent primo cō
fiteri: q: ſunt feneſtre per quas mors intrauit aīam. vnde Hiere. ix. Aſcendit mors per feneſtras no
ſtras ⁊c. de iſtis quinq̄ʒ ſenſibus exterioribus ſiue particularibus eſt textus inferius vbi deo diſpō
nente tractabo de ipſis. Item debet homo cōfiteri de omnibus in quibus potuit offendiſſe ſuū crea
torem: dictis: factis: conſenſu: cogitatione: omiſſione ⁊c. videat que voluerit cōfeſſionem. ¶ Quantū
ad ſcḋam partem que eſt ibi res circunſtantes ⁊c. eſt notandum ꝙ vt habetur in ſacramento: ⁊ in lit
tera act. circumſtantie aggrauantes peccata nō ſunt omittende quin confiteant̄: ⁊ maxime circūſtan
tie que trahunt peccatum in aliam ſpeciē. ¶ Quantū ad tertiam partē que eſt ibi. Iſta grauant vici
um: dignus ſtatus actor noſter explicat circūſtantias aggrauantes. d. ꝙ ſunt ille de quibus in litte
ra breuius aſſignant̄ nobis in ſacramēto ſub iſtis verbis. Quis quid vbi quibus cur quomodo quo
tiens quando. Quis importat circunſtantiaʒ cōditionis ꝑſone. ſ. vtrum ſit iuuenis ſenex clericus vl̕
laycus: ſolutus vl̕ ligatus: q: ſic aggrauat̄ peccatum: ⁊ trahitur in aliam ſpēm: vt ſi ꝑcuſſerit clericuʒ
⁊c. vl̕ cognouerit cōiugatam: religioſam: cōmatrem: filia ⁊c. Quid importat circūſtantiam que eſt ef
fectꝰ actus: ſicut qui plꝰ cōmittit maius dānuʒ infert ⁊ maiori reſtitutiōe tenetur: q: nō ſufficit dicere
cepi rem alienā immo oportet dicere q̄titatem ⁊ quid. ſ. aurum argentū ⁊ vtrum ſit occultū aut ma
nifeſtum: vbi importat circunſtātiam loci vt ſi peccatum fuerit in loco ſacro: in loco publico: vel pri
uato ⁊c. Quibus auxilijs ſeu per quos. ſ. inſtrumentis: vt ſi ꝑcuſſerit manu baculo: gladio medianti
bus alijs perſonis quibus malū exemplum dedit ⁊c. Cur. i. qua intentione fecit an animo rapiandi
vel furandi vel animo vindicandi ⁊c. Quomodo importat modum ⁊ qualitatem actus: vt ſi percuſ
ſerit leuiter vl̕ fortiter vl̕ motu proprio diu deliberato vel indeliberato: vl̕ alterius inſtigatione pul
ſus ⁊c. Quando importat tēpus. ſ. vt ſi in diebus dn̄icis feſtiuis in quadrageſima in tēpore ſacro. ſ.
in quattuor temporibus ⁊c. vnde Beda ſuper illud Math. iij. Facite dignos fructus penitētie ſm̄
enim qualitatem ⁊ q̄titatem culpe ſit q̄titas ⁊ qualitas pene. Non enim par debet eſſe fructus bo
ni operis eius qui vel minus peccauit ⁊ eius qui grauius cecidit. ideo diſcretio penitēti valde neceſ
ſaria eſt: vt illa gerat que Aug. in libro de penitentia tradit dicens. Conſideret qualitatem criminis
in loco: in tempore: in ꝑſeuerantia: in varietate perſone: ⁊ quali hoc fecerit temptatione ⁊ in ipſius
vicij multiplici executione. Oportet enim penitere fornicantem ſm̄ excellentiam ſui ſtatus vel offi
cij vel ſm̄ modum meretricis ⁊ in modo operis ſui: ⁊ qualiter egit turpitudinem ſuam: ſi in loco ſa
cro: ſi in tempore orationi conſtituto: vt ſunt feſtiuitates ſanctorum ⁊ tempora ieiunij. Conſideret q̄
tum perſeuerauerit ⁊ defleat quod perſeueranter peccauit: quia perſeuerantia aggrauat. extra de
ſymonijs. ca. non ſatis: ⁊ quanta virtus fuerit in impugnatione: hoc recitat magiſter. xvi. di. iiij. ſentē
tiarum. ad cōfirmandū ꝙ circunſtantie peccatorum aggrauātes non ſint omittende quin cōfiteant̄
⁊ niſi penitens ſciat exprimere confeſſor debet eum interrogare. Non enim ſufficit penitenti dicere
ꝙ fornicatus fuerit in genere: immo oportet deſcendere ad ſpecialia. ſ. cum moniali: cum cōſangui
nea: cum virgine. cum cōiugata ⁊c. Et ſimiliter mulier ſi fuerit fornicata cum religioſis: ſacerdotibꝰ:
coniugatis. De iſtis circunſtantijs habetur de peni. di. i. c. pene. §. in huius rei conſideratione. ⁊ eo
dem titulo diſti. v. c. conſideret. extra de homici. c. ſicut dignum. ⁊ per magiſtrum loco preallegato.
⁊ beatum Auguſti. ⁊c. Quotiens importat vices. id eſt ꝙ penitens dicat quot vicibus perpetrauit
tale peccatum ⁊c. ¶ Queritur circa illam litteram vtrum confeſſio ſit neceſſaria ad ſalutem. Et vide
tur primo ꝙ nō: quia ſacramentum penitentie ad remiſſionē culpe ordinatuʒ eſt: ſed culpa graue in
fuſione ſufficienter remitittur ergo ad penitentiam de peccato actuali non eſt neceſſaria confeſſio.
Item peccatum quod ex alio contractum eſt ex alio debet habere medicinam. ergo peccatum actu
ale quod ex proprio motu quilibet emiſit debet ex ſeipō tantū habere medicinam. Sed contra tale
peccatum ordinatur penitentia: ergo confeſſio non eſt neceſſaria. Item aliquibus eſt peccatum re
miſſum ſine hoc quod confeſſi legantur: ſicut patet de beato Petro: beato Paulo: Magdalena ⁊c.
Sed non eſt minoris efficacie gratia remittens peccatum nunc quā tunc ſint. ergo confeſſio non eſt
neceſſaria ad ſalutem. ¶ In oppoſitum eſt Boetius in libro de conſolatione dicens. Si operaʒ me
dicantis expectas oportet vt tuum vuluus detegas: ſed de neceſſitate ſalutis eſt ꝙ homo de pecca
tis medinam accipiat: ergo de neceſſitate ſalutis eſt ꝙ morbum per confeſſionem detegat. ¶ Pro
ſolutione iſtius dubij dicit beatus Thomas ſuper decimaſexta diſtinctione quarti ſententiarum ꝙ
paſſio chriſti ſine cuius virtute nec actuale nec originale peccatum dimittitur in nobis operatur per
ſacramentorum ſuſceptionem que ex ipā paſſione efficaciam habuerunt. ideo ad culpe remiſſio
nem ⁊ actualis ⁊ originalis requiritur ſacramentum eccleſie vel actu ſuſceptum: vel ſaltem vno quā

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

do articulus neceſſitatis non contemptus ſacramentum excludit:⁊ ideo ſicut baptiſmus quo deletur
originale eſt de neceſſitate:ita ⁊ penitentie ſacramentum eſt de neceſſitate ſalutis. Tunc ad rationes
ante oppoſitum. ¶ Ad primam dicendum eſt ꝙ gratie infuſio ſufficit ad culpe remiſſionem ſed poſt
culpam dimiſſam adhuc eſt peccator debitor pene tp̄alis:ſed ad gratie infuſionez conſequendaz ordi-
nata ſunt gratie ſacramenta ante quorum ſuſceptionem vel actu vel propoſito aliquis gratiam nō cō
ſequitur ſicut patet in baptiſmo:⁊ ſimiliter eſt dicendum ſuo modo de confeſſione. ¶ Ad ſecundam
dicendum eſt ꝙ peccatum quod ex altero contractum eſt ſcilicet originale poteſt omnino ab extrinſe
co remedium habere vt in paruulis patet:ſed peccatum actuale quod ex ſeipſo commiſit non poteſt
expiari niſi aliquomodo cooperetur ille qui peccauit. ¶ Ad tertiam dicendum ꝙ ſi non legatur eoruz
confeſſio potuit tamen fieri quoniam multa ſunt facta que non ſunt ſcripta. Et aliter chriſtus habet
poteſtatem excellentie in ſacramentis. Unde ſine hijs que ad ſacramentum pertinent poteſt rem ſa-
cramenti conferre ¶ Queritur vtrum confeſſio ſit de iure naturali ⁊ videtur ꝙ ſic. Naz adam ⁊ Caym
non tenebantur niſi ad precepta legis nature:ſed reprehenduntur ex hoc ꝙ peccatum ſuum non ſūt
ꝯfeſſi ergo. Ratio ſicut Job non tenebatur ſubdi niſi legi naturali:ſed ipſe peccata ſua cōfitebatur qd̄
patet in hoc quod ipſe de ſe dixit Job. xxxi. Si abſcondi quaſi homo peccatum meum ⁊ celaui in ſinu
meo iniquitatem meam. ergo In oppoſitum arguitur auctoritate. Yſaie. dicentis ꝙ eius naturale eſt
idem apud omnes:ſed confeſſio non eſt eadem apud omnes. ergo non eſt de iure naturali. Item con
feſſio ſit ei qui habet claues:ſed claues eccleſie non ſunt de inſtitutione iuris naturalis:ergo nec con
feſſio. Pro diſcutione iſtius queſtionis dicit ſanctus Thomas. xvij. diſtinctione quarti ꝙ ſacramenta
ſunt quedam proteſtationes fidei. Fides autem eſt ſuper dictamen rationis naturalis. vnde etiā ſa
cramenta ſunt ſupra rationis dictamen:⁊ quia ius naturale eſt quod non opinio genuit:ſed inata que
dam vis inſeruit:vt dicit Tullius:ideo ſacramenta non ſunt de iure naturali ſed de iure diuino quod
eſt ſupernaturale:licet etiam quandoq; naturale dicatur ſm̄ ꝙ cuilibet rei illud eſt naturale quod ei
a ſuo creatore imponitur. Tamen proprie naturalia dicuntur que ex principijs nature cauſantur. Su
pernaturalia autem dicuntur que ipſe deus ſibi reſeruat ſine nature miniſterio operanda ſicut in ope
rationibus miraculorum:ſiue in reuelationibus miniſteriorum:ſiue in inſtitutionibus ſacramentorꝫ
⁊ ſic confeſſio que ſacramentalem neceſſitatem habet non eſt de iure naturali:ſed diuino. Tunc ad ra
tiones ante oppoſitum. Et primo. ¶ Ad primam dicendum eſt ꝙ Adam reprehenditur de hoc ꝙ
peccatum ſuum correptum deo non recognouit. ⁊ talis confeſſio que ſit deo per recognitionem pec
cati eſt de iure naturali. Nunc autem loquitur de confeſſione que ſit homini que eſt de iure diuino.
Ad ſecundam dicendum eſt ꝙ Job loquitur de illa abſconſione peccati quā facit in iudicio deprehē-
ſus peccatum negando aut excuſando. vt in gloſa ibidem haberi poteſt. ¶ Queritur vtrum omnes te
neantur ad confeſſionem. ⁊ videtur primo ꝙ non:quia Hieronymus dicit ⁊ ita eſt per omnes docto-
res ꝙ penitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium:ſed aliqui poſt baptiſmum naufragium nō ſunt
paſſi. ergo eis non competit penitentia ⁊ ſic nec confeſſio que eſt pars penitentie vt viſum fuit ſupius
Secundo ſic. Aliquis eſt qui non habet peccata venialia:ſed de illis non tenetur homo confiteri. er-
go non omnes tenentur ad confeſſionem. In oppoſitum arguitur ſic. Confeſſio diuiditur contra con
tritionem ⁊ ſatiſfactionem:ſed omnes tenentur ad contritionem ⁊ ſatiſfactionem. ergo omnes tenen
tur ad confeſſionem. Pro ſolutione iſtius dubij dicit ſanctus Thomas diſtin. xvij. iiij. ꝙ ad cōfeſſionē
tenemur vno modo ex iure diuino:hoc ipſo ꝙ eſt medicina ⁊ ſm̄ hoc non omnes tenemur ad confeſ-
ſionem:ſed illi tantum qui peccatum mortale commiſerunt poſt baptiſmum. Alio modo tenemur ex
precepto iuris poſitiui ⁊ ſic quilibet poſtꝙ̄ ad annos diſcretionis peruenerit ſaltem ſemel in anno cō-
fiteatur omnia peccata ſua ⁊ ſuſcipiat reuerenter in paſcha eucariſtie ſacramentum niſi forte de con-
ſilio ſui ſacerdotis ob aliquam cauſam rationabilem ad tempus ab eius perceptione abſtineat. Alio
quin ⁊ viuens ab ingreſſu eccleſie arceatur ⁊ mortuus chriſtiana careat ſepultura. de pe. ⁊ re. ca. oīs
vtriuſq; ſexus. Et ex inſtitutione eccleſie edicta in conſilio generali ſub Innocen. iij. Tum vt quilibet
ſe peccatorem recognoſcat:quia omnes ſumus peccatores ⁊ egemus gratia dei. tum vt cum maiori re
uerentia ad eucariſtiam vnuſquiſque accedat. tum vt eorum rectoribus ſui ſubditi innoteſcant. De
quorum animabus reddituri ſunt rationem. ad Heb. vlti. glo. ſuper illud dum ad annos diſcretionis
peruenerint. i. dum fuerint doli capaces. Et dicuntur doli capaces quando interrogati dāt ordinatas
reſponſiones. Tunc ad rationes. Ad primam dicendum eſt ꝙ̄uis homo in hac mortali vita poſt bap-
tiſmum naufragium quod eſt peccatum mortale poſſit euadere non tamen poteſt euadere venialia q̄
bus naufragium diſponitur contra que etiam penitentia ordinatur. ¶ Ad ſecundam dicendum eſt ꝙ

ex vi ſacramenti non tenetur aliquis venialia confiteri ſed ex inſtitutione eccleſie quando non habet
que confiteatur. vel poteſt aliomodo dici ꝙ ex predicta decretali non obligant̄ niſi illi qui habent pec
cata mortalia. ¶ Queritur vtrum poſſit diſpenſari cum aliquo ꝙ non confiteatur homini. ⁊ videtur ꝙ
ſic:quia precepta que ſunt de iure poſitiuo ſubiacent diſpenſationi prelatorum eccleſie. ſed confeſſio ē
huiuſmodi ergo poteſt diſpenſari cum aliquo ꝙ non confiteatur homini. Secundo ſic illud quod ab
homine inſtitutum eſt poteſt etiam ab homine diſpenſationem recipere:ſed confeſſio non legitur a
deo inſtituta ſed ab homine. Jaco. v. Confitemini alterutrum peccata veſtra. papa autem habꝫ pote
ſtatem diſpenſandi in hijs que per apoſtolos inſtituta ſunt. Sicut patet de bigamis ar. l. di. quicunq;
penitens. xxxiiij. di. lector ergo poteſt cum aliquo diſpenſari nec confiteatur. In oppoſituz arguit̄ ſic
Penitentia cuius pars eſt confeſſio eſt ſacramentum neceſſitatis ſicut ⁊ baptiſmus ſed in baptiſmo
nullus diſpenſare poteſt. ergo nec in confeſſione. ¶ Pro ſolutione iſtius queſtionis eſt notandum ſm̄
beatum Thomam. xvij. diſtin. i ij. ꝙ miniſtri eccleſie inſtituuntur in eccleſia diuinitus fundata:⁊ ideo
inſtitutio eccleſie preſupponitur ad operationem miniſtrorum ſicut opus creationis preſupponitur
ad opus nature ⁊ quia eccleſia in fide ⁊ ſacramentis conſiſtit:ideo ad miniſtros eccleſie nec nouos ar
ticulos fidei edere ante editos remouere aut noua ſacramenta inſtituere aut inſtituta remouere per-
tinet:ſed hoc eſt poteſtatis excellentie que ſoli debetur chriſto qui eſt eccleſie fundamentum ⁊ ideo ſi
cut papa non poteſt diſpenſare vt aliquis ſine baptiſmo ſaluetur: ita nec ꝙ ſaluetur ſine confeſſione.
Cui videtur concordare illud quod habetur vigeſimaquinta queſtione prima capitulo. Sunt quidaz
cuius textus ſeq̄tur ſunt quidā dicētes romano pontifici ſemꝑ licuiſſe nouas condere leges:quod et
nos non ſolum negamus ſed etiam nullo modo affirmamus. Sed ſciendum vero eſt ſummopere:
q: inde nouas leges poteſt papa condere vbi euangeliſte aliq̄d nequaquā dixerunt. vbi vero aperte
dominus vel eius apoſtoli et eos ſequētes ſancti patres ſententialiter aliquid diffinierunt ibi nouam
legem poteſt romanus pontifex dare:ſed potius quod predicatum eſt vſq; ad animam ⁊ ſanguinem
vſq; ad animam et ſanguinem confirmare debet. Si enim quo docuerunt dominus apoſtoli ⁊ ꝓ-
phete deſtruere niterentur quod abſit non ſententiare:ſed magis errare conuincerentur:ſed hoc pro
cul ſit ad eis qui ſemper dei eccleſiam luporum contra inſidias optime cuſtodiunt. Et in gloſa dicitur
papa non poteſt diſpenſare contra dominum vel apoſtolum. ¶ Tunc ad rationes ante oppo-
ſitum. Et primo. ¶ Ad primam dicendum eſt ꝙ precepta iuris diuini non minus obligant ꝙ̄ pre-
cepta iuris naturalis. vnde ſicut non poteſt diſpenſari in iure naturali:ita nec in iure diuino ſeu poſiti
uo. ¶ Ad ſcd̄am dicendū eſt ꝙ preceptū de confeſſione non eſt ab homine puro inſtitutū ꝙ̄uis ſit a
Jac. promulgatū:ſed a deo inſtitutionem habuit ꝙ̄uis expreſſa inſtitutio eius non legatur:tamen q̄-
daz prefiguratio ipſius inuenitur Mathei. iij. In hoc ꝙ Johāni confitebātur peccata qui baptiſmo
ipſius ad gratiam preparabantur. Et in hoc etiam quod dominus ſacerdotibus leproſos tranſmiſit
qui ꝙ̄uis non eſſent noui teſtamenti ſacerdotes tamen in eis noui teſtamenti ſacerdotium figuraba
tur. Et quando arguitur ſic de bigamis ⁊c. dicendum eſt ꝙ papa poteſt diſpenſare in hijs que non
ſpecant ad articulos fidei. ſed in hijs que ſpectant ad articulos fidei non. Item contra vniuerſalem
ſtatum eccleſie diſpenſare non poteſt. xxiiij. q. prima. capitulo memor ſum. Item papa non poteſt di
ſpenſare contra quattuor conſilia:ita ꝙ audeat ea reprobare:ſed tamen poteſt diſpenſare contra ali-
qua ſtatuta quattuor conſiliorum ſicut fecit Innoc. in latranenſi conſilio generali extra de affi. ⁊ cō-
ſangui. c. non debet. Item papa non poteſt diſpenſare cum monacho ꝙ habeat proprium ipſo ſtante
monacho:ſed poteſt facere de monacho non monachum. Alij tamen dicunt ꝙ papa poteſt diſpenſa
re de plenitudine poteſtatis:quia poteſt auferre rei ſubſiſtentiam. ar. C. de rei vxo. ac. l. vna in princi-
pio:ſed ego credo ꝙ contra votuz caſtitatis papa diſpenſare non poſſit:quia nullū inuenitur eque bo
nuz in quod poſſit fieri cōmutatio:quia nihil eſt melius continentia:quia virginitas replet paradiſuz
xxij. q. ij c. nuptie. ⁊ caſtitas ſola eſt que cū fiducia poteſt deo animas preſentare in auctē. de leonib⁹
§. ſanctiſſimus. colla. tertia. Tamen de conſanguinitate et affinitate poteſt diſpenſare de plenitu
dine poteſtatis:ſed tamen non expedidit vt in capitu. litteras de reſti. ſpo. vbi etiam dicitur in glo. ꝙ
papa non poteſt diſpenſare vt quis habeat plures vxores ſimul. de tranſac. capitulo vltimo: nec po-
teſt diſpenſare in his que in ſui natura ſunt mala: vt ſcilicet ſine peccato quis poſſet adulterari de
iureiurando:⁊ ſi chriſtus. ¶ Confeſſor blandus ⁊c. Iſta littera vſq; ad illam partem. Contra pec-
cata docet conditiones quas debet habere confeſſor dicens ꝙ confeſſor debet habere conditiones
que ſunt in littera. Unde metrificator. Confeſſor dulcis affabilis atq; ſuauis prudens di-
ſcretus mitis pius atq; benignus. Primo blanditur monet et poſtea terret. Quarto ſolatur

quinto demonſtrat agenda. Sit piger ad penas: ſit velox ad miſerandum. Et doleat quotiens facit illum culpa fetentem. Contra naturam culpam non exprimat vllam. Ne ſuper enormi ſimplex ſic conuematur. De quo nil ſciunt ad agendum ſic ineatur. Vxor adulterij rea cōfeſſore perito. Sic luat admiſſuz ne ſit ſuſpecta marito. Sepe ſibi moneat confeſſor ne recidiuet ſiue relabatur confeſtim confiteatur. Poſtea ſit tacitus vt celet crimen alius. Sacerdos quando audit confeſſionem cum pio affectu ⁊ benigno vultu non execrando nec ſpernendo ſed ſupportando ⁊ attrahendo debet penitentem audire. xvi. q. vij. c. penitentem vbi dicitur ꝙ penitens ex corde ita debet ſuſcipi ſicut chriſtus fecit dicēs Congratulamini mihi quia inueni ouem meam que perierat. Luce. xv. ⁊ de peni. ⁊ re. capitulo omnis vtriuſqꝫ ſexus. habetur ꝙ confeſſor debet eſſe cautus in inquirendo. diſcretus in conſulendo. miſericors in penitentiam imponendo. Item ſacerdos cui omne offertur peccatum anteꝙ̄ ſtatuatur omīs languor in nullo eorum peccatorum ſupple ſit iudicandus que in alio iudicare promptus eſt. Auguſtinus iudicans enim alium qui eſt. iudicandus condemnat ſeipſum: cognoſcat igitur ſe ⁊ purget in ſe quod alios videt offendere: caueat vt a ſe proiecerit quicquid in aliquo damnoſum id eſt dannatione dignum reperierit. de pe. di. vi. c. ſacerdos. ⁊ per magi. xix. diſtin. iiij. Adnimaduertat ſacerdos illud Johannis octauo. Qui ſine peccato eſt primus in eam lapidem mittat. ideo enim chriſtus liberauit pecctricem quia non erat qui iuſte proijceret lapidem. quomodo enim lapidaret qui ſeipſum lapidandum cognoſceret. Caueat ſpiritualis iudex ſicut non commiſit crimen nequitie ita non careat munere ſcientie oportet enī ꝙ ſciat cognoſcere quicquid debet iudicare ſit diligens inquiſitor ſubtilis inueſtigator. Sapienter ⁊ aſtute interroget a peccatore quod forſitan ignorat vel verecundia velit occultare cognito vero crimine varietates eius non dubitet interrogare locum tempus ⁊c̄. ſicut viſuz fuit Tamē caute inquirat in ſpeciebus peccati carnis ⁊c̄. Quibus cognitis aſſit beniuolus paratus erigere ſecum onus portare habeat dulcedinem in afflictione diſcretionem inꝰ varietate circunſtantiarum ſupple doceat perſeuerantiam in bono ⁊c̄. c. ſacerdos allegato. ⁊ per magiſtrum diſtin. preallegata.
Item caueat ſacerdos ne peccata penitentium alijs prodat alio quin deponatur per magiſtrum. xxi. diſtin. iiij. Vnde Gregorius. Sacerdos ante omnia caueat ne de hijs que ei confitentur peccata alicui recitet non ꝓpinquis non extraneis nec quod abſit pro aliquo ſcandalo. Nam ſi hoc fecerit deponatur ⁊ omnibus diebus vite ſue ignominioſus peregrinando pergat vel in monaſteriuz detrudatur ad penitentiam peragendam. Cui concordat decretum de peni. diſtin. vi. c. ſacerdos. ⁊ c. placuit: ⁊ extra de peni. ⁊ re. c. omnis vtriuſqꝫ ſexus. §. caueat. Confeſſio qua quis ſubijcitur ſacerdoti ſignum eſt interioris confeſſionis qua quis deo ſubijcitur deus autem peccatum illius qui ſe ſibi perꝰ penitentiā ſubijcit tegit par auguſtinum ſuper illum locum. ps. Quorum tecta ſunt peccata. tecta id eſt vt deus eternaliter non puniat: ⁊ per magiſtrum. xviij. diſtin. iiij. ſenten. quare oportet neceſſario ꝙ ſacerdes confeſſionem celet etiam per hoc homines magis ad confeſſionem attrahuntur ⁊ ſimplicius peccata confitentur. ideo ſit cautus confeſſor vt celet omnia que per peccatum confitentis poſſetꝰ deprehēdi ſiue reuelari: ⁊ idem ſm̄ Albertum in ſuo compendio. Sed ponatur ꝙ aliquis confeſſus fuerit ſacerdoti aliquod crimen ⁊ epiſcopus excommunicat omnes huius criminis ſcios niſi veritatem reuelauerint. ¶ Queritur an ſacerdos teneatur reuelare. videtur ꝙ non per capitulum ſacerdos allegatum ſuperius. capitulo argu. extra de offi. or. capi. ſi ſacerdos ⁊ extra de adult. capitulo. ſignificaſti. Breuiter dicendum eſt ad illud dubium ꝙ ſacerdos in ſecreto poteſt dicere epiſcopo vt quid prodeſſe poſſit ⁊ non obeſſe. xxij. q. v. capitulo. hoc videtur de illa materia. ij. q. i. capitulo ſi peccauerit. ⁊. ij. q. vij. pleriqꝫ: ⁊. xv. q. v. capitulo preſbyter ⁊c̄. ¶ Queritur cui ſit confeſſio facienda hoc eſt querere cui debet fieri confeſſio. Et videtur p̄mo ꝙ ſoli deo per illud ps. Dixi confitebor domino ⁊c̄. non dicit ſacerdoti ⁊ etiam remiſſum peccatum dicit ibi ⁊ tu remiſiſti ⁊c̄. Item Ambroſius ideo fleuit petrus: quia culpa obrepſit ei non inuenio ꝙ dixerit inuenio ꝙ fleuerit ⁊ per magi. xvij. di. iiij. lauāt lachryme delictū quod voce pudor eſt confiteri ⁊ pluribus alijs auctoritatibus de quibus dictum fuit in queſtione vtꝝ ſola contritio ſufficiat. Secundo probatur ꝙ confeſſio debeat fieri ſacerdoti ſic abſolutio penitentis propter quam ſit confeſſio non ſit niſi a ſacerdotibus quibus claues eccleſie commiſſe ſunt Johannis. xx. ⁊ Mathei. decimoſexto. Ergo confeſſio non poteſt fieri niſi ſacerdoti. ¶ Item ad idem cōfeſſio prefiguratur in lazari mortui ſuſcitatione: ſed dominus ſolis diſcipulis precepit vt lazarum ſoluerent. Johannis vndecimo. Ergo ſacerdotibus fienda eſt confeſſio. Item ad idem confeſſio ſacramētalis accuſatio eſt. ſed ſacramenti diſpenſatio ad illum tantum pertinet qui eſt ſacramēti miniſter huiuſmodi eſt ſacerdos. ergo nulli alij faciende eſt confeſſio. Item ad illud confeſſio in quolibet iudicio ad ſententiam ordinatur. ſed ſententia in foro contentioſo a non iudice lata nulla eſt de iudi. capitulo

ad ſententiam ordinatur: ſed ſententia in foro contentioſo a non iudice lata nulla eſt de iudi. capitulo at ſi clerici. Ideo nec facienda eſt confeſſio niſi iudici: ſed iudex in foro conſcientie nō eſt niſi ſacerdos qui habet poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi: ergo Item ad idez in baptiſmo quilibet baptizare poteſt in caſu neceſſitatis: nec decet a ſacerdote iterari baptiſmus: vt patet per magiſtrum di. vi. iiij. de cōſecratione di. de baptiſmis. Sed ſi quis confiteatur layco in caſu neceſſitatis iteruz tenetur ſacerdoti confiteri ſi articulum neceſſitatis euadat: ergo ſacerdoti competit confiteri ⁊ non alteri. Tertio probatur ꝙ confeſſio fieri valeat layco vel alteri a ſacerdote: quia ad confeſſionem non obligamur: niſi ex diuina inſtitutione: ſed diuina inſtitutio nobis proponitur Jacobi vltimo. Confitemini alterutrum peccata veſtra: alterutrum. id eſt mutuo: vbi non ſit mentio de ſacerdote: ergo non debet fieri ſacerdoti potius ꝙ̄ alteri. Item penitentia eſt ſacramentum neceſſitatis ſicut ⁊ baptiſmus: ſed in baptiſmo propter ſacramenti neceſſitatem: quilibet homo eſt miniſter: ergo ⁊ in penitentia.
¶ Item confeſſio ad hoc eſt neceſſaria vt taxetur penitenti ſatiſſactionis modus: ſed aliquis non ſacerdos diſcretus poſſet penitenti taxare ſatiſſactionis modum melius ꝙ̄ plures ſacerdotes: ergo non oportet ꝙ cōfeſſio fiat ſacerdoti. Pro diſcuſſione iſtius queſtionis dicit beatus Thomas ſuper xviij. iiij. ꝙ gratia que in ſacramentis datur a capite deſcendit in membra: et ideo ſolus ille eſt miniſter ſacramentorum in quibus gratia datur qui habet miniſterium ſuper corpus chriſti veruz quod ſolius eſt ſacerdotis qui conſecrare poteſt eucbariſtiam: et ideo cum in ſacramento penitentie gratia conferatur ſolus ſacerdos eſt miniſter huius ſacramenti: et ideo ſoli ſacerdoti facienda eſt confeſſio ſacramentalis: ⁊ huic concordat Albertus in ſuo compendio libro ſexto dicens: ꝙ confeſſio debet fieri ſacerdoti habenti claues que ſunt ſcientia diſcernendi ⁊ poteſtas ligandi. ¶ Tunc ad rationes probantes ꝙ confeſſio poſſit fieri alijs a ſacerdotibus reſpondeturꝰ per ordinem. Et primo ad primam quando dicebatur ꝙ ſufficit ſoli deo quicquid fuerit ante incarnationem. Dicendum eſt ꝙ citra non licet alteri confiteri ꝙ̄ ſacerdoti ſi aſſit facultas ⁊c̄. Vnde Auguſtinus in omelia penthecoſ. Judicet ſeipſum homo voluntate dum poteſt ⁊ veniat ad antiſtites per quos illi claues in eccleſia miniſtrantur a prepoſitis ſacramentorum accipiat ſatiſſactionis ſue modum in offerendo ſacrificium contribulati cordis deuotus ⁊ ſupplex. Recitatiue vero habetur per magiſtrum. xvij. diſt. iiij. Sed contra hoc arguitur ſic. Yſaye. xliij. habetur ego ſolus deleo iniquitates ⁊ peccata populi. Item Ambroſius. Ille ſolus dimittit peccata qui ſolus pro peccatis noſtris mortuus eſt. Itez Auguſtinus. Nemo tollit peccata niſi chriſtus qui eſt agnus tollens peccata mundi. Hijs auctoritatibus et pluribus alijs de quibus legitur in quarti ſententiarum diſtinctione. xviij. demonſtratur ſolum deum per ſe peccata dimittere. Solutio. Dicendum eſt breuiter ꝙ ſicut deus ſua gratia animā illuminat: ita ⁊ ſimul debitum eterne mortis relaxat per magiſtrum. xviij. diſtinctione quarta. Tunc enim deus penitentem ſoluit a debito pene eterne quando intus illuminat inſpiciendo veram cordis contritionem quod probatur per magiſtrum diſtinctione predicta ſic. Nemo vere de peccato cōpungitur habens cor contritum et humiliatum niſi in charitate: qui autem charitatem habet dignꝰ eſt vita. Nemo autem dignus eſt ſimul morte ⁊ vita. Igitur tunc ligatus debito eterne mortis. Filius autem ire eſſe deſijt ex quo diligere et penitere cepit. Non igitur poſtmodum per ſacerdotem cui confitetur ab ira eterna liberatur a qua iam liberatus eſt per dominum. Solus igitur deus hominem interius mundat a macula peccati: ⁊ a debito eterne pene ſoluit ſm̄ magiſtrum. xviij. diſtinctione quarta. Sed queritur circa hoc ſi peccatum a deo omnino dimiſſum eſt per cordis contritionem ex quo penitens votum habuit confitendi quid poſtea dimittatur ei a ſacerdote: quia vt dictū extitit ante confeſſionem ſacerdoti factam per cordis contritionem deus per ſeipſum ſine miniſterio ſacerdotis: ⁊ debitum pene eterne relaxat ⁊ animam interius purgat a contagione ⁊ fetore peccati: quid igitur dimittit ſacerdos aut quid mundat. queſtio magiſtri in principio. xviij. diſtinctione quarta. Solutio. Deus ſacerdotibus conceſſit poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi id eſt oſtendendi homines ligatos vel ſolutos. Huius figura habetur Leuitici. xiiij. vt viſum fuit ſuperius. Vnde dominus reſtituit prius leproſum ſanitati deinde ad ſacerdotes miſit quorum iudicio oſtenderetur mundatus: ita ⁊ lazarum iam viuificatum obtulit diſcipulis ſoluendum: quia et ſi aliquis apud deum ſit ſolutus. non tamen in facie eccleſie ſolutus habetur: niſi per iudicium ſacerdotis. Sacerdotes vero peccata dimittunt vel retinent dum dimiſſa a deo: vel retenta iudicant ⁊ oſtendunt. Aliꝰ modꝰ ligant ⁊ ſoluunt. Ligant enim ſacerdotes dum ſatiſſactionem penitentie confitentibus imponunt. Soluunt cum de ea aliquid dimittunt vel per eam purgatos ad ſacramentorum communionem admittunt. Et aliud modus ligant ⁊ ſoluunt qui per excommunicationem geritur dum aliquis ſm̄

Cū deꝰ omnino dimittat pctā qd ſacerdos dimittit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

canonicam diſciplinam vocatus. Tertio ad emendationem manifeſtati delicti ſatiſfacere vilipendēs ſententiam eccleſie a loco ipſius eccleſie ⁊ ſacramentorum communione: ⁊ fidelium conſortio preſcinditur vt erubeſcat ⁊ pudore ſtrictus conuerſus peniteat vt ſic ſpiritus eius ſaluus fiat. per magiſtrum decimaoctaua diſtinctione quarta. Ex his oſtenditur indubitanter oportere primo deo. deinde ſacerdoti offerre confeſſionem: nec aliter poſſe perueniri ad ingreſſum paradiſi ſi aſſit facultas ꝑ magiſtrū decimaſeptima diſtinctione quarta. ¶ Tunc ad rationes probantes confeſſionem poſſe fieri alijs a ſacerdote. Et primo ad primam quando arguitur ad confeſſionem non obligamur niſi ex diuina inſtitutione ⁊c. dicendum eſt ꝙ Ja. Loquitur ibidem ex preſuppoſitione diuine inſtitutionis quia diuinitus inſtitutio de confeſſione precefferat Leuitici. decimotertio ⁊ decimoquarto ⁊ per hoc ꝙ dedit eis poteſtatem remittendi peccata. Johannis vigeſimo. Quorum remiſeritis ⁊c. ¶ Ad ſecundam quando arguitur penitentia eſt ſacramentum neceſſitatis ſicut ⁊ baptiſmus. Dicendum eſt ꝙ baptiſmus magis ē ſacramentum neceſſitatis ꝙ̄ ſacramentū penitentie quo ad confeſſionem ⁊ abſolutionem quia baptiſmus pretermitti non poteſt ſine periculo ſalutis eterne: vt patet in pueris qui nondum habent vſum rationis. ſic non eſt omnino de confeſſione ⁊ abſolutione que tātum ad adultos pertinent in quibus contritio cum propoſito confitendi ⁊ deſiderio ſatiſfactionis ſufficit ad liberandum a morte eterna: vt dictum fuit ſuperius: ⁊ ideo non eſt ſimile de baptiſmo ⁊ confeſſione. ¶ Ad tertiam quando dicitur confeſſio ad hoc eſt neceſſaria vt taxetur penitenti ſatiſfactionis modus dicendū eſt ꝙ non ſoluz quantitas pene eſt attendenda in confeſſione que poteſt ab alio ꝙ̄ a ſacerdote taxari. vt arguit ratio ſed cum hoc requiritur virtus que eſt in diſpenſatore ſacramentorum: ideo ſolus ſacerdos ſecluſo caſu neceſſitatis eſt miniſter penitentie. id cui confeſſio debet fieri. Notanter dicitur ſecluſo caſu neceſſitatis: quia in tali caſu alij a ſacerdote poteſt fieri confeſſio: quia ſicut baptiſmus qui eſt ſacramentuz neceſſitatis habet duplicem miniſtrum. vnum cui ex officio baptizare incumbit ſcilicet ſacerdotem aliū cui diſpenſatio baptiſmi committitur ratione neceſſitatis per magiſtrum diſtinctione. vi. quarti ⁊ per doctorem ibidem. Jta in confeſſione in caſu neceſſitatis vbi non habetur copia ſacerdotis laycus vel alius a ſacerdote poteſt audire confeſſionem. Sed videtur ꝙ illa ſimilitudo non valet. quia baptizatus ab alio a ſacerdote non debet rebaptizari: vt habetur per magiſtrum ſexta diſtinctione quarti ſententiarum. Et tamen confeſſus alij a ſacerdote ſi euaſerit periculuz ſeu caſum neceſſitatis tenetur cōfiteri ſacerdoti quia laycus ſiue alius a ſacerdote non poteſt abſoluere ⁊c. Solutio. Dicendū ē ꝙ non eſt omnimoda ſimilitudo ſimiliter quoniam homo per ſacramenta non ſolum deo: ſed etiam eccleſie oportet ꝙ reconcilietur eccleſie autem reconſiliari non poteſt niſi ſanctificatio eccleſie ad eum perueniat in baptiſmo autem ſanctificatio eccleſie ad hominem peruenit per ipſum elemētum exterius adhibitum quod verbo vite ſanctificabitur ſm formam eccleſie: vt cum intentione a quocunqȝ. ⁊ ideo ex quo ſemel baptizatus eſt a quocunqȝ non oportet ꝙ iterum baptizetur. ſed in penitentia eccleſie ſanctificatio non peruenit ad hominem niſi per miniſtrum: quia non eſt ibi aliquod corporale: clementum exterius adhibitum quod ex ſanctificatione inuiſibilem gratiam conferat. Et ideo quamuis ille qui layco confeſſus in articulo neceſſitatis conſecutus ſit veniam a deo non tamen adhuc eſt eccleſie reconſiliatus vt ad ſacramentuz eccleſie admitti debeat niſi prius a ſacerdote abſoluatur: quia laycus non poteſt abſoluere ſicut ille qui baptiſmo flaminis baptizatus non admittitur ad eucharistiam ⁊ ideo oportet ꝙ iterum confiteatur ſacerdoti cum copiam habere potuerit: quia laycus non eſt iudex eius qui ei confitetur abſolute tamen ratione neceſſitatis accipit iudicium ſuper ſe ſm ꝙ confitens ex defectu ſacerdotis ſe ei ſubdit: ⁊ tenetur dictus laycus cui facta eſt confeſſio tenere ſecrete ⁊ ſub ſigillo confeſſionis dicere ſacerdoti ſm Laudulphum ſuper vigeſimamprimaz diſtinctionē quarti ſententiarum. Nota tamen ꝙ illud dictum dico tibi in confeſſione non includit ſigillum confeſſionis ſm Albertum in ſuo compendio quia non ſeruatur ibi forma confeſſionis ⁊c. Tamen aliqui voluerunt dicere ꝙ confeſſio facta layco ex defectu ſacerdotis eſt quodammodo ſacramentalis quamuis non ſit ſacramentum perfectum quia deeſt ei quod eſt ex parte miniſtri ſcilicet ſacerdotis. quoniam in ſacramento penitentie non ſolum eſt aliquid ex parte ſuſcipientis ſacramentum. ſcilicet contritio ⁊ confeſſio: ſed etiam eſt aliquid ex parte miniſtri ſcilicet abſolutio ⁊ ſatiſfactionis iniunctio: ⁊ vtrunqȝ debet concurrere ad plenitudinem ſacramenti quando poſſibile eſt vt tenet beatus Tho. xvij. di. iij. ſenten. Cum igitur per iam dicta confeſſio debeat fieri ſacerdoti. ¶ Queritur vtrum cuilibet ſacerdoti ⁊ videtur ꝙ ſic quia chriſtus poſt reſurrectionem dedit omnibus apoſtolis poteſtatem ſoluendi ⁊ ligandi dicens quorum remiſeritis peccata ⁊c. Johan. vigeſimo. Secundo ſic auctoritate Gregorij dicit apo

Sola contritio cum proposito confitendi et desiderio satisfactionis sufficit ad liberandum a morte eterna.

ſtolis moderatione ⁊ pietatis officio conſtitutum eſt ꝙ ſacerdotibus monachis apoſtolorum figuram tenētibus liceat predicare baptizare cōmunionem dare. pro peccatoribus orare. penitentiaz imponere atqȝ peccata ſoluere: ſed monachi non ſunt proprij ſacerdotes aliquorum cū non habeant curam animaruz: ergo cum confeſſio fiat propter abſolutionez ſufficit ꝙ fiat cuicunqȝ ſacerdoti. Tertio ſic. ſicut ſacerdos eſt miniſter huius ſacramenti: ita ⁊ eucariſtie: ſed hoc quilibet ſacerdos poteſt conficere: ergo quilibet poteſt ſacramentum penitentie miniſtrare. Quarto ſic. illud ad quod determinate tenemur non eſt de noſtra electione conſtitutum vt patet per Auguſt. xvij diſtin. iiij. ſentē. di. Qui vult confiteri peccata vt inueniat gratiam querat ſacerdotem qui ſciat li. ⁊ ſol. ergo videtur ꝙ non ſit neceſſarium ꝙ proprio ſacerdoti: ſed ſolum ſufficientiori quem inuenire poterit. ¶ Quinto ſic. illud quod inſtitutum eſt per charitatem contra charitatem non militat vt dicit Ber. ſed confeſſio que per charitatem inſtituta eſt contra charitatem militaret ſi homo ad confitendum vni ſacerdoti eſſet obligatus vt puta ſi peccato ſciret ſuuz ſacerdotem fore hereticum aut ſollicitatorem ad malum aut fragilem quo ad peccatum quod quis ei confitetur vel ſi ſit reuelator confeſſionis vel ſi peccatum ſit commiſſum contra ipſum de quo quis confiteri debet: ergo videtur ꝙ non ſemper oportet confiteri proprio ſacerdoti. Sexto ſic. in eo quod eſt neceſſarium ad ſalutem non ſunt homines artandi ne impediantur a via ſalutis: ſed magna artatio videretur ſi oporteret vni ſacerdoti de neceſſitate confiteri: quia per hoc multi poſſent a confeſſione retrahi vel timore vel verecundia vel aliquo huiuſmodi: ergo cum confeſſio ſit de neceſſitate ſalutis non debet homines ad hoc artare vt videtur. Jn oppoſitū arguitur. Et videt ꝙ non liceat alicui alteri cōfiteri ꝙ̄ proprio ſacerdoti: q2 ille qui audit confeſſionem alicuius eſt proprius iudex eius aliter non poſſet eum abſoluere vel ligare. Sed vnius hominis non poſſunt eſſe plures proprij ſacerdotes ſeu iudices: quia tunc teneremur pluribus obedire quod eſſet impoſſibile. Secundo ſic. ſicut ſe habet epiſcopus ad ſuam dyoceſim: ita ſacerdos ad ſuam parrochiam: ſed non licet vni epiſcopo in dyoceſi alterius officium epiſcopale exercere ſm ſtatuta canonum: ergo nec licet vni ſacerdoti audire confeſſionem parrochiani alterius. Cui concordat. c. omnis vtriuſqȝ ſexus extra de peni. ⁊ remiſſione. Etiam probatur iſtud non obſtante priuilegio vel mandato ſuperioris: quia non poteſt aliquod priuilegium indulgeri in preiudicium alterius: ſed hoc eſſet in preiudicium ſacerdotis: ſi alius confeſſionem ſui ſubditi audiret: ergo non poteſt per priuilegium licentiam ſiue mandatum ſuperioris obtineri ꝙ aliquis confiteatur alteri a proprio ſacerdote. Jtem probatur ſic illud per quod impeditur diuinum mandatum non poteſt per mandatum ſeu priuilegium alicuius hominis concedi: ſed mandatum diuinum eſt ad rectores eccleſiarum: vt diligenter vultum pecoris ſui agnoſcant. Prouerbio. xxvij. quod impediretur ſi alius ꝙ̄ proprius ſacerdos eius cōfeſſionē audiret: ergo. Pro declaratione iſti9 eſt notandū ꝙ quilibȝ tenetur cōfiteri proprio ſacerdoti qui curam anime eius habet ſaltem ſemel in anno de omnibus peccatis ſuis tam propter poteſtatem ⁊ iuriſdictionem quam habet proprius ſacerdos ſuper parrochianum ſuum: cuius anime eſt redditurus rationem ꝙ̄ propter preceptū eccleſie in illa decre. omnis vtriuſqȝ ſexus. Non eſt enim licitum niſi in caſu neceſſitatis alicui ſacerdoti gregem alteri cōmiſſum ſine licentia eiuſdē ad penitentiam admittere. de pe. diſ. vij. capitulo placuit. Cuius textus talis eſt. Placuit vt nulli deinceps ſacerdoti liceat ſuſcipere quemꝙ̄ alteri ſarcerdoti cōmiſſum ad penitentiam niſi vrgente neceſſitate. Et qui contra hoc ſtatutum temptauerint gradus ſui periculo ſubiaceant. ⁊ idem. xvi. q. prima. §. ecce. extra de pe. ⁊ re. capitu. quod autem. ⁊ idem ſequitur ex conſilio vieñ. capitu. xi. vbi habetur cum ligare et ſoluere ſubditos ſit ordinarij vel eorum quibus per ipſum ordinandum eſt conceſſum ſtatuimus vt nullus cuiuſcunqȝ ordinis confeſſiones in quacunqȝ ciuitate vel dyoceſi preter ſpecialem vel generalem ipſius dyoceſani vel preſbyteri parrochialis licentiam petitam ſpecialiter ſuper hoc ⁊ obtentam de facto audire aut ſoluere quemꝙ̄ vel ligare preſumat niſi hoc eis competat ex priuilegio ſpeciali. Alioquin confitens pro confeſſo non habeatur et confeſſionem audiens compeſcatur prout ordinario videtur expedire. Et idem ſm beatum Thomam ſuper. xvij. diſtincti. quarta. d. ꝙ ſacerdos alienus poteſt dupliciter impediri ne alicuius confeſſionem audiat. Uno modo propter defectum iuriſdictionis vt hic. Alio modo propter impedimentum executionis ordinis ſicut excommunicati degradati et huiuſmodi: confeſſor enim excommunicatus non poteſt quenꝙ̄ abſoluere: quia ſeparatus a communione ſacramentorum etiam caret vſu iuriſdictionis. Jtem non habet ſubditos: quia ſibi remouentur per ſententiaz. xi. q. prima in ſumma. Et de hoc viſum fuit ſuperi9 in. c. de ſentētia excōicatiōis in dubijs. Jtē eſt notanduz ſm Albertū in ſexto libro ſui cōpendij ꝙ proprius ſacerdos dr̄ ſex modis vno modo eſſe paſtor eccleſie: ſecundo per determinationē ſuperioris. tertio per priuilegiū quibuſdā

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

indultum.vt ſunt predicatores minores ⁊ ſimiles ꝛc.quarto modo per licentiā proprij ſacerdotis.nō
tamen licentietur niſi diſcretus ⁊ honeſtus.quinto modo propter neceſſitatem quia inſtante neceſſi-
tate vt mortis periculo ꝛc.quilibet ſacerdos habens claues de quibus dicetur inferius poteſt abſolue
re.Sexto modo propter defectum ſui proprij ſacerdotis videlicet quando eſt ydiota reuelator confeſ
ſionis vel incitans penitentem ad peccatum ꝛc.Tamen aliqui voluerunt tenere per glo.illius decre.
omnis vtriuſq; ſexus.de pe.⁊ re.vbi dicitur ꝙ non habentes proprium non dicuntur proprij ſacerdo-
tes ꝙ nec predicatores nec minores ꝛc.habentes priuilegium pape poſſint audire cōfeſſiones ſine li
centia ꝓprij ſacerdotis qđ ē falſum q: ſi reqreret licentia ꝓprij ſacdotis fruſtra eſſet priuilegiū cū ſine
priuilegio poſſz ſacerdos prochialis eis licentiā ꝯcedere.extra de priuileg.c.q̄to.⁊.c.p.aploꝝ priuile
gioꝝ:⁊ hoc probatur ratione quā fecit in ꝯſiſtorio publico ꝯ ſic opinantes.Johānes papa.xxij.in qua
dam extrauaganti que incipit vas electionis ſi ſit papa aut poteſt audire oēm hoiem in confeſſione
aut non.Non eſt dicendum ꝙ non.quia ſic dicere eſſet contra fidem:ergo poteſt ⁊ ſi ſic potuerit com
mittere cuicunq; ſacerdoti ꝙ poſſit eum audire quem ipſe papa poſſet audire cū hoc poſſit ſacerdos
parrochialis:ſed priuilegiati quibus hoc papa committit ſunt ſacerdotes.idcirco dicendum eſt ꝙ ꝓ-
prius ſacerdos eſt ille quem papa inſtituit ſiue ex iure ſiue ex priuilegio ſpeciali in capitulo dudum ⁊
capitulo ſuper cathedram que ponitur extra de pe.⁊ re.in conſtitutione domini cle. bone memorie.⁊
ideo glo.c.omnis vtriuſq; ſexus ſuperius allegata eſt ſimpliciter neganda.Nam priuilegium dicit ꝙ
poſſint confeſſione fidelium audire ⁊ iniungere penitentias ſalutares ꝛc.Pro maiori declaratione p̄
miſſorum eſt notandum ꝙ plures ſunt caſus in quibus poteſt quis confiteri alij ꝙ proprio ſacerdoti
vnus caſus eſt ꝑ auctoritatē aplicā.Alius caſus eſt ꝑ auctoritatē epalē ſeu dyoceſani.Alius caſus cū
in articulo neceſſitatis vt mortis vel alio mō qs poſit⁹ nō pōt ꝓpriū hr̄e plebanū.alius caſus cū qs va
gaſ terrā nec pōt ad ſuū accedē plebanū vel certū nō hz plebanū.Alius caſus eſt cū licētia vel ratifica
tione plebani quis alteri confitetur.Alius caſus poſtq̄ ſuo plebano ſemel in anno confitetur poteſt
⁊ ante alteri pro deuotione vel inſtructione vberiore confiteri ſicut ⁊ eger poteſt alios peritos medi
cos p̄ter ſuū pro ſanitatis remedio vocare.Alius caſus ſi nō dat pleban⁹ ſubito ſuā copiā cōfitendi tē
pore debito perfecte poteſt ad alium recurrere ꝓ ſalutis ſue alimonia requirēda.Alius caſus ē ſi ple-
banus ſit inſufficiens in ſcientia in illis in quibus iſte indiget expediri tunc potius querat alium q̄ ꝙ
ex inopia conſilij periclitetur.Exemplum de medico ignaro ⁊ vie ductore.Alius caſus eſt ſi plebanus
eſt notorius fornicator:tunc ſubditus poteſt alteri confiteri.Alius caſus ſi plebanus fuerit notatus
de proditione confeſſionis.Alius caſus ſi plebanus conſueuit aliquem vel aliquam ſollicitare ad pec
catum.Alius caſus ſi plebanus ſit peruerſor ſacramentorum nolens audire aliquem niſi pro precio.
Alius caſus ſi plebanus ſit a iure vel a iudice ab officio pro culpa ſua ſuſpenſus. Alius caſus ſi ple-
banus ſit aliqua ſententia excommunicationis innodatus ſeu ligatus.Alius caſus ſi fuerit irregula
ritate irretitus.Alius caſus ſi contra formam canonum tenet eccleſiam ⁊ titulo non iuſto. Alius ca
ſus ſi eſt vicarius talis qui non tenet iuſte beneficium.Alius caſus cum aliquis non poteſt induci: vt
ſuo confiteatur plebano pre verecundia vel timore ꝛc.debet potius ab alio audiri q̄ in periculo relin
qui.Alius caſus ſi commiſerit crimen quod confiteri intendit cum plebano ſuo. Item ſi litiget con
tra plebanum ſuum pro aliquo facto iuramento.Item quando ad hoc aliquis auditur vt ſic ad me-
lius propoſitum attrahatur. Tamen congruum eſt ꝙ parrochianus quando vult confiteri alij a ſuo
plebano petat licentiam a ſuo plebano quo recuſante debet recurrere ad ſuperiorem propter obe-
dientiam.Item plebanus non tenetur eidem miniſtrare ſacramenta niſi ſubditus eum certificet de
confeſſione.Tunc ad ratiōes ⁊ primo ad primā dicēdum eſt ꝙ ad abſolutiōem a pctō requiritur du-
plex poteſtas ſcz ordinis ⁊ iuriſdictionis.Prima fuit equaliter data oībus in die cene qn̄ xp̄s fecit di
ſcipulos ſuos ſacerdotes ⁊ etiā datur oībus ſacerdotibus cuz oībus dicātur hec verba:quocūq; liga
ueritis ꝛc.ab epiſcopo conferēte ordinem ſacerdotij:ſed poteſtas iuriſdictionis non fuit oībus equa
liter data:ſed eam dedit chriſtus immediate petro:et ideo indeterminate dominus dixit quorum re-
miſeritis ꝛc.poſt reſurrectionem ſuam. ¶ Ad ſecundam quando arguebatur auctoritate Grego.di-
cendum eſt ꝙ loquitur de monachis illis qui iuriſdictionē habent.id eſt quibus alicuius parrochie
cura eſt commiſſa de quibus aliqui dicebant ꝙ hoc ipſo ꝙ monachi erant non poterant abſoluere et
penitentias iniungere quod falſum eſt. ¶ Ad tertiam quando arguitur ſicut ſacerdos eſt miniſter
huius ſacramenti ꝛc.dicendum eſt ꝙ ſacramentum eucbariſtie non requirit imperium in ali-
quem ſecus autem de hoc ſacramento.¶ Ad quartā quando dicitur illud ad quod determinate tene
mur ꝛc.dicendum eſt ꝙ electio diſcreti ſacerdotis non eſt nobis commiſſa ⁊ noſtro arbitrio facienda

ſed de licentia ſuperioris ſi forte proprius ſacerdos eſſet minus ydoneus.¶ Ad quintam quando ar-
guitur illud quod inſtitutum eſt pro charitate ꝛc.dicendum eſt ꝙ in caſibus illius in quibus ꝓbabili
ter timet penitens periculum ſibi vel ſacerdoti ex confeſſione ei facta debet recurrere ad ſuperiorem
⁊ ab eo petere licentiam alteri confitendi quod ſi licentiam habere non poſſit idem eſt iudicium ſicut
de illo qui non habet copiam ſacerdotis nec in hoc tranſgreditur aliquis preceptum eccleſie quia pre
cepta iuris poſitiui non ſe extendunt vltra intentionem precipientis que eſt finis precepti hoc eſt au
tem charitas ſm apoſtolum nec iterum ſit aliqua iniuria ſacerdoti quia priuilegium meretur amitte-
re qui conceſſo ſibi abutitur.¶ Ad ſextam dicendum eſt ꝙ in hoc ꝙ oportet confiteri proprio ſacerdo
ti non artatur via ſalutis ſed ſufficiens ad ſalutem via ſtatuitur.peccaret autem ſacerdos ſi non eſſet
facilis ad prebendum licentiam confitendi alteri quia multi a deo infirmi citius ſine confeſſione mo-
rerentur q̄ tali ſacerdoti confiterentur.Unde illi qui ſunt nimis ſoliciti vt conſcientias ſubditorū ꝑ
confeſſionem ſciant multis laqueum damnationis immittunt ⁊ per conſequens ſibijpſis ꝛc.Ad rati-
ones poſt oppoſitum.Et primo ad primam quando arguitur ille qui audit confeſſionem eſt proprius
iudex eius dicendum eſt ꝙ non eſt inconueniens ſi duo conſtituantur ſuper eandem plebem quorū
vnus ſit principalior altero ſicut epiſcopus papa ⁊ curatus parrochialis.Et quilibet eorum poteſt ea
que ſunt iuriſdictionis ad ipſum pertinentia alteri committere.¶ Ad ſecundam quando dicitur ſicut
ſe habet epiſcopus ad ſuam dyoceſim ⁊cetera.dicendum ꝙ hoc verum eſt propria auctoritate ⁊cetera
¶ Ad tertiam quando dicitur non poteſt aliquod priuilegium indulgeri ⁊cetera.dicendum eſt ꝙ preiu
dicium non ſit alicui niſi ei ſubtrahatur quod eſt in fauorē ipſius indultum modo poteſtas iuriſdicti-
onis omnino non eſt commiſſa alicui homini in fauorem ſuum ſed in vtilitatem plebis ⁊ honorē dei.
⁊ ideo ſi ſuperioribus prelatis expedire videatur ad ſalutem plebis ⁊ honorem dei poſſunt alij a pro-
prio ſacerdote licentiam audiendi confeſſiones impartiri. ¶ Ad quartam quando dicitur illud per
quod impeditur diuinum mandatum ꝛc.conceditur ⁊ ad minorem dicendum eſt quod rector eccleſie
debet vultum pecoris ſui agnoſcere per ſollicitam conſiderationem exterioris conuerſationis ⁊ ꝑ cō
feſſionis manifeſtationem aliquo modo ſed illud non impeditur per priuilegium alicui indultum de
confeſſione audienda cum fiat ad maius bonum ꝛc.Contra peccata detur ꝛc.Ab illa parte vſq; ad il
lam cuiuis reſtituat.auctor oſtendit modum imponendi ſeu iniungendi penitentiā ſm delicta dicēs
ꝙ contra ſuperbiam debent iniungi opera humilitatis quia ſicut ſuperbia dicitur maximum peccatū
ſm glo.illius emundabor a delicto maximo.id eſt ſuperbia.ita humilitas eſt maxima virtus. Unde
Auguſtinus.Nihil eſt quod valeat humilitati comparari.ideo dicebat ſaluator noſter.Mathei.xi.
Diſcite a me quoniam mitis ſum ⁊ humilis corde.vnde ſicut incendium elationis eſt reſpectus dete
rioris.ita cautela humilitatis eſt conſideratio melioris ſm beatum Gregorium. Superbus enī odit
frequenter ſocietatem humilium.Nam ſicut ille qui communicat ſuperbo induit ſuberbiā.Eccleſia
ſtes decimotertio.Ita ⁊ ille qui communicat humili induit humilitatem.ideo dicebat beatus Augu
ſtinus ꝙ medicina timoris hominis eſt humilitas chriſti. Conſideret ſuberbus ſe eſſe ſeruum dya-
boli:quoniam ipſe dyabolus eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. Conſideret ſuperbus diem diſtri
cti iudicij.Ubi dominus retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.yſaie ſecundo. Dies domi-
ni ſuper omnem ſuperbum ⁊ excelſum. Tunc enim ſuperbie corona pedibus conculcabitur.
Idcirco confeſſor diſcretus debet dare ſeu iniungere ſuperbo ſibi confitenti opera humilitatis.Ma
ceretur luxurioſus.Luxurioſo enim debent iniungi ieiunia ⁊ alia opera carnem macerantia. Unde
Eccleſiaſtes vigeſimooctauo.Secundum ligna ſilue exardeſcet ignis glo.ſecundum modum victus
creſcit vl' decreſcit libido.ideo ſubtrahe ligna.id eſt victualia ſuperflua ⁊ minuetur ignis.id eſt luxuriā
di appetitus.Item debent iniungi vigilie orationes ꝛc.Unde eccleſiaſtes octauo.Ut ſciui quoniam
aliter non poſſem eſſe continens niſi deus det.adij dominum ⁊ deprecatus ſum illum ꝛc.Propria det
cupidus.Contra auariciam debet opponi largitas in ſuis bonis diſtribuendis.ita ꝙ iniungatur aua
ro ꝙ diſtribuat de bonis ſuis ſm qualitatem ſuarum diuitiarum pauperibus. Ieiunet ſepe guloſus.
Contra gulam debet opponi abſtinentia:⁊ vt ſic contraria contrarijs curentur. Inuidus os tundat.
id eſt contra inuidiam debet opponi amor ⁊ dilectio.tundat ergo ſuū os inuidus a maliloquio:vt cu
ſtodiat animam ſuam.Prouerbiorum decimotertio.Qui cuſtodit os ſuum cuſtodit animam ſuam.
Iratus corde remittat Contra iram debet iniungi patientia manſuetudo.ita ꝙ iracundo imponatur
ꝙ remittat iniuriam ſibi factam aliter non abſoluatur.Unde Auguſtinus.Uniſquiſq; talem indulgē
tiam accepturus eſt a deo qualem ipſe dederit proximo ſuo.Unde Mathei ſexto.Si dimiſeritis ho-
minibus delicta eorum dimittet ⁊ vobis pater veſter celeſtis peccata veſtra. Si autem non dimiſeri

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tis alijs nec pater veſter dimittet vobis. Quidam in mortis articulo conſtitutus teſtamentum fecit
in quo remiſit in manu ſacerdotis iniuriam ſibi factam preſtito iuramento ꝙ hoc firmiter obſeruabit
poſtea volebat agere actionem iniuriarum queritur an poſſit. Solutio hoc dicit ꝙ ſi mortis cauſa
hoc deficit ſi poſtea conualeſcat poteſt agere actione iniuriarū. Secus ſi ſimpliciter remiſit iniuriam
ff. de fil. l. i. §. vltimo. cum voluntas hominis ambulatoria ſi vſqꝫ ad extremum exitum. ff. de admini. l.
iij. ⁊ ff. de dona. inter. vir. ⁊ vxo. l. cū hic ſtat⁹. §. penitētia. Tamen dicit ꝙ animodo nō aget actione in
iuriarum. Item ſi remittit vſuras amplius non potes repetere cum ſacerdos ſit perſona publica. ff. de
adop. l. non aliter. ⁊ ff. de pactis. l. cum pater pro filia. Item renuncians iuri ſuo amplius non admittitur
vij. q. i. capitulo ꝙ periculoſum ⁊ extra de renunciatione capitulo quidam cedendum. Audiat officia
peregrinans accidioſus. Contra accidiam debet opponi diligentia in bonis peragendis videlicet vt
accidioſus vacet diuinis peregrinationibus ⁊ ſimilibus que incitant hominem ſurgere a ſterquilinio
accidie ne cum negligentes fuerint circa ſeipſos negligat ipſos dominus ſicut accidit fatuis virgini-
bus. Mathei vigeſimoquinto. Ideo dicit actor noſter in capitulo de accidia. Sepe libens ora facien
do ſancta labora. Pigri dum poſſunt operari tempora deſunt. De omnibus iſtis videatur in remedijs
contra peccata. In tertia parte iſtius libelli. tamen penitentie ſunt arbitrarie de penitentia diſtinctio
ne prima in principio. ¶ Queritur vtrum peccator teneatur dicere peccatum quod nō fecit. Reſpō-
tur ꝙ non per magiſtrum vigeſimaprima diſtinctione quarta. Ubi dicitur ſicut penitens non debet
celare peccatum quia ſuperbia eſt. ita nunc humilitatis cauſa fateri ſe reum illi quod ſe non cōmiſiſſe
noſcit incauta eſt talis humilitas ⁊c. Queritur vtrum penitens teneatur nominare perſonam cū qua
peccauit. Reſpondetur ꝙ non immo ſi velit hoc facere inhibeat ei ſacerdos tamen de conditionib⁹
perſone poteſt confeſſor inquirere. ¶ Queritur nunquid ſtatim poſt peccatum commiſſum facien-
da ſit confeſſio. Et videtur ꝙ ſic per Hugonem de ſancto victore dicentem ſi neceſſitas eſt
que pretendatur contemptus non excuſatur. Sed quilibet tenetur vitare contemptum. Ergo
tenetur quilibet ſtatim confiteri poſt lapſum. ¶ Secundo ſic quilibet tenetur plus facere ad euadē
dum morbum ſpiritualem quam corporalem. Sed aliquis infirmus corporaliter non tenetur ſi-
ne detrimento ſalutis medicum querere tardat. Ergo videtur ꝙ non poſſit eſſe ſine detrimento
ſalutis anime ſi huic copia ſacerdotis exiſtente in ſtatu peccati mortalis ea non confiteatur ſtatim
poſt perpetrationeʒ delicti. Tertio ſic illud qꝺ ſine termino debetur ſtatim debetur. ſed ſine termi
no debet homo confeſſioneʒ deo: ergo tenetur ſtatim ad confitendū poſt pctm̄. Breuiter ad illud du
biū dicēdum eſt ꝙ cū ꝓpoſitū confitendi ſit annexuʒ contritioni. Tūc tenetur aliquis ad hoc propoſi-
tum qn̄ ad contritionē tenetur: ſcʒ qn̄ memorie peccata occurrūt: tamen nō eſt de neceſſitate precepti
ꝙ homo ſtatim poſt lapſum confiteatur: ſʒ ſemel in anno: vt viſum fuit in. c. omnis vtriuſqꝫ ſexus. de
peni. ⁊ re. Uerūtamen laudabile eſt vt ſtatim poſt lapſum confiteatur. Tunc propter recuperandam
gratiam quam amiſit ſine qua nullus poteſt fructuoſe operari. Tum propter periculuʒ mortis cuius
hora eſt incerta. vnde Mathei. xxiiij. Uigilate quia qua hora non putatis dominus venturus eſt ⁊c.
Et eodem. xxv. Uigilate quia neſcitis horam neqꝫ diem ⁊c. Tum quia diu expectamur. Yſaie. v. Expe
ctaui vt faceret vuas ⁊ fecit labruſcas. Item confeſſio debet fieri ſtatim: qꝛ ad magna vocamur. Ma
thei. v. Gaudete ⁊ exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in celis. Iteʒ ne ab eternis nuptijs ex-
cludamur ſicut factū fuit fatuis virginibus que differebant ſe preparere. Mathei. xxv. Iteʒ ne ab ho
ſtibus impediamur ſicut filij iſrael a pharaone. Exo. v. Iteʒ ne blande ſeducamur ſicut piſcis per ha-
mum ⁊ auis per laqueum. vnde Eccleſiaſtes nono. Neſcit homo finem ſuum: ſed ſicut piſces capiun-
tur hamo ⁊ ſicut aues comprehēduntur laqueo ſic capiuntur homines in tempore malo. Item ne cō
ſuetudine teneamur ſicut arbor de facili non euellitur cum bene radicatur: ideo dicebat beat⁹ Ber.
Nimis durum eſt cor quod nec emoliunt beneficia: nec terrent ſupplicia nec alliciunt promiſſa nec ca
ſtigant flagella Tamen notandum eſt ꝙ plura ſunt impedimenta penitentie. Puſillanimitas agredi
endi ſicut equus vmbraticus terretur a trunco vel ſimili. Pudor confitendi: ſed ſicut dicit Auguſti.
verecūdia magna pars penitētie eſt. Horror faciendi penitentiaʒ: ſed dicit ſacra ſcriptura. Niſi quis
penituerit veteris vite non poteſt nouā inchoare. ⁊ Augu. Stultū eſt homini viuere in ſtatu in quo
non audet mori: ideo dicebat Salomon eccle. xvij. cōuertere ad dn̄m ⁊ relinque pctā tua: ⁊ ibidē viu⁹
⁊ ſan⁹ cōfiteberis ⁊ laudabis deum ⁊ glorificaberis in miſerationibus illius. Aliud impedimentum
eſt delectatio peccandi: ſed dicit ſcriptura. Momentaneum ⁊ temporale eſt quod delectat eternuʒ
vero quod cruciat. Aliud impedimentum ſpes diu viuendi: ſed dicit dominus Luce. iij. Iam ſecuris
ad radicem arboris poſita eſt. ⁊ Salomon eccle. v. Ne tardes conuerti ad dominum ⁊ ne differas de

die in diem. Subito enim veniet ira illius ⁊ in tempore vindicte diſperdet te. Aliud impedimentuʒ
eſt deſperatio obtinendi veniaʒ: ſed dicit dominus per Eze. Quacunqꝫ hora ingemuerit peccator vi
ta viuet ⁊ non morietur. Aliud eſt exemplum delinquendi: ſed dicit Auguſtinus. Stultus eſt qui vi
det aliquem cadenteʒ ſi nō ſit in eodem loco cautior. Aliud conſuetudo peccandi ſicut Balaam cō
ſuetus monſtris nō curauit cum aſina loqueretur. Aliud poteſt eſſe de confidentia de dei miſericor-
dia ipm̄ quando penituerit recipiendi quod eſt vnum peccatorū in ſpiritūſanctum: ſed dicit Grego.
miſericordiam dei debemus erubeſcere ſi iuſticiam eius noluimus formidare. ⁊ Salomon eccl'a. v.
Ne dicas miſeratio dei magna eſt multitudinis peccatorum meoꝝ miſerebitur quoniā ſicut miſeri-
cordia: ita ⁊ ira cito ab illo ꝓximat ⁊ in peccatores reſpicit ira illius. Tunc ad rationes in principio
queſtionis. Et primo ad primam quando dicit̃ per Hugo. de ſancto victore dicendum eſt ꝙ loquit̃
de illis qui et cōtemptu ſine ſacramento decedunt. Ad ſecūdam quando dicitur quilibet tenet̃ plus
facere ⁊c. dicendum eſt ꝙ nō de neceſſitate ſalutis corporalis ꝙ ſtatim medicum querat niſi quando
neceſſitas infirmitatis incubit: ⁊ ſimiliter eſt dicendum de morbo ſpirituali: tamen ſecurius ⁊ lauda-
bilius eſt ꝙ ſtatim poſt lapſum quis confiteatur ⁊ hoc habetur per beatum Thomam ſuper. xvij. di.
iiij. ⁊ in compendio theologie. de pe. di. iij. c. ille rex. Ad tertiā quando dicit̃ illud quod ſine termino
debetur ⁊c. dicendum eſt ꝙ retentio rei aliene inuito domino cōtrariatur precepto negatiuo quod
obligat ſemper ⁊ ad ſemper: ⁊ ideo tenet̃ ad ſtatim reddendum. ſecus aūt eſt de impletione precepti
affirmatiui qꝛ obligat ſemp: ſed non ad ſemper. ideo nō tenetur quis ad ſtatim implendum. ¶ Que-
ritur nunquid pōt mulier confiteri ſacerdoti cum quo peccauit carnaliter. Solutio dicendū eſt ꝙ nō
ſed debet licentiā petere alteri ſacerdoti confiteri poſito adhuc ꝙ ille negaret tam propter periculū
peccandi cum illo ꝙ ꝓpter minorem erubeſcentiam quā de peccato haberet. Tamen ſi illi ſacerdoti
confiteretur ⁊ eam abſolueret abſoluta eſſet. ¶ Queritur nunquid poteſt quis confiteri per nunciuʒ
Solutio dicendum eſt ꝙ non: quoniam dominus precepit mundandis. Luce. xvij. vt oſtenderent ſe
ſacerdotibus omnes non vnus pro omnibus docens per hoc corporali preſentia peccata cōfitenda
nō per ſcriptum: nō per nuncium: nō per ſignum: ſecluſa tamen ſemper cauſa neceſſitatis. ⁊ ideo Le-
uitici. xiiij. Non alium ſtatuatis qui pro vobis offerat munus ad Moyſen ⁊ Aaron ſacerdotes: ſed
qui per vos peccaſtis per vos erubeſcatis. ⁊ per mag. xvij. di. iij. ſententiarum. ¶ Querit̃: nunquid
confeſſio poſſit fieri per interpretem per ſigna aut per ſcripturam. Solutio. dicendum eſt ꝙ cōfeſſio
debet fieri per verba tam ꝓpter erubeſcentiā confitentis ꝙ etiam ꝓpter maiorem expreſſionē men
tis conceptus. Uerūtamen in illis qui ſue mentis conceptus ſacerdotibus exprimere nō valent ſuffi
ciunt alia ſigna mentis conceptus exprimentia per que ſigna poſſit ſacerdos cognoſcere animum
confitentis: ſicut in mutis ſufficiunt ſigna vel ſcriptura ⁊ vbi ſacerdos non intelligit ydeoma ꝯfiten
tis ſufficit interpres vl' ſcriptura ſm̄ ſacramentariū Bonauen. ⁊ beati Thome. xvij. di. iij. ſententia-
rum. ¶ Queritur vtrum interpres teneatur celare confeſſionem. Solutio dicendum eſt ꝙ ſic: qꝛ au-
ris ſacerdotis eſt ſm̄ Bonauēturam. ¶ Queritur vtrum adultum accedentem ad baptiſmum cum
actuali peccato neceſſarium ſit ante ſacramentum penitentie accipere ꝙ ſacramentum baptiſmi.
Solutio ſm̄ Bonauenturam. Neceſſarium eſt vt penitentia prout eſt virtus cuius actus eſt contri
tio precedat baptiſmum in adulto qui habet actualem culpam. Penitentia aūt vt eſt ſacramentum
ſm̄ ꝙ homo confitetur ⁊ recipit abſolutionem non eſt neceſſarium precedere. Ex quo ſequitur ꝙ pe
nitentia ꝙtum ad contritionem neceſſario precedit. Confeſſio vero de congruo: vt homo erubeſcat
⁊ peccata recognoſcat ⁊ de eorum remiſſione deo ingratus non exiſtat quātam ad ſolutionem ⁊ ſa-
tiſfactionem nullo modo. Ideo dico ꝙ penitentia ſm̄ ꝙ eſt ſacramentū eccleſie ſequitur ⁊ non pre-
cedit ſacramentum baptiſmi ⁊c. Cuiuis reſtituat ⁊c. ab iſta parte vſqꝫ ad illam hij quibus eſt pena
actor noſter determinat de vno membro ſeu ſpecie ſatiſfactionis ſcilicet reſtitutiōe: quia ſatiſfactio-
nis quattuor ſunt ſpecies: ſcilicet oratio: ieiunium: elemoſyna ⁊ reſtitutio. Sed quia de alijs mem-
bris actor noſter ponit textus inferius. ideo hic tantummodo intendo tractare de reſtitutione diui-
dens ſuam litteram in duas partes. In prima parte determinat actor noſter de reſtitutione. In ſe-
cunda docet ſeu inſinuat illos qui tenentur precipue ad reſtitutionem. ſecunda ibi fur vſurator. Et
hunc parti ſecunde adducit quandam particulam cauſa dubij remouendi: ibi mandans conſilians
⁊c. De reſtitutione per beatum Thomam in ſecunda ſecunde queſtione. lxij. ¶ Quantum ad hoc eſt
notandum ꝙ reſtitutio eſt de neceſſitate ſalutis: quod probatur: quia iuſticia eſt de neceſſitate ſalu-
tis. Reſtitutio eſt actus iuſticie comitatiue: quia alteri reddere quod ſuum eſt. Ergo reſtitutio eſt
de neceſſitate ſalutis. Pro maiori declaratione iſtius eſt notandum ꝙ triplex eſt reſtitutio. realis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

et non voluntaria:vt ſi quis cogatur reſtituere rem: ⁊ talis reſtitutio proprie non eſt meritoria cum
non fiat libera voluntate reſtituentis. Alia eſt realis ⁊ voluntaria: vt ſi quis ſponte reſtituat rem ad
eſtimationem vel arbitriuꝫ boni viri: ſeu iuxta conſilium eccleſie. Alia eſt reſtitutio voluntaria ⁊ non
realis:vt cum quis tentus reſtituere non habet vnde:ſed habet bonam voluntateꝫ reſtituendi:et ta-
lis reſtitutio voluntaria in non haben bus bene dicitur ſufficere cum volūtas apud deum pro facto
reputetur:ſcilicet in illo cui deeſt facultas.in glo.in capitu.i.extra de eo qui mitti.in poſ.cauſa rei con
ſeruande tamen non obſtante tali voluntate tentus ad reſtitutionem debet conteri ⁊ confiteri cū pro
poſito realiter ſatiſfaciendi ſi ad pinguiorem venerit fortunaꝫ:⁊ iſtud videtur ſonare principium litte
re act. Secunda pars eſt ibi fur vſurator ⁊c.vbi actor noſter inſinuat illos qui precipue tenētur ad re
ſtitutionem.d.ꝙ ſunt illi qui in littera continentur. Pro iſtius ſecunde partis maiori declaratione
queritur primo vtrum in furto rapina ⁊ huiuſmodi debeat fieri reſtitutio. Solutio dicendum eſt ꝙ
ſic niſi in caſu extreme neceſſitatis in quo omnia ſunt communia: in capitulo ſi quis de furt. veruntamen
in rebus minimis que tanꝗ derelicte videntur a domino: furtum non cōmittitur etiam ſi capi-
antur occulte:ſicut eſt acus penna nec tenetur accipiens ad reſtitutionem niſi haberet animū furēdi
et nocumentum inferendi proximo:quia ſic furtum cōmitteret ⁊ ad reſtitutionem teneretur ꝗtumcū
ꝙ paruum eſſet. ¶ Queritur ſi aliquis accipiat rem alterius occulte auctoritate iudicis vtrum cōmit
tat furtum. Solutio dicendum eſt ꝙ non.quia ſibi debitum factum eſt ſententialiter adiudicandum
⁊c. ¶ Queritur vtrum ille qui rem ſuam occulte accipit ab alio detentam cōmittat furtuꝫ. Solutio di-
cendum eſt ꝙ non nec ad reſtitutionem tenetur cum non grauet eum qui iniuſte detinet tamen pec-
cat contra cōmunem iuſticiaꝫ duꝫ vſurpat ſibi vſum ſue rei ordine iuris pretermiſſo:ideo tenetur deo
ſatiſfacere ⁊ confiteri.ff.vnde.vi.l.ſi quis intātam:⁊ ita de his que vi me.c.ad audientiaꝫ. Super hoc
tamen quidam dicunt ꝙ ſi perſona que rem detinet ſit ita fortis ꝙ alius contra eam non poſſet litiga
re in accipiendo ſic rem ſuam non peccat quia in hoc obtinet vim iuris. Similiter ſi iudex ſit abſens
vel fauorabilis iniurianti:quia in talibus ſm Godofredum conceditur cuilibet a iure ꝙ bono modo
reꝫ ſuā accipiat nec in hoc peccat. Opinio tamē beati thome que prima eſt: eſt cōmunior. ¶ Queritur
de hijs qui rem ſuam apud alium depoſitā accipiunt. Solutio dicendum eſt ꝙ peccant:quia grauant
depoſitarium ⁊ poſſunt compelli ad reddendum ⁊ releuanduꝫ grauamen depoſitarij. ¶ Queritur nū
quid poteſt aliquis rem iniuriantis accipere furtiue pro re ſua violenter detenta. Solutio dicendum
eſt ꝙ rem alterius loco rei ſue ablate etiam violenter cum in re illa nunꝗ dominiuꝫ habuerit non liceꝫ
accipere alicui ⁊ qui hoc facit peccat: ⁊ ad reſtitutionem tenetur. Hec eſt opinio magiſtrorum cōmu-
nior ꝗuis ſint opiniones in contrarium. Tamen omiſſis omnibus tutius eſt dicere ꝙ nihil accipiatur
alienum cum iſta eſtimatio difficiliter habeatur ⁊ accipiendum ſint homines proni. Furtum eniꝫ eſt
cōtractio rei aliene contra domini volūtatem.inſti.de fur.⁊ extra de fur.in ſumma ⁊ furti nomine om-
nis rapina ⁊ omnis illicita vſurpatio rei aliene prohibentur per magi.ſentē.xxxviij.diſtin.iij.⁊.xiiij.q.
v.capitulo penulti. Tamen differunt furtum ⁊ rapina:quia furtum cōmittitur ſine illatione violentie
domino rei. Rapina vero eſt remotio rei aliene ⁊ hoc cum violentia. ¶ Queritur vtruꝫ rapina ſit gra-
uius peccatum ꝗ furtum. Solutio dicendum eſt ꝙ ſic quia magis repugnat volūtati illius cui aufer
tur:quia furtum ſit per ignorantiam illius cui aufertur. Rapina vero per violentiam:ideo cum nullꝰ
poteſtatem habeat ſuper alium niſi per poteſtatem publicaꝫ quicunꝗ violenter aliquid alteri aufert
non vtens poteſtate publica rapinam euidentem cōmittit ⁊ ad reſtitutionem tenetur: in capitulo ſu-
per eo.de rapi.⁊ incendi.tamen principes qui ſunt cuſtodes iuſticie propter conſeruationem reipub.
ſi exigant quod eis ſm iuſticiam debetur quanꝗ violentiam adhibeant non cōmittunt rapinam. Si
militer ad impugnandum hoſtes ſi per violentiam a ſuis ſubditis accipiant non cōmitunt rapinam.
Si vero abſꝗ rōne ⁊ contra iuſticiā aliquid abſtulerint violēter rapinā cōmittunt:⁊ ad reſtitutioneꝫ
tenentur ſicut latrones ⁊ veſpertiliones ſimiliter illi qui in bellis predantur ſi bellum fuerit iuſtum ra
pinam non cōmittunt:ſed poſſunt peccare ex modo predandi: ſcilicet ex nimio appetitu acquirendi
vel accipiendi ⁊c. Si vero bellum fuerit iniuſtum predantes rapinam committunt ⁊ ad reſtitutio-
nem tenentur. Cum hic fiat mentio de bello iuſto queritur quot modis bellum dicatur iuſtum. Solu
tio dicendum eſt ſm compen.ſeptem ſacramentorum ꝙ bellum dicitur iuſtum tribus modis. Uno
modo cum ſit auctoritate principis cuius mandato bellum eſt gerendum qꝛ principibus ⁊ publicis
perſonis pertinet bella mouere ⁊ nō priuatis. Scdo modo cū cā eſt iuſta: ſcilꝫ cū illi qui impugnātur
ſunt culpabiles. Tertio modo cum intētio eſt recta: ita ꝙ ille qui impugnat intēdit malum corrigere
⁊ bonū promouere. Si vnuꝫ iſtoꝝ deſit bellum dicitur iniuſtū ⁊ illicitum. ¶ Pro vlteriori declaratione

iſtius materie hoſti.in illa extrauagante innocentij pro humani in glo.ſua ſuper verbo diffidatus que
decretalis eſt hodie in ſexto ſub titulo de homi.ponit ſeptem ſpecies.belli. Prima ſpecies eſt bellum
rationale ſcilicet contra infideles.l.hoſtes.ff.de capti. Secunda ſpecies eſt bellum iudiciale quod fit
auctoritate iudicis contra contumaces ⁊ pro defenſione iuriſdictionis in.l.que reſtituere.ff.de rei vē
di. Tertia ſpecies eſt bellum preſumptuoſum. C.de ſeditioſis.l.i.⁊.ij. Quarta ſpecies eſt bellum licitū
⁊ dicitur bellum licituꝫ quotiens fit auctoritate iuris. C.quando.li.vnicuiꝗ ſine iudi.ſe vindi.l.i.⁊.ij.
⁊.l.vt vim.ff.de iuſti.⁊ iur. Quinta ſpecies belli dicitur bellum temerarium quando contra auctorita-
tem iuris bellatur.de ſen.excom.c.perpendimus.⁊.c.in audientia. Sexta ſpecies eſt bellum volunta
rium quando ſine cauſa fit guerra.xxiij.q.i.c.noli. Septimum dicitur bellum neceſſarium ſe defendē
do contra voluntarie ſe impugnantes.de reſti.ſpo.capitulo olim.⁊ de ſen.excom.ca.dilecto lib.vi. Et
iſtorum dicit hoſti.ꝙ quattuor ſunt iuſta.ſcilicet rationabile iudiciale licitum ⁊ neceſſarium. Et vlteri
us dicit idem Hoſti.ꝙ bellum iuſtum debet precedere diffidatio.in.c.pro humani allegato.quod inten
dit quando eſt bellum de chriſtianis ad chriſtianos ⁊ quando fit iuſta de cauſa que inꝰ principe preſu-
mitur iuxta legem omnium. C.de teſta.iuncta lege humanum.de legibus. Johan. Blanchi in ſūma
qui mo.feu.amit.§.⁊ debet dominum iuuare.ponit aliqua notabilia.ſcilicet ꝙ iuſtum bellum dicitur
ex perſona.ex re ex cauſa ex animo.⁊ ex auctoritate. Ex perſona ſcilꝫ vt prelians ſit ſecularis ⁊ non ec-
cleſiaſticus propter effuſionem ſanguinis extra nec eſe.vel mo.c.clericis.⁊.xxiij.q.viij c.clerici.⁊.c.ſepe
niſi in neceſſitate ineuitabili extra de homici.c.poſtulati.⁊ de ſen.excom.c.ex timore. Et ideo dicit In-
nocen.in.c.olim allegato.ꝙ prelatus in prelio poteſt intereſſe ⁊ proſequi ſed non occidere. Ex re ſcilꝫ
vt fiat pro rebus defendendis vel pro defenſione patrie vel legum paternaruꝫ.xxiij.q.ij.ca.i. Itē dicit
Inno.in.c.ſi nulla.xxiij.q.viij ꝙ clerici pro tali cauſa pugnantes ⁊ lapides vel ſimilia iacientes:dum
tamen non occidant non ſunt irregulares:vt de cle.percuſ.c.pe.⁊ vltimo. Ex cauſa ſcilicet quando pro
pter neceſſitatem pugnatur.ſcilicet vt per pugnam pax acquiratur.xxiij.q.i.noli. Ex animo vt non fiat
propter odium vel vltionem vel cupiditatem:ſed propter charitatem iuſticiam ⁊ obedientiam ⁊c.ea.q
ca.quid culpatur. Et auctoritate hoc eſt auctoritate eccleſie ſi eccleſia ſit ſuperior indicentis bellum
et maxime quando pugnatur pro fide vel auctoritate principis ſecularis ſi ſit ſuperior indicentis bellū
vt in dicto.c.quid culpatur.⁊ per Bar.in.c.explicamus.de hereticis. Et concludit dictus Joh.blan
chi ꝙ niſi alterum ex predictis interueniat non eſt iuſtum bellum.nec compellitur vaſallus dominū
ſuum iuuare. Sed quia de vaſallis fit hic mentio. ¶ Queritur vtrū vaſallus teneatur dnm ſuum iuua
re proprijs ſumptibus. Docto.dicunt quia aut queritur vtrum vaſallus teneatur iuuare dominuꝫ ſu-
um in patria ⁊ non eſt dubium quin ſic etiam proprijs ſumptibus dum tamen habeat feudum ſuffici-
ens ex quo poſſit facere ſumptus alˀs dominuꝫ ſuum non debet iuuare niſi domini ſumptibus.ar.ff.
de ope.liber.l.ſuo victu.⁊ duabus.ll.ſe.in auctē.de mā.prin.§.illud quoꝗ.ff.ſi ſeruitus ven.l.⁊ ſi forte
§.etiam.l.idemꝗ.§.idem habeo.ff.manda.l.mein.§.vxore.de an.leg.⁊ ibi per Barto. Aut queri
tur an teneatur vaſallus iuuare dominum ſuum extra patriam ⁊ dic ꝙ ſic.domini ſumptibus pro quo
l.modios.in fi.cum ibi notatis.dum tamen dominus habeat iuſtam cauſam ⁊c. ⁊ hoc quo ad furtum
⁊ rapinā. ¶ Sequitur in textu ſecunde partis diuiſionis littere vſurator vbi dicit actor noſter ꝙ vſura
rij tenetur ad reſtitutionem.vnde vſurarius eſt qui capit aliquid vltra illud quod mutuat aut accipe-
re intendit. ¶ Pro declaratione iſtius eſt notandum ꝙ quedam ſunt res quarum vſus eſt ipſarum cō
ſumptio ſicut tunica.vinum:bladum:oleum:ligna:⁊ ſimilia:⁊ in talibus rebus cum non habeant vſu
fructum non poteſt ſeorſum computari res ⁊ vſus rei:ſed cuicunꝗ conceditur vſus rei talis ⁊ ipſa res
conceditur ⁊ cuicunꝗ tales res conceduntur per mutuum transfertur in eum cui mutuantur ipſaruꝫ
rerum dominium:ideo quicunꝗ mutuat alteri pecuniam bladum vinū ⁊c.non poteſt retinere ſuper il
lud dominium cum vtendo corrumpantur:⁊ ideo vſus talium rerum vendi nō poteſt: quia ſi quis vel
let vendere bladum vinum ⁊c.⁊ ſeorſum vſum vini vel bladi venderet bis eandem rem vel venderet
id quod non eſt cum vinum ſit iam potatum.vel bladū comeſtum ⁊ ſic contra iuſticiam faceret ⁊ pec
caret in.c.ſi feneraueris.xiiij.q.iij. Similiter qui mutuat vinum aut triticum ⁊ petit vnam recompen
ſationem equalis rei vel aliam reconpenſationem:pro precio vſus rei contra iuſticiam facit ⁊ tale mu
tuum ſiue venditio vſura eſt que ſm Papiam dicitur incrementum fenoris: et ſic de omnibus talibus
rebus que vtendo conſumuntur pro vſu rei nihil accipiendum eſt:quia vſura ⁊c. Sunt autem alie res
quarum vſus non eſt ipſarum conſumptio ⁊ habent vſufructum ſicut ager equus domus ⁊ conſimi-
lia.⁊ in talibus poteſt ſeorſum vendi res ⁊ vſus rei:vt cum aliquis mutuat equum aut agrum aut do-
mum ⁊c.poteſt pro vſu rei talis accipere preciū:nec in hoc peccat.ff.de iureiurando.l.eum qui.et in

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

glo.c.ſi feneraue ris allegati. Breuiter dicendum eſt ꝙ cum vſuram vtriuſqꝫ teſtamenti pagina deteſtetur.de vſur.c.ſuper eo.vſurarius mutuando pro vſura peccat ⁊ ad reſtitutionem tenetur nec propter hoc peccat qui propter neceſſitatem ſuaꝫ accipit pecuniam alterius ſub vſura: quia ſua neceſſitate ſubuenit. Secus eſſet ſi abſqꝫ neceſſitate hoc faceret:quia ſic accipiens peccaret ⁊ vſurariuꝫ induceret ad peccandū. Item ille eſt particeps peccati vſurarij qui ſibi prebet aut preſtat pecuniā vt ex ea vſuram exerceat. Ex quibus inducitur ꝙ non licet pro pecunia mutuata vel quacunqꝫ alia re que vtēdo conſumitur plus exigere ꝙ̄ quantitatem pecunie vel rei mutuate ſeu valorem tempore quo mutuatur. Unde manifeſte vſuram cōmittunt qui bladum vinum ⁊ huiuſmodi mutuant vel vendunt ad precium tempore ſubſequenti:quia tunc vſum rei iam conſumpte vendunt; ſimiliter ⁊ tempus ſm cōpendium ſeptem ſacramentorum. Item illi qui vendunt res ſuas carius ꝙ̄ ſit iuſtum preciū propter expectationem ſolutionis vſuram cōmittunt:quia expectatio ſolutionis habet rationem mutui:et in hoc etiā tempus vēdunt in ca.conſuluit.de vſur.⁊ per docto.ſuper illud Luce ſexto. Mutuū date nil inde ſperantes. Similiter qui emit rem minus ꝙ̄ ſi iuſti precij propter anticipationem ſolutionis vſuram cōmittit:quia illa anticipatio temporis habet rationeꝫ mutui cuius quoddam precium eſt illud quod diminuitur de iuſto precio ⁊ hoc maxime in rebus que tradi non poſſunt:ſicut ſunt illi qui emūt bladum in herba ⁊ huiuſmodi. Item qui debet ad certum terminum pecuniam vel aliud ſi aliquid ſibi dimittatur vt citius ſoluat per cautelam ſuam vſuraꝫ cōmittit:quia tēpus ſolutionis venditur: et ad reſtitutionem tenetur:nec excuſatur per hoc ꝙ ſoluendo ante terminum grauatur vel a creditore iudicatur ad hoc ſm cōpendiuꝫ ſeptē ſacramentorum. Similiter illi qui pecuniam accipiunt mutuo ſub vſuris et volentes recuperare vſuras vendendo pannos aut alia mobilia pluſꝙ̄ valeant propter expectationeꝫ ſolutionis vſuram cōmittunt cū in hoc tempus vendatur: ⁊ illa expectio rationem habeat mutui.nec poſſunt ſe excuſare eo ꝙ volunt ſe ſeruare indēnes recuperando in hoc vſuras quas debent. Poſſunt tamen mercatores licite vendendo res ſuas repetere moderatas expenſas quas fecerunt in portatione earum ſicut patet in pannis ⁊ conſimilibus rebus: non tamen poſſunt repetere expenſas ſuperfluas in.c.nauiganti.de vſur. ¶ Item ſciendū eſt ꝙ ſi alicui pro pecunia obligetur domus:ager.aut alia res cuius vſus precio extimari debet ille qui mutuauit vſum illius rei dꝫ cōputare in ſolutioneꝫ ⁊ reſtitutionem pecunie mutuate.in.c.i.⁊.ij de vſur.⁊ ſm Iohan.an.ibi. Niſi forte talis res fueris:cuius vſus inter amicos concedi conſueuit ſine precio ſicut liber ⁊ hmōi. ¶ Notandū eſt ꝙ decime ex debito requirūtur:⁊ qui eas dare noluerint res alienas inuadunt per beatū Tho.lxxxvij.q. Unde geñ.xxvij. Habetur cunctorū que dederis mihi decimas tibi offerā. Itē.xvi.q.i.c.decime. Habetur ꝙ de militia negociatione de artificio debēt decime reddi.⁊ idē Aug.tamen de male acquiſitis que homo tenetur reſtituere non debet decimas ſoluere:tamen ſi ager ſit emptus de vſura de fructu eius tenetur vſurarius decimas dare ſi fructus illi non ſint ex vſura: ſed ex dei munere per btm̄ Tho. in ſecūda ſecunde.q.lxxxvij. Sed de illis que acquirūtur ex turpi queſtu:ſicut meretricio:hyſtrionatu ⁊c.que non tenētur reſtitui quid iuris:dico ꝙ talium debent decime ſolui:tamen eccleſia abſtinet a talium decimis ne videatur eoꝝ peccatis cōmunicare de premitijs ſit mentio per beatū Tho.q.lxxxvij. ¶ Queritur nūquid ille qui mutuat ⁊ dānū incurrit ex mutuatione pecunie ſue vel conſimilis rei poterit damnum repetere. Solutio dicendum eſt ꝙ ille qui ſolummodo amore ⁊ beniuolentia mutuat alteri pecuniam vel aliam rem ⁊ non pro precio poteſt ex pacto deducere cum eo qui mutuū accepit recompenſationem damni quod mutuans incurrit ex hac mutuatione ſicut cum debet reddere pecuniam ad certam diem: ⁊ ille non ſoluit propter defectum ſolutionis mutuans damnum incurrit poteſt repetere damnum ſuum: nec hoc eſt pecuniam vendere: ſed ſe indemnem ſeruare extra de fideicom.capitu.peruenit:⁊ duodecima queſt. ſecunda.capitu ſi quis.⁊.ff. pro ſocio. lege ſocium: quia ꝙ̄uis vſura non veniat in mutuo venit tamen intereſſe. Caſus eſt notabilis extra de foro competen. capitulo dilecti.⁊.ff.de in litem iurando.lege numerus.⁊.C.de ſumma trinitate. lege cūctos populos.⁊ ſufficit confeſſio ſuper intereſſe facta in carta mutui.vt notatur.ff. pro ſocio.lege ſociū. ¶ Queritur nunquid obſequium poteſt accipi pro pecunia mutuata. Solutio dicenduꝫ eſt ꝙ beniuolentia amor et huiuſmodi poſſunt ex mutuo recipi cum non poſſint pecunia menſurari. Munus tamen ab obſequio vel a lingua non poterit repeti:ſicut nec munus a manu cum poſſit menſurari pecunia: quod patet in ſeruitoribus qui obſequium ſuum vendunt et ſimiliter in aduocatis qui laborem ſui conſilij et penam vendunt. Uerumtamen tale munus ab obſequio vel a lingua ex ſola beniuolentia poteſt accipi non autem ex recompenſatione mutuate pecunie. Similiter poſſet accipi munus a manu vel donum gratuitum: non ex pacto tacito vel expreſſo: quod etiam dans donaſſet an

teꝙ̄ mutuo recepiſſet.ideo donum ex beniuolentia ſolummodo poteſt mutuans recipere: quia per mutuationeꝫ nō ſit peioris conditionis in.c.putauit.xiiij.q.iij ca.pleriqꝫ. Super premiſſis nota ꝙ licet non poſſit pro pecunia mutuata plus exigi ꝙ̄ pecunia.tamen ille qui committit pecuniam mercatori vel artifici per modum ſocietatis poteſt ſcilicet ille qui mutuat partem lucri quod ex ea prouenit repetere ſicut de re ſua:quia dominium pecunie non transfertur in eum cui committitur pecunia: ſed magis remanet apud mutuantem:⁊ hoc intelligitur quando periculum dāni non ſolum ſpectat ad ſuſcipientem ſed etiam ad mutuantem. Et ſic eſt licitum ꝙ vnus ſocius det pecuniam ⁊ alius ſub ea laborem.in.l.vnica.ff.pro ſocio. ¶ Queritur nunquid omnia que lucrata ſunt ex pecunia vſurata ſint reſtituenda. Solutio dicendum eſt ꝙ poſſeſſiones que ex vſuris ſunt comparate non fuerunt: nec ſunt eorum quorum fuerunt vſure:⁊ ideo non ſunt eis totaliter reſtituende cum ex induſtria ſua: ⁊ labore ſuo ille qui recepit vſuras eas acquiſierit. Et forte quia plus valent ꝙ̄ vſure. Sed quia obligate ſunt hijs quorum fuerunt vſure. Ideo precipitur vt vendantur. Et ipſarum precia reſtituantur ſm quātitatem vſurarum receptarum. Et ſic intelligitur illa decretalis cum tu.de vſuris. Ille tamē qui recipit domum aut agrum aut pratum vel aliaꝫ rem que habet vſufructum ab alio ſub vſuris nō ſolum tenetur reſtituere domum aut agrum aut pratum ⁊c̄.ſed cum domo vel agro ⁊c̄.tenetur reſtituere omnes fructus inde perceptos:quia fructus illaruꝫ rerum ſequuntur eas ⁊ eis debentur in .c. conqueſtus.de vſuris.⁊.c.i.⁊.ij. ¶ Aliud tamen eſt de rebus que non habent vſufructum vt ſunt bladum:vinuꝫ ⁊ huiuſmodi:quia ſolum eas tenetur reſtituere ille qui eas vſuras recipit:nec illud quod acquiſitum eſt ex illis rebus eſt reſtituendum cum non ſit fructus earum:ſed humane induſtrie niſi forte per detrimentum eius rei alteri cuius eſt res que eſt per vſuram extorta ſit nimis damnificatus:quia ille tunc qui per vſuram eam recipit tenetur ad recompenſationem nocumenti. ¶ Queritur vtrum filij vſurariorum teneantur ad reſtituendas vſuras. Solutio.dicendum eſt ꝙ ſic per capitulum tua nos.de vſuris. Cuius textus eſt talis. Tua nos duxit fraternitas conſulendum quid ſit de vſurariorum filijs obſeruandum qui in crimine vſurarum eis defunctis ſuccedunt aut extraneis ad quos bona vſurariorum aſſeris deuoluta. Cariſſime.t.q.in litteris preſentis reſpondetur ꝙ filij vſurariorum ad vſuras reſtituendas ea ſunt diſcretione cogendi qua parentes ſi viuerent cogerentur. Et ad ipm̄ circa heredes extraneos credemus exercendum. Unde deus dicitur punire filios ꝓpter peccata parentum:vt habetur exodi.xx.capitulo. Ego ſum deus zelotes viſitans peccata patrum in filios quod nō eſt intelligendum ad litteram quoniam vt habetur Eze.xviij. Filius nō portabit iniquitatem patris:nec pater iniquitatem filij:ſalteꝫ in peccatis actualibus:ſed dicit iniquitates patrū redire in filios qui oderunt ipſuꝫ.per quod oſtendit euidenter non ideo punire filios ꝗa peccauerunt patres:ſed quia eis ſimiles quodam hereditario malo deum oderunt per magiſtrum. xxxiij.diſtinctione.ſecundi ſententiarum. Uſurarij enim manifeſti ad communionem chriſtianam: ſepulturam dei:oblationem altaris recipi non debent ſm. Iohannem andree in capitulo quia in omnibus.de vſuris.⁊ hoc ſi in hoc peccato deceſſerint. ¶ Circa reſtitutionem faciendam propter dānū illatum in rebus ſciendum eſt quod aliquis damnificatur in rebus dupliciter. Unomodo quia aufertur ei quod actu habet ⁊ tale dannum reſtituendum eſt ſm recompenſationem equalem:ſicut comburendo domuꝫ vel interficiendo equuꝫ ⁊c. Reſtitutio debet fieri ſm valorem domus vel equi. Alio modo damnificatur aliquis quia impeditur ne adipiſcatur illud quod erat in via habendi. Et tale dānum non oportet reſtituere ex equali. Sed ſm iuſtam eſtimationem damni cum poſſit pluribus de cauſis impediri ſicut de blado ſeminato ⁊ lucro impedito et huiuſmodi: et ſic non tenetur damnificans ad totum prouentum reſtituendum:ſed ſolum ſm ratam ex ſcientia damni illati vel impediti ad arbitrium boni viri. De impedimento autem beneficij ne alter adipiſcatur. ¶ Notandum eſt ꝙ multipliciter poteſt impediri. Uno modo impedit quis iuſte ne alter beneficium vel prebendam obtineat intendens ad commodum et honorem eccleſie.ſcilicet vt detur digniori cum alter ſeu ipſe impeditus dignus non ſit:et talis non tenetur reſtituere. Alio modo impedit quis iniuſte.ſcilicet cauſa odij inuidie aut vindicte ⁊c̄. Et tunc impediens ſi ille qui impeditur nondum obtinuerit beneficium:ſed ſit ſolum in via obtinendi non tenetur ad reſtituendum equale:cum alter impeditus non ſit illud beneficium adeptus et poſſit pluribus de cauſis impediri. Sed tenetur ad recompenſandum ſecundum arbitrium boni viri. Si vero iam adeptus fuerit beneficium et iam ſit firmatum et impediatur impediens tenetur ad reſtitutionem equalem ſecundum ſummam ſeptem ſacramentorum ⁊ cetera. ¶ Queritur nunquid ſemper eſt facienda reſtitutio ei a quo res eſt ablata vel ei cui damnum eſt illatum. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſic:ſi poſſit inueniri vel heredi ſuo cum vna

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

perſona reputetur cum eo.ita ꝙ ſi fuerit multuʒ diſtans debʒ ei tranſmitti ⁊ precipue ſi ſit res magni valoris nec ex eo ſe teneat reſtituens grauatum ꝙ ei mittatur ⁊ expenſas faciat in mittendo:quia hoc eſt in recompenſatione damni illati quod alter habuit propter defectuʒ rei ſue. Si vero non poſſit ei comode mitti debet in loco tuto deponi vt pro eo ſeruetur. Si autem ille cui reſtitutio eſt facienda ſit ignotus:debet reſtitutio fieri ſm quod poteſt:ſcilicet per elemoſynas vel alio modo ſm conſilium eccleſie. ¶ Queritur vtrum ſtatim ſit ſemper facienda reſtitutio. Solutio dicendum eſt ꝙ plures ſunt caſus in quibus non eſt ſtatim facienda reſtitutio. Primus ſi reſtitutio cederet in dānum recipientis ſeu preiudicium vt puta reddere gladium iracundo. Secundus caſus eſt quando ced[illegible] in infamiam reſtituentis ſicut fur occultus debet captare tempus quo ſine diffamatiōe reſtituat. Tertius eſt quādo eſt impotentia in illo qui tenetur reſtituere: quoniam inanis eſt actio quam excludit inopia debitoris de re.iudi.ca.inactio enī tunc ſopitur:ſed non tollitur: ſcilicet ſi veniat inops debitor ad pinguiorem fortunam extra de ſolutione.c. ¶ Quartus caſus eſt quando ille qui tenetur eſt in extrema neceſſitate:qꝛ tunc ad ſuſtentationem nature propria fiunt cōmunia de verborum ſignificationibus.libro ſexto. Sʒ ponatur caſus ꝙ ille qui tenetur reſtituere ⁊ ille cui reſtitutio eſt fienda ſint ambo in extrema neceſſitate quid iuris. Solutio dicendum eſt cum diſtinctione:quia vel ille cui reſtitutio debet fieri deuenit primo ad extremaʒ neceſſitatem.vel ille qui tenetur reſtituere vel vterqʒ eodem tempore. Si primo modo debet ei reſtitui:tum quia primo fuit dominus rei.tum quia factus eſt pauper. Si vero ille qui tenebatur reſtituere primo deuenit ad inopiam non tenetur reſtituere. Si vterqʒ ſimul deuenerit ad inopian debet reſtitui domino principali qui nunq̄ deſiſtit eſſe dominus ſue rei ſm determinationeʒ Laudulphi.xv.diſtin.iiij. ¶ Queritur vtrum mercatores teneantur ad reſtitutioneʒ ſi cōmittant fraudem vendendo ⁊ emendo. Solutio dicendum eſt ꝙ cum emptio ⁊ venditio ſint inuente pro cōmuni vtilitate hominuʒ ſm ꝙ rei vnius alter indiget non magis debet eſſe in grauamen vnius ꝙ̄ alterius:ideo debet ſm equalitatem rei contractus inſtitui que equalitas rei ⁊ quātitas mēſuratur ſm preciū pecunie pro qua res datur:⁊ ideo ſiue preciū excedat quātitatem valoris rei vel res excedat precium tot aliter non eſt equalitas iuſticie: ⁊ ſic vendere carius aut vilius emere ꝙ̄ valeat eſt illicituʒ ſm ſe ⁊ peccatum. Verūtamen ſi in emptione aut venditione alter multuʒ leditur vt puta:quia vn⁹ multum indiget rei alterius ⁊ alter leditur ſi ea careat in tali caſu iuſtuʒ eſt vt non ſoluʒ reſpiciatur ad reʒ que venditur:ſed ad dānum quod vēditor incurrit. Et ſic ſubuenīēdo dāno vendētis poteſt res vēdi licite pluſq̄ valeat ſm ſe:licet non plus vēdatur neceſſitatem habenti. Si tamen vēditor non dānatur carēto re ſua non debet eam plus vēdere ꝙ̄ valeat:licet ille qui emit lucretur ex ea:quia vtilitateʒ que accreſcit alteri non eſt ſuū vendere:licet poſſit vendere dānum ſuū et ſic ad reſtitutionem teneretur. Quia tamen preciū earuʒ reꝝ non eſt ſm ſe determinatum. Inde eſt ꝙ modicum plus vēdere vel minus emere non tollit equalitatem iuſticie:ſed ſatis permittitur. ¶ Queritur quomodo venditio eſt illicita per defectum rei. Solutio dicēdum eſt ꝙ tripliciter. Uno modo ſm ſpeciem rei:ſicut ſi vēdatur aqua pro oleo vel ſtānum pro argēto. Si venditor cognoſcat defectū talem fraudeʒ cōmittit ⁊ ad reſtitutionem tenetur. Secundo modo venditio dicitur illicita ſm quātitatem que per menſuram cognoſcitur. Ideo ſi venditor ſcienter vtatur defectuoſa menſura peccat ⁊ ad reſtitutioneʒ tenetur. Tamen non ꝓpter hoc inconueniēs eſt eſſe diuerſas menſuras ſm diuerſitatem locorum ꝓpter diuerſitatem copie ⁊ inopie rerum quia vbi eſt maior copia rerum conueniens eſt eſſe maiorem menſuram ⁊ idem dicendum eſt de pondere. Hoc pertinet ad rectores ciuitatum et non ad priuatas perſonas. Tertio ex parte qualitatis vt ſi vendatur animal infirmuʒ pro ſano:qui ſcienter hoc facit fraudem cōmittit:⁊ in omnibus predictis vendens ſcienter peccat ⁊ ad reſtitutionem tenetur. Si vero ignoranter hoc fecerit non peccat vendendo:ſed quando ad eius cognitionem peruenit debet recompenſare emptori. Et ſicut ex parte venditoris fraus cōmittitur ſic quandoqʒ ex parte emptoris: ſicut quando venditor ignorat rem ſuam precioſam vt ſi det aurum purū quod credit eſſe auricalcum emptor ſi illud cognoſcat iniuſte emit minoris precij ꝙ̄ valet:⁊ ſic in omnib⁹ alijs rebus que minus vendūtur ꝑ ignorantiam vendentis ⁊ cognitionē ementis. Sic etiam de illo qui vendit aurum purū pro auro ſophiſticato.⁊ emens cognoſcit ad reſtitutionem tenetur. ¶ Similiter ſi vendat aurum per arcumiam factum pro vero auro fraudem cōmittit cum non ſit aurum:ita precioſum in ſubſtantia ſicut veruʒ aurum. ¶ Queritur nunquid venditor tenetur ſemper dicere vicium rei quam vendit. Solutio dicendū eſt ꝙ ſi vicium rei que venditur occultum ſit venditor debet illud emptori manifeſtare alioquin doloſa eſt venditio ⁊ peccat venditor:quia dat ementi occaſionem damni ⁊ periculi:⁊ tenetur venditor ad reſtitutionem ſeu ad recompenſationem damni:ſicut ſi venderet equum claudicantem pro veloci vel

domum ruinoſam pro firma:⁊ cibum corruptum pro ſano ⁊ huiuſmodi. Si vero eſt vicium manifeſtum ſicut cum equus eſt monoculus ⁊ huiuſmodi:qꝛ licet non competat venditori:poteſt tamē eſſe competens alijs ſi ipſe propter iſtud vicium ſubtrahat de precio q̄ntum oportet nō tenetur ad manifeſtandum rei vicium:qꝛ forte ſi manifeſtaret illud peccaret emptor qꝛ propter illud vicium plus vellet ſubtrahere de precio ꝙ̄ eſſet ſubtrahendum. Bene poteſt tamen licite venditor indemnitati ſue cōſulere nō manifeſtando rei vicium ſed reticendo. ¶ Nota tamen ꝙ in re vicioſa vendenda cuius vicium venditor debet emptori manifeſtare non oportet ꝙ per preconem venditor illud vicium manifeſtet ⁊ pronunciet:qꝛ ſic terreret omnes emptores ab emendo qui al's rem nō cognoſcerent in quibus res eſt bona vel inutilis:ſed ſufficit ſingulariter ei dicere qui rem vult emere ⁊ cui poteſt omnes conditiones rei ſimul aperire ſcilicet bonas ⁊ malas:quia nihil prohibet eſſe in aliquo bonū et vicium ⁊ in multis conditionibus eſſe vtile:⁊ in multis inutile. ¶ Item ſuper hoc nota ꝙ res poteſt vendi ſm precium quod reperitur in illis locis vicinis. Unde ille qui defert ad locum vbi cariſtia eſt bladum ⁊ ſcit plura alios blada afferentes ꝑ quos melius forum habebit:poteſt bladū vendere ſm p̄cium quod ibi inuenietur nec tenetur de ratione iuſticie manifeſtare aduentū aliorum bladum apportantium. Si tamē hoc manifeſtaret vl' de precio ſubtraheret eſſet magne virtutis. De iſta queſtione tractatur per beatum Tho.ſcda ſcde.q.lxxvij. ¶ Queritur nunquid poteſt quis rem vendere pluſq̄ empta ſit. Solutio dicendū ꝙ rem abſolute vendere ꝓpter cupiditatem l[illegible]ri ſolum eſt inhoneſtū ⁊ illicita eſt talis negociatio ⁊ clericis ꝓhibitum eſt rem vendere carius ꝙ̄ empta ſit. ¶ Si autē propter aliquem finē honeſtum vt lucrū moderatum querat ad domus ſue ſuſtentationē vl' ad ſubueniendū indigentibus:aut ꝓpter publicā vtilitatem.ſ.ne res que ſunt patrie neceſſarie deſint:ſic talis negociatio licita eſt ⁊ lucrum expedit non vt queratur quaſi finis ſed vt ſtipendiū laboris:nec proprie talis eſt negociatio. ¶ Sed ille qui rem emit ſolūmodo vt carius vendat negociatur: qꝛ ſolum lucrum querit ⁊ turpis eſt queſtus. Sed ille qui emit nō vt vendat ſed vt teneat ꝓpter neceſſitateʒ ſubleuādam:⁊ poſtmodū ꝓpter cauſam neceſſariam vendit nō negociatur:nec talis venditio eſt negociatio:licet carius vendat ꝙ̄ emerit pluribus de cauſis. ¶ Prima qꝛ rem meliorauit:vel quia precium rei immutatum eſt ꝓpter loci diuerſitatem aut temporis vl' propter periculum cui emendo ſe exponit vehendo tranſferendo res ſuas de loco ad locum vel eas ferri faciendo:aut propter alias neceſſitates occurrentes:⁊ ſic vendendo res pluſq̄ ſint empte nō eſt negociatio abſolute ſed iuſta venditio. Negociatio [illegible] clericis eſt prohibita ꝓpter lucrum terrenorum cuius eſſe debent contēptores ne animum ſuum a diuino ſeruitio ſubtrahant ad quod ſpecialiter ſunt deputati.ij.ad Thimo.ij. Nemo militans deo implicat ſe negocijs ſecularibus :vt placeat ei cui ſe promiſit. ¶ Queritur circa premiſſa vtrum per p̄ſcriptionē aliquis excuſetur a reſtitutione. Solutio:dicendum eſt ꝙ preſcriptio mala fide habita nō valet.ideo ſi quis longo tempore mala fide preſcripſit ſm ius canonicum reſtituere tenetur reddendo quod abſtulit. Nam ius canonicum ſemꝑ tendit ad cōmodum animarū. Nullus autem in peccato mortali exiſtens ſaluari poteſt. Ideo qui mala fide preſcripſit eſt in peccato mortali cum rem alterius retineat iniuſte. Peccatum aūt nō dimittitur niſi prius reſtituatur ablatum ſm Auguſtinū.xiiij.q.v.niſi res. Quod aūt talis preſcriptio mala fide habita non ſit ſine peccato habetur extra de preſcrip.ca.quoniā omne:vbi dicitur ꝙ omne quod nō eſt ex fide peccatū eſt. Sinodali iudicio diffinimus vt nulla valeat abſqʒ bona fide preſcriptio tam canonica ꝙ̄ ciuilis cuʒ generaliter ſit omni cōſtitutioni derogandum que abſqʒ peccato mortali non pōt obſeruari. Unde oportet ꝙ qui preſcripſit in nulla parte temporis conſcientiā habeat rei aliene. Si quis vero preſcribit bona fide poſſidendo non tenetur ad reſtitutionem. Etiam ſi ſciuerit alienam fuiſſe rem poſt p̄ſcriptionem. ¶ Pro cuius maiori declaratione eſt notandum ꝙ preſcriptio eſt acquiſitio dominij vniuerſalis vel directi per continuationem proceſſionis temporis a lege diffiniti.ff. de vſucapio.l.iij. Unde directum dominium habet qui eſt verus ⁊ principalis dominus. Utile autem quando in veritate non eſt dominus ſed habet vtilitatem. Et differunt vſucapio ⁊ preſcriptio:qꝛ vſucapio eſt in mobilibus: preſcriptio in immobilibus. C.de edic.diui.adri.tollen.l.finali. Item differunt:qꝛ vſucapio completur trienio:preſcriptio non. Item vſucapio eſt fauorabilis preſcriptio odioſa. Conueniunt tamen in hoc qꝛ vtrobiqʒ requiritur iuſtus titulus ⁊ bona fides ⁊ continuatio poſſeſſionis.de preſcrip.ſi diligenti. Preſcriptio enim eſt inter preſentes decennio:⁊ inter abſentes.xx.an .C.de preſcrip.lon. tem.l.diutina. Tamen quedam ſunt perſone quibus nō obijcitur longi tēporis preſcriptio ipſo iure vt pupilli ff.de acqui.re.domi.l.bone fidei. Item res fiſci.inſti.de vſucapio.§.res fiſci. Iteʒ fundus dotalis nō poteſt preſcribi.ff.de fun.do.l.ſi fundus. Item reſpublica ciuitatis. Item res furtiue. Iteʒ res ſacre

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

inſti.de vſucapionibus.ꝗuis ſm aliquos res ſacre poſſint ꝑſcribi quadraginta annis:vt vtuntur dñi
temporales qui retinent decimas a ſummis pontificibus ad tempus ei ꝯceſſas pro expellendo inimi
cos fidei ⁊ male faciunt quia quod pro neceſſitate temporis factum eſt ceſſat ceſſante neceſſitate.
Sed ceſſare pariter quodaꝫ vrgebat.i.q.i.quod pro neceſſitate.de illa materia qui voluerit vlteriora
querere videat de preſcrip.capittulo cum non liceat.xvi.q.iij.capi.i.actione.¶ Queritur quid iuris de
reſtitutione nocumenti illati in perſonam vt eſt abſciſio membri:defloratio virginis ⁊c. Solutio. Di
cendum eſt ꝙ abſciſio membri vel defloratio virginis non poteſt reſtitui ad equale:cum membruꝫ ab
ſciſum vel integritas carnis reſtitui non poſſit Tamē ſm recompenſationē ad arbitriuꝫ boni viri de
bet fieri reſtitutio:vt in pecunia vel honore ⁊c. Et hoc intelligitur de virgine que per violentiam cor
rūpitur quia ſi ex voluntate eius ſine fraude ⁊ violentia corrumperetur.non teneretur ad reſtitutōeꝫ
ille qui deflorabit. Unde magiſter ſententiarum in decimaquinta diſtinctio.quarta in fi.demit eñi in
iuſte quis alicui quod reſtituere non valet vt oculum vel vitam ⁊ huiuſmodi. ⁊ tamen ſi penituerit pec
cati cum amore condigne ſatiſfactionis veniam habet nec ideo quiſꝗ putet qui rem alienam iniuſte
abſtulit quam reddere poteſt de illo peccato penitere ac veniam conſequi niſi reſtituerit ablatum ⁊c.
Mutilans tenetur ad reſtitutionem ſm arbitrium boni viri:⁊ pro cura medicis ſoluenda ⁊ pro victu
miniſtrando quo careret mutilatus propter membrū mutilatū ⁊ toto tempore vite ſue extra de iniu
rijs ⁊ damno dato capitulo ꝑmo.ff.ad.l.aquil.qua actōne in principio tenetur.etiam mutilans ad cō
ſolationem afflicti ſeu multilati ⁊ ꝙ humiliet ſe ſibi.¶ Homicida vero debet puniri pena talionis ſm
leges. Tamen in propoſito credo ꝙ occidens tenetur propinquis occiſi.iuxta damnuꝫ ⁊ ſuffragia im
pendere pro anima occiſi ꝗuis nunꝗ poſſit equiualēter ſatiſfieri ſeu fieri reſtitutio. De leſione fame
quomodo debet reſtitui eſt notandum ꝙ tripliciter videtur quis alteri famā auferre. Uno modo verꝫ
dicendo ⁊ ordine debito ſeruato ſicut prodendo crimen vlterius ſm ordinem iuris : ⁊ ſic non tenetur
reſtituere.¶ Aliomodo verum dicendo ſed non ordine debito ⁊ tunc debetur ad reſtitutionem fame
quantum poteſt abſꝗ mendacio:ſcilicet dicendo ſe iniuſte alterum diffamaſſe. Et ſi famam reſtituere
nō poteſt debet ei alter recompenſare ¶ Alio modo falſum dicendo ⁊ iniuſte ⁊ tunc ſimiliter famaꝫ te
netur reſtituere ⁊ fortius ꝗ̄ precedens ita ꝙ quibus prodidit id eſt coram illis coraꝫ quibus diffama
uit tenetur dicere ſe malum dixiſſe ⁊ mentitum fuiſſe ac malum crimen ⁊ falſum alteri impoſuiſſe ideo
ſcribitur.xxij.q.c.magne ꝙ magne ſapientie eſt reuocare hominem ꝙ male locutus eſt. Et eſt bene ſi
gnificandum ꝙ illi qui ex officio ſuo habent prouideri ſaluti animarum peccant niſi infamiam propri
am a ſe repellant cum fama ſit neceſſaria ad edificationem proximi ſm Iſidorum de ſummo bono et
de accuſationibus capitulo qualiter.habetur ꝙ paſtores ſunt ſicut ſignum ad ſagittam quare debent
eſſe ſine macula.vt grex caleſcat odore boni exempli. Repellitur enim infamia dupliciter ſcilicet vel
cauſam infamie ſubtrahendo vel linguas detrahentium compeſcendo.¶ Sequitur in textu actoris
ſymon vbi actor vult dicere ꝙ ſymoniacus tenetur ad reſtitutionem ⁊ eſt proprie ſymonia emere vel
vendere aliquod ſpirituale ſeu annexum ſpirituali.vel alio modo ſic ſymonia eſt ſtudioſa voluntas
emendi vel vendendi aliquod ſpirituale ſeu annexum ſpirituali.i.queſtio.i.in continuatione cauſe et
prima queſtione tertia capitulo ſtudent. Et dicitur ſymoniacus a ſymone mago qui ꝑmus fuit huius
ſceleris actor. Symoniacus enim quantuncunꝗ ſit occultus ipſo iure eſt ſuſpenſus de ſymonia capi
tulo tanta. Symoniacus enim non poteſt ſaluari niſi renunciauerit beneficio ſymoniace acquiſito ⁊
niſi reſtituerit omne illud quod per ſymoniam fuit acquiſitū vndiꝗ ꝑma queſtione tertia capitulo ſi
quis dator. De iſta materia tractaui latius in capitulo de auaricia. Sequitur in textu vrēs.ſuper quo
eſt notandum ꝙ combuſtores ſacrorum locorum domorum ſegetum ⁊c.ſi impenitentes mortui fue
rint carere debent chriſtianorum ſepultura vt excommunicati. Iohannes andreas in capitulo ſuper
eo de raptor incēdio. Tamen ſi in vita reſtituant vel caueant de reſtituēdo in vita vel in morte admit
tuntur ad ſepulturam ⁊c. Et intellige ſi fuerint abſoluti ⁊ vere penitentes . Iohannes andreas in ca
pitulo in litteris de incendijs ⁊ in capitulo peſſimam. viceſimatertia queſtione octaua. Tamē non eſt
pretermittendum ꝙ incendiarij locorum ſacroruꝫ excōmunicati ab epiſcopis ſuis publica denuncia
tione a papa ſolum poſſunt abſolui ⁊ non ab epiſcopis in capitulo tua nos.de ſententia excommuni
cationis in cuius gloſa dicitur ꝙ incendiarij eccleſiarum ⁊ locorum ſacroruꝫ ipſo iure ſunt excommu
nicati. ¶ Alij autem incendiarij non ipō iure.¶ Sequitur raptor. Super quo eſt notandum ꝙ ſi a
liquis rapuerit virginem tenetur eam ducere in vxorem ſi velit.ſinautem tenetur eam dotare ad arbi
trium boni viri in.i. capitulo de adulterio et ſtupro. Si autem rapuerit ſponſam alterius. vt legitur.

Leuitici vigeſimo. Deutronomij viceſimo ſecundo ⁊ viceſimaſeptima. queſtione ſecunda. capitulo
omne itaꝗ.§.ſi quis debet mori.quia ibi dicitur ſi quis ſponſam alterius oppreſſerit morte moriatur
quia matrimonium violauit. ⁊ eadem queſtione capitulo deſponſatas puellas habetur ꝙ tam raptor
ꝗ̄ rapta niſi velint redire ad ꝑriſtinum ſtatum excommunicentur ⁊ anathematizentur ⁊ omni commu
nione priuentur. Mulier in ciuitate oppreſſa ſi non clamauerit rea eſt adulterij. Si in agro et cetera
Innocēa cenſetur. Uiolentum autem legibus ſubiacere deſtinamus trigeſimaquarta queſtione pri
ma capitulo. Non ſatis. Alia eſt rapina que dicitur ſacrilegium vt rapere mulierem ſacratam.rapere
ſacrum de ſacro.ſacrum de non ſacro.non ſacrum de ſacro.vt habetur in capitulo quiſquis decima
ſeptima queſtione quarta ⁊ per magiſtrum ſententiarum trigeſimaoctaua diſtinctione tertia ſenten
tiarum.¶ Alia eſt rapina que eſt ablatio rei aliene cum violentia. Unde Eccleſiaſtes vigeſimoquar
to. Qui aufert in ſudore panem quaſi qui occidit proximum ſuum. Tales raptores comparantur lu
po. Sopho.tertio. Iudices eius lupi veſpertini. Similiter comparantur leoni ⁊ vrſo. Prouerbioruꝫ
decimooctauo. Leo rugiens ⁊ vrſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem. De talib⁹
eñi loquitur dominus yſaie primo. Cum multiplicaueritis orationes veſtras non exaudiam quoniaꝫ
manus veſtre ſanguine id eſt peccato ſeu corruptione plene ſunt. Nec orationes bonorum pro eis fa
cte exaudiuntur quia aduerſantur eis lachryme pupillorum ⁊ viduarum.ſm beatum Auguſtinuꝫ ſu
per illud auribus percipe lachrimas iuſtorum nullum eñi profectum poteſt raptoribus facere rapina
nec corpori.nec anime Primo corpori quia ſubſtantie impiorum ſicut fluuius torrentis ſiccabuntur.
Iob. Nec anime quia de male acquiſitis non poſſunt facere opus fructuoſum iuxta illud. Ec
cleſiaſtici triceſimoquarto. Qui facit elemoſynam vel ſacrificium ex ſubſtantia pauperis eſt quaſi ille
qui victimat filium in conſpectu patris . Talium enim raptoruꝫ iudices erunt pauperes quos
ſpoliauerunt. Iob. Pauper ibi iuſticiam tribuit et cetera.quia de illa materia tractaui in ca.de aua
ricia. Sequitur in textu Iuris deceptor ſuper quo eſt notandū ꝙ iuris deceptores ſunt mali iudices
mali aduocati ⁊ notarij.praui teſtes ⁊c.qui malas cauſas ſcienter cōſulunt ⁊ conducūt ⁊ bonas frau
dulēter faciunt malas. Oēs eñi tales tenētur ad reſtitutionē de iudicibus peruerſis ⁊ aduocatis.xi.
q.iij. quaſi per totum. De periurijs ⁊ iuramētis indebite prolatis.vigeſimaſecūda.q.i.⁊.ij.quaſi ꝑ to
tum:⁊ ꝙ penitentia ſeptenni debent puniri vna cum ſatiſfactione condigna.xxxij.q.iij.c.hoc ipſum:
⁊ in capitulo neceſſarie.xxij.q.iij. De iſtis prauis iudicibus ⁊ aduocatis legitur ſm beatum Auguſti
num ꝙ ſunt ſimiles immo peiores hereticis:quia ſunt falſarij legum ⁊ canonum. Hereticus eñi quā
doꝗ ſuadet hominibus quod putat eſſe credendum: ſed malus aduocatus ſuadet iudici vt agat qđ
ſcit non agendum. Mali enim aduocati hoſtes ſunt iuſticie veritatis ⁊ equitatis quarum tamen ſe
amatores ⁊ defenſores profitentur:ideo de ipſis poteſt dici illud Yſaie quinquageſimonono. Conuer
ſum eſt retrorſum iudicium ⁊ iuſticia longe ſtetit corruit in plateis veritas: et equitas non potuit in
gredi. Aduocati enim mali ſunt hoſtes chriſti. Nam chriſtus in mūdum venit vt pacem faceret. Ad
uocati enim diſcordiam ⁊ litem amant ⁊ querunt. De talibus aduocatis legitur in quadam tragedia
ſenece ꝙ cuidam viſum fuit Neronem apud inferos vidiſſe balneantem miniſtros vero circa eum au
rum fluens infundentes. ⁊ inter cetera vidit chorum aduocatorum ad ſe venientem quibus dicebat
O venale genus hominum ⁊ aduocati amici noſtri huc accedite ⁊ in hoc vaſe omni genere tormento
rum repleto mecum balneamini ad huc enim vobis ſupereſt locus. Similiter falſus teſtis tenetur
ad reſtitutionem damni quod ille contra quem teſtatus eſt male incurrit ſm Laudulphum decima
quinta diſtinctione quarti ſententiarum et ſecunda queſtione prima capitulo votum facientem. Se
quitur in textu Alienarumꝗ repertor. Super quo notandum eſt cum diſtinctione que habetur in
gloſa decimaquarta queſtione quinta capitulo Si quid inueniſti: vbi dicitur ſi inueni rem aliquam
habitam pro derelicta ⁊ intendam eam furari non committo furtum : ⁊ ſi non habetur pro derelicta
⁊ credaꝫ ꝙ ſic non cōmitto furtum. Si tñ non habeatur pro derelicta nec credo ꝙ habeatur ſi eo ani
mo accepi vt domino reſtituerem non cōmitto furtū alias cōmitto furtū ſi retineam.ff. de furtis.l.fal
ſus.§.qui alienum. Sed ſi quis inuenit theſaurum in loco ꝓprio ipſius eſt inuētoris. Si vero in loco
alieno caſu fortuito dimid⁹ erit ipſius inuētoris ⁊ dimid⁹ domini loci. Si vero ſtudioſe queſiuit ⁊ inue
nit in loco alieno totus theſaurus erit domini loci. Si vero in loco ſacro vel religioſo caſu fortuito
inuenit: totus theſaurus eſt inuentoris: inſtituta de rerum diuiſione.§.theſauros.C. theſaurum.l.ne
mo. Tamen credo ꝙ ſi aliquid inueniatur in loco ſacro ſiue caſu fortuito ſiue alio ꝙ debet reſtitui il
li qui amiſit ſi reperiatur: ſinautem debet conſilio diſcreti ſacerdotis ſeu confeſſoris poni in edifi

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cio eccleſie. Si autem in loco prophano aliquid reperiatur debꝫ repertor ſignificare rectoribus eccle
ſiarum propinquiorum vt notificent in generali ꝙ ſi ſit aliquis qui amiſerit ⁊c̃. ꝙ veniat ad ipſuꝫ ⁊ da
tis certis interſignijs rei amiſſe repertor promptus eſt reſtituere. Et ſi non reperiatur qui amiſerit de
bet repertor iudicio eccleſie erogare pauperibus ſeu in alia opera charitatis commutare. Multi
enĩ credunt ſine peccato eſſe ſi alienũ quod inuenerunt non reddant dicentes deus dedit mihi cui de
beo reſtituere diſcant hoc peccatum eſſe ſimile rapine. ſi qui inuenta non reddant capitulo multi. xiiij
queſtione quĩta. Si autem aliquis theſaurus in domo agro aut alia poſſeſſione alicuius reperiaẽ de
bet ei reſtitui in cuius poſſeſſione fuit res reperta. Et dico notanter theſaurus quia ſi Titius amiſerit
burſam ſuam ⁊c̃. In fundo Menij non pro tanto debet eſſe burſa menij immo titij in facto conſcien
tie. De illa materia teneo breuiter in facto conſcientie ꝙ ſi aliquid inueniſti quod fuerit alterius ſiue ĩ
loco proprio ſiue alieno debes reſtituere amiſſori ſi poſſis eum inuenire. Sin autem iudicio eccleſie
debes diſtribuere aliter non agitur penitentia niſi reddatur res aliena. decimaquarta queſtione ſexta
capitulo. Si res. ⁊ per beatum Auguſtinum in epiſtola ad macedonium: ⁊ per magiſtrũ decimaquin
ta diſtinctione. iiij. ſenten. Nec ideo quiſq̃ putet qui rem alienam iniuſte abſtulit quam reddere po
teſt de illo peccato penitere ac veniam conſequi niſi reſtituat ablatum ⁊c̃. Talia enim illicite acquiſi
ta non ſunt in bonis noſtris. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. vltimo. Et ideo de talibus non debet fieri
deo ſacrificium: cum debeat fieri de bene acquiſitis. Thobie quarto. De tua ſubſtantia honora dñm.
De illa materia tractabo latius in capitulo de elemoſyna. Sequitur in textu rector dilapidans. Sup
quo eſt notandum ꝙ alienatio rei eccleſiaſtice non tenet ⁊ qui eam alienauit excommunicetur niſi re
ſtituat in capitulo ſi quis preſbyterorum. de rebus etiam alienandis vel non in ſumma per Iohanneꝫ
andree. ⁊ quaſi per totum tituluꝫ. Item talis alienator deponendus eſt vt preuaricator diuinarum re
rum ⁊ preceptorum caſſata omnino venditione que facta eſt in capitulo non liceat. duodecima que
ſtione ſecunda. Item qui emerit aut perceperit aliquid ex predictis ⁊ non reſtituerit eccleſie iterum
que eccleſie ſunt anathema ſit vſq; dum fecerit loco preallegato. Rector enim eccleſie de bonis eiuſdẽ
eccleſie non licet quicq̃ donare commutare vel vendere niſi forte propter aliquod horum que ſequũ
tur. ſcilicet vt meliora recipiat ⁊ cum totius cleri conſenſu: vel ſanioris partis id eligat quod non ſit ec
cleſie dubium pro futurum in capitulo cum apoſtolica de hijs que fiunt a prelatis. Talibus enim dila
pidatoribus ⁊ alienatoribus ordine iuris pretermiſſo dantur coadiutores ⁊ interdicitur oĩs admini
ſtratio ⁊ eccl'e ꝯpetit actio pſonalis ꝯ alienatorẽ ⁊ actio ĩ reꝫ ꝯ poſſeſſorẽ. xij. q. ij. c. apl'icos nec tꝫ iura
mentum in preiudicium eccleſie factum etiam ſi alienans iuraſſet non repetere de iureiu ca. intellecto
Tñ bon eccleſie pñt alienari trib' modis. ꝑ alimonia paupũ. ꝑ redẽptiõe cap. iuoꝝ. ꝑ edificatiõe eccl'e
xij. q. ij. in ſumma capitulo aurum hoc eccleſia: ⁊ hoc de conſenſu illorum ad quos ſpectat: quia paſtor
propria auctoritate non poteſt in capitulo vt ſuper aliqua de rebus alienandis vel non alienandis
Breuiter videre meo dilapidatores ſunt omnes illi qui prodigaliter patrimonia eccleſie diſſipant et
alienant ordine indebito. ideo ſunt ipõ iure excommunicati. xi. q. iij. capitulo canonica. extra de ſentẽ.
excõmunicationis capitulo cõqueſti. ⁊. xvij. q. iiij. §. nullus res eccleſie diſtrahat. ¶ Sequitur in textu
quiuis damnum male donans. Super quo nota ꝙ quouiſmodo damnum quis infert alteri indebite
tenetur ad reſtitutionem. extra de iniurijs. ⁊ damno dato per totum. ¶ Sequitur in textu pars adie
cta ibi mandans conſilians ⁊c̃. vbi dicit actor noſter ſuccinte ꝙ nõ ſo'li actores: ſed mandantes iubẽ
tes conſilium dantes fautores ⁊ ceteri de quibus in littera fit mentio. tenentur ad reſtitutionem in ca
pitulo quante preſumptionis: de ſententia excommunicatõnis. Tamen ſi vnus reſtituerit integre alij
liberantur quo ad illum cui reſtitutio principaliter debet fieri: ſed tenetur quiſq; pro rata reſtituere il
li qui pro omnibus reſtituit: licet principalis actor primo ⁊ principaliter teneatur. vnde rei ſunt non
ſolum qui faciunt: ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Et ſecundum compendium ſeptem ſacramẽ
torum ſub paucis clauduntur illi qui tenentur ad reſtitutionem. vnde verſus. Iuſſio conſilium cõſen
ſus palpo recurſus. Participans mutus non obſtans non manifeſtans. Iuſſio ſcilicet qui iubet iniu
ſte accipere vel damnum inferre Conſilium id eſt qui dat conſilium accipiendi rem alienam ſeu dam
num inferendi alteri. Conſenſus id eſt qui conſentit vt alter damnificetur. Palpo. id eſt adulans faciẽ
ti ſcilicet dicendo eſſe ſtrenuum factum ⁊ huiuſmodi ex cuius adulatione ſequitur damnum alterius.
Recurſus. id eſt receptans dantes damnum vel adiuuãs vel defendens participans id eſt communi
cans vel ſocius maleficij. Mutus. i. ille qui videns maleficiũ tacet ſiue ſit pſona publica ſiue priuata
Non obſtans id eſt non obijciens malefactoribus cum hoc poſſit vel facto vel dicto vt ſunt principes

iudices ⁊c̃. Non manifeſtans malefactorem quando latitat. Omnes enim predicti tenentur ad reſti
tutionem: verũtamen principalis actor tenetur primo ⁊ principaliter. Et ſi nõ habeant vnde reſtitu
ant peniteant cũ bona voluntate reſtituendi: ⁊ recta intentione dum habuerint vnde ⁊c̃. Ex p̃miſſis
patet ꝙ omne alienũ debet reſtitui: vnde alienum dicitur illud quod detineẽ inuito domino. Et dici
tur alienum quinq; modis. Vno modo q: abſolute eſt ablatum. Secundo q: de vſura acceptũ. Ter
tio q: dãnum alicui intulit ſicut quando tenetur ad intereſſe. Quarto qñ ex aliquo fructifero ꝑuenit
vt habens agrũ in pignore niſi fructus computet in ſortem alienum retinet. Quinto alienum eſt qđ
acquiritur in ludo taxillorum vel ſimilium lucrorum que nõ habenẽ ex induſtria hoium ſeu ingenio
De ludo taxillorũ eſt notandũ illud quod habeẽ in glo. ca. clerici. de vita ⁊ honeſtate clericorum. ⁊ in
glo. xxxv. di. c. epiſcopus. vbi recitatur duplex opinio de acquiſitis in ludo taxillorũ. prima fuit ꝙ lu
crans in ludo taxillorũ nõ debet reddere pecuniã perdenti: ſed erogare pijs operibus in capitulo ple
riq;. de immunitate eccleſiarũ. ⁊ in glo. ca. clerici. de vita ⁊ honeſtate clericorum. Alia opinio eſt ꝙ il
le qui perdit rem in ludo taxillorum põt repetere: ⁊ ideo eſt ſibi reſtituendum. ff. de alea. l. prima in fi
ne. vbi diciẽ ꝙ ſi ſeruus vel filiuſfamilias amiſerit vl' illi qui nõ ſunt ſui iuris paterfamilias dominus
vl' tutor põt repetere vſq; ad quinquaginta annos pignus ſi expoſuerit ⁊ vſq; ad. xxx. annos pecuni
am: ⁊ ibidem notatur ꝙ ſi quis in illo ludo vendit hereditatem ſuaꝫ nõ tenetur de emptione accepta
ff. quarũ rerum actio non datur. l. ſecunda. §. vno. ⁊ rõ aſſignatur: q: licet ſorte in ludo taxillorum do
minium transferatur repeti tamẽ poteſt. Laudul. quidam venerabilis doctor ordinis fratrum mino
rum ſuper. xv. di. iiij. ſen. tenet ꝙ lucrans in tali ludo tenetur ad reſtitutioneꝫ. Et amittens poteſt re
petere vl' ſi nondum ſoluit poteſt nõ ſoluere. Secus eſt de ludo ſcachorum vbi potius humanum in
genium exercetur. Item ille qui trahit alium ad ludum fraudulẽter tenetur ad reſtitutioneꝫ. Tamen
alia opinio ponitur que talis eſt ꝙ ſi amittentes alio iuri ſubiecti ſint vt minores. xxv. annis ſerui fu
rioſi ⁊ ſimiles eis: vl' illis in quorum poteſtate ſunt debet reſtitui illud quod amiſerunt. Si autẽ nõ
ſint alieno iuri ſubiecti illud quod amittunt debet pauperibus erogari: quia vterq; eo facto priuaẽ
domino talis rei. ¶ Queritur vtrum mulier que per adulterium ſuſcepit puerum ⁊ dedit marito vt
ſuum filium teneatur ad reſtitutionem. Solutio: dicendum eſt ꝙ talis adultera debet ſuadere hone
ſtis vijs vt intret religionem talis filius quem cõcepit ab alio a ſuo marito: vl' ꝙ efficiatur clericus ⁊
viuat de beneficijs eccleſiaſticis: nullo modo tamen tenetur ꝑdere ſuum crimen nec filio ſuo dicere
⁊ ſi nullam viã tandem inuenire valeat ꝙ iſte ſpurius hereditatem dimittat debet de ſua dote ſi ha
beat vl' de aliquo alio agere ad emendã heredi legitimam quod ſi nihil habeat de peccato acerrime
doleat ſm Laudulphum ſuper. xv. di. iiij. ſenten. ¶ Queritur ſi quis preſcindat venas in fundo ſuo ꝑ
quas deriuatur aqua ad puteum vicini ſui taliter ꝙ aqua impediẽ facere curſum ſuum ſolituꝫ. ſcilicꝫ
ad puteum vicini nunquid teneẽ ad reſtitutionẽ. Solutio: dicendum eſt ꝙ nõ ſi hoc fecerit ſine frau
de proprie vtilitati conſulens puta q: vtile erat ſibi habere murum ibidem qui quidẽ murus nõ po
terat conueniẽter aliter haberi niſi per preſciſionem venaꝝ. ff. de regulis iuris. l. nemo damnatur. il
le caſus habetur in lege ſecunda. ff. de noui operis nunciatione. ¶ Sequitur in textu. Hij quib' ⁊c̃.
ab iſta parte vſq; ad illam ſi fuit ignarus confeſſor. ac. declarat poteſtatem ſacerdotis: quia aliquis
poſſet dubitare vtrum quilibet ſacerdos habeat poteſtatem abſoluendi ab omni caſu ſine exceptio
ne. Et actor noſter dicit ꝙ non: immo ſunt plures caſus in quibus confeſſor tenetur mittere peniten
tem ad dyoceſanum vt eum abſoluat: vel vt penitentem remittat ad ſummum pontificem ſm caſus
enormitatem: excepto caſu neceſſitatis vbi de morte penitẽtis timetur: quia tunc quilibet ſacerdos
poteſt abſoluere penitentem iniungendo ei ꝙ ſi conualuerit ⁊ neceſſitas ceſſauerit ꝙ adibit epiſco
pum ſuum vl' ſuum penitẽtiarum vl' ſummum pontificem pro maioribus peccatis pro quibus niſi e
minuiſſet articulus neceſſitatis erat remittendus: quia licet poteſtas ſacerdotalis que confertur in
ordine ſe extendat q̃tum eſt de ſe ad omnia peccata remittenda. Tamen quia ad vſum huius pote
ſtatis ſequitur iuriſdictio que a maioribus in inferiores deſcẽdit poteſt ſuperiori aliqua ſibi reſerua
re in quibus iudicium inferiori nõ cõmittit ⁊ enumeratur cõmuniter ſexdecim caſus pro quibus ſim
plex ſacerdos debet remittere penitentem ad ſuum ſuperiorem quiquidem caſus continenẽ in iſtis
verſibus. Qui facit inceſtum defiorans aut homicida. Tranſgreſſor voti periurus ſortileguſq;. Sa
crilegus patrum percuſſor vel ſodomita. Et mentita fides faciens incendia: prolis oppreſſor: blaſ
phemus: hereticus: omnis adulter. Clerum percutiens hs adeat preſulem. Inceſtus eſt concubitus
carnalis inter perſonas eiuſdem ſanguinis ſicut cum matre: filia cognata: ⁊ cetera. vel eiuſdem affi
nitatis: vt cum conſanguinea vxoris ⁊ cetera vſq; ad gradum prohibitum per canonem in ſua ſup
i iij

2ᵒ verſus ...

ma de affinitate ⁊ conſanguinitate: ⁊ ſicut cauſatur inceſtus ex parte viri ita ex parte femine quando
cognoſcitur mulier ab aliquo de ſuo ſanguine vſq ad gradum prohibitum ⁊ ita poſſet dici de compa
tre ⁊ commatre paterno ⁊ filiola ſi cõmiſceant ⁊c̃. De patre ſpirituali ⁊ ſua filia ſpirituali. Unde ſilue-
ſter vt recitat magiſter ſententiarum.xli.diſtinctione quarta. Admonemus vt ad ſuam penitentialez
nullus ſacerdos accedat quia ſcriptum eſt omnes quos in penitentia accepimus. ita noſtri filij ſunt
vt in baptiſmo ſuſcepti quorum omnium flagitioſa eſt commixtio ⁊c̃. Deflorans violenter virginem.
Alij dicunt quoquomodo extra bonum matrimonium ⁊ illud videtur dicere compendium ſeptem ſa-
cramentorum in titulo de penitentia ⁊ non primum ⁊ illud peccatum proprie dicitur ſtuprum ad p̄mū
capitulum refertur raptus qui eſt mulieris violenta oppreſſio. Homicida voluntarius: ſcilicet inſiniā
do: inuadendo conſilium ⁊ auxilium prebendo. adulando. conſentiendo. celando ⁊ diligentiam debi-
tam adhibendo: quia non ſolum qui manibus occidunt homicide ſunt: ſed etiam quorum auxilio. con
ſilio: mandato: fauore ⁊c̃. aliquis occiditur de penitentia diſtinctione prima capitulo periculoſe. ⁊ ca-
pitulo ſicut dignum de homicidio. Tamen notetis hic de voluntate occidendi ꝙ vbi factum ſequitur
voluntatem grauius eſt peccatum licet quo ad deum cenſeatur homicida volens occidere de penitē-
tia diſtinctione prima capitulo ſi cui. Nam grauior penitentia imponitur interfectori q̄ volenti inter-
ficere eadem diſtinctione capitulo homicidiorum: ⁊ octuageſima ſexta diſtinctione capitulo paſche.
Peccata enī que ſola voluntate committuntur ſola voluntate dimittuntur. ſm Bartholum arbitrij
ff. de pactis. l. ab emptione tamen illa praua voluntas dꝫ per penitentiā purgari: quia voluntas quo ad
deum reputatur pro facto in eo cui deeſt poteſtas in gloſa capitulo primo. extra de eo qui mittitur in
poſſeſſionem cauſa rei ſeruande. ¶ Ad illud propoſitum querit Bonauentura vtrū grauius peccat
qui vult et non poteſt q̄ qui vult ⁊ facit cum vtrobiq ſit voluntas plena. Soluit idem doctor dicens
ꝙ ratione maioris contemptus opus non addit ad iniquitatem voluntatis quia volūtas plena auer
tit a deo per ſe ſicut cum eſt operi coniuncta. ſed ratione delectationis ⁊ damnificationis addit opus
ad nequitiam voluntatis. Magis enī delectatur fornicans actu q̄ voluntate ⁊ maius damnuꝫ infert
occidens actu q̄ voluntate: ⁊ ſm hoc exponitur gloſa qui addit opus voluntati apponit iniquitatem
iniquitati ſuper illud pſalmum. Saluum me fac ibi appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum et
non intrant in iuſticiam tuam ⁊c̃. ¶ Nota tamen ꝙ primum peccatum eſt que mala ſunt cogitaſſe.
¶ Secundum cogitationibus acquieuiſſe peruerſis. ¶ Tertium eſt quod mente q̄s decreuerit opere
complere. ¶ Quartum eſt poſt peccatum non agere penitentiā ⁊ ſuo ſibi complacere delicto de peni.
diſtinctione prima. c. q̄ obrem. §. ibidem ſuper tribus ſceleribus damaſ. ¶ Item eſt notanduꝫ ꝙ diffe-
rentia eſt inter peccatum ⁊ iniquitatem quoniam peccatum eſt opus. iniquitas autem qualitas men
tis in gloſa capitulo ille rex de penitentia diſtinctione tertia vbi dixit Ambroſius ꝙ peccatū eſt opus
iniquitatis quia ex iniquitate vt ex cauſa procedit. ¶ Queritur vtrum caſu occidens hominem teneat̄
homicida. Solutio. Dicendum eſt quia aut dabat operam rei licite ⁊ adhibuerit diligentiam quantā
potuit: ⁊ ſic ei non debetur imputari. extra de homicida. ⁊ capitulo dilectis: ⁊. c. et litteris. ⁊. c. vlti. ⁊. i.
diſtinctione. capitulo. ſi quis ⁊ tribus capitulis ſequētibus ⁊. c. ſi duo fratres: ⁊. c. hij que. eadem diſtin
ctione. Si autem non adhibuerit diligentiam quam potuit imputabitur ei propter negligentiam ſuā
que culpe videtur annumerari. aut non dabat operam rei licite ⁊ tunc ſiue diligentiaꝫ adhibuerit ſiue
non ſemper imputabitur ei. l. diſtin. c. ſi qui voluntate: ⁊ extra de homicida capitulo. continebatur. De
hoc tractabo latius in titulo de ſacramento ordinis. Tranſgreſſor voti id eſt extra caſum neceſſitatis
Super quo nota ꝙ votum eſt promiſſio facta deo de aliquo actu virtutis. Alio diffinitur ſic. Uotum
eſt alicuius boni cum deliberatione deo facta pollicitatio in ca. i. de voto ⁊ voti redemptione in gloſa.
¶ Ulterius notandum eſt ꝙ votum eſt duplex ſcilicet tacitum ⁊ expreſſum. Uotum tacitum fit ex ſola
cordis cogitatione. ⁊ diffinitur ſic. Uotum eſt conceptio melioris propoſiti animi deliberatione fir-
mata. Uotum vero expreſſum fit verbis vel ſignis: ⁊ diffinitur ſic. Uotum eſt teſtificatio quedam pro
miſſionis ſpontanee que deo ⁊ de hijs que dei ſunt proprie fieri debet per magiſtrum ſententiarū tri-
geſimaoctaua diſtinctione quarta vbi dicit idem magiſter ꝙ votum eſt duplex. commune ⁊ ſingulare
Commune eſt illud quod in baptiſmo omnes faciunt cum ſpondent renunciare dyabolo ⁊ pompis
eius. Singulare vt cum aliquis ſponte promittit ſeruare virginitatem vel continentiam vel aliquid
huiuſmodi. Item ſingulare diuiditur quia aliud eſt priuatum aliud eſt ſolenne. Priuatum eſt votum
in abſcondito factum. ⁊ ſm iuriſtas dicitur votum ſimplex quod fit mente deo vel nuda promiſſione
ſine ſolennitate ſpeciali. ¶ Uotum vero ſolenne fit in conſpectu eccleſie ſcilicet quando homo actuali

ter ſe deo dedicat per ſacri ordinis ſuſceptionem per profeſſionem debite regule debito modo facte
in manu ſuperioris cui profeſſio debet fieri per ſuſceptionem ſacri habitus qui tantum datur profeſ-
ſis per doctores trigeſimaoctaua diſtinctione quarta ſententiarum ⁊ de voto ⁊ voti redemptione. et
quomodo ſolennizatur votum habet videri viceſimaſeptima queſtione prima capitulo ſicut qui cleri
ci vel vouentes capitulo rurſus. In generali poteſt votum ſic diffiniri. Uotum eſt alicuius boni cum
animi deliberatione deo facta promiſſio. Notanter dicitur cum animi deliberatione. quia plura requi
runtur ad votum deliberatio voluntatis qua qui vouet debet prius deliberare in mente vtrum illud
quod vouere vult ſit ei expediens ⁊ an poſſit perſeuerare. ſecundo requiritur ꝙ ꝓpoſituꝫ ſit firmum.
Item proſpicitur promiſſio voti in qua ratio voti conſiſtit. ¶ Queritur vtrum poſſit fieri votum de
malo ſicut de bono. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſimpliciter votum eſt alicuius boni ideo de eo quod
malum eſt ſimpliciter non poteſt fieri votum: vt ſi aliquis voueat ſe fornicari aut hominem occidere
⁊ cetera. ¶ In omnibus talibus decretum voluntatis eſt mutandum ⁊ agenda eſt penitētia de tur
pi voto. Similiter votum non debet fieri de impoſſibilibus vt ſi voueat ſe non moriturum. Item
non debet fieri votum de indifferenti inquantum ſcilicet non eſt de materia virtutis vt leuare feſtucā
et huiuſmodi. Item non debet fieri votum de bono communi quod eſt omnibus neceſſarium et
ad quod omnes tenentur ſicut votum baptiſmale. Sed ſolum debet fieri votum de bono ſupereroga
tionis: vt religio ieiunij elemoſyna peregrinatio continentia et huiuſmo. ſi ſm compendium ſeptem
ſacramentorum. ¶ Queritur nunquid tenetur vouens ad implere illud quod vouit. Solutio.
Dicendum eſt quod ſic. Unde pſalmiſta. Uouete et reddite, quod exponitur ſi volueritis ad-
implete decima ſeptima queſtione prima et capitulo primo et capitulo Qui bona. ⁊ vigeſimaſecun-
da queſtione prima paragrapho primo. Sanctis eſt non vouere quam votū prout melius poteſt nō
perficere decima ſecunda queſtione prima ſanctus ⁊ facetus. Si tibi cõtigerit aliq̄d promittere ſanctis
Solue libens ne te fiat vindicta tonantis ⁊ intelligatur niſi occurrerit impedimentu ꝓpter quod nō
poſſit adimpleri. Unde licet homo cum deliberatione voueat ⁊ potuit adimplere quod vouit dum il-
lud vouit et poſtea fiat impotens ex aliqua cauſa ad ſoluendum votum non tenetur. Debet ta-
men facere quod in ſe eſt vt ſaltem habeat prōptam volūtatem faciēdi qd poteſt. vñ qui vouit religio-
nem aut ſp̄ale monaſteriū intrare ⁊ illi qui ſunt de monaſterio nolūt ipſum recipere dꝫ operam dare
q̄tum poteſt vt ibi recipiatur ⁊ ſi non bene poteſt ibi recipi: q2 illi de monaſterio illo nolūt: non tenet̄
aliam religionē intrare: q2 ad illam ſolū ſe obligauit conſenſu recipiētium ſuppoſito qui in talibꝰ ſem
per intelligit̄. Si vero intētionis ſue fuerit ſe obligare ad religionis ingreſſuꝫ ⁊ ex conſequēti eligit
hoc monaſteriū: ⁊ non poteſt in illo recipi debet alium locum requirere donec perfecerit qd promiſit.
Item ſi ille qui votum emiſit ſi ex propria culpa incidat in impoſſibilitatem ſoluendi debet de culpa
confiteri ⁊ agere penitētiam ſicut mulier que vouit virginitatem ſi poſtea corrūpitur nō ſolū ſeruare
tenetur qd pōt: ſcilicet perpetuā cōtinētiaꝫ: ſed de pctō qd cōmiſit debꝫ penitētiam agere ſm arbitriū
confeſſoris. ¶ Queritur qui ſunt illi qui poſſunt vouere. Solutio illi qui ſunt in poteſtate alterius nō
poſſunt vouere nec per votum ſe obligare hijs in quibus alteri ſunt ſubiecti: ſed in alijs in quibus nō
ſubijciuntur poſſunt vouere ⁊ ſe per votum obligare. vnde vir vel mulier ad annos pubertatatis per
ueniens ſue conditionis eſt arbiter nec eſt ſub poteſtate parentum q̄tum ad ea que pertinent ad per
ſonam ſuam: adeo poteſt ⁊ religionem intrare ⁊ matrimonium contrahere abſq conſenſu parentum
Nota ꝙ ſeruus qui eſt in poteſtate domini quātum ad operas perſonales non poteſt religionem vo-
uere vel aliud votum facere per quod ab obſequio domini ſui ſubtrahatur. Similiter nec religioſus
poteſt vouere ſine conſenſu ſuperioris ſui. nec vxor ſine conſenſu viri ſui. nec puella ſine conſenſu pa-
tris. Et nota ꝙ licet tales qui vouere non poſſunt de facto voueant non peccant vouendo ſi adimple
re non poſſunt: quia in voto eorum intelligitur debita conditio: ſcilicet ſi ſuis ſuperioribus placeat.
Uir etiam ſine conſenſu mulieris ſue continentiam vouere non poteſt nec econuerſo cum vir poteſta
tem ſui corporis non habeat: ſed mulier nec econtra. Et ſi alter eorum vouerit non eſt tenendum vo-
tum: ſed debent agere penitentiam de voto male facto. Ille eſt ſermo quem precepit dominus ſi quis
virorum votum domino vouerit aut ſi iuramento conſtrinxerit non faciet irrituꝫ verbū ſuum: ſed om
ne quod iurauerit implebit. mulier vero in etate puellari que eſt in domo patris ſui ſi vouerit aut ſe iu
ramento conſtrinxerit ſi cognouit pater eius ꝙ pollicita eſt ⁊ tacuerit voti rea erit ⁊ quiquid pollici-
ta eſt opere complebit. Si autem ſtatim vt audiuit pater contradixerit vota irrita erunt. Si vero
mulier maritum habuit ⁊ vouerit aliquid: ſi vir ſciens votum mulieris ſue in alteram diem diſtulerit

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

quicquid mulier vouit reddet:quia ſtatim vt audiuit tacuit. Si vero maritus audiens votuꝫ mulieris ſue voto contradixerit irritum erit votum mulieris ſue. Numeri tertio. Tamen licet vir non poſſit cōtinentiam vouere inuita vxore poteſt tamen ipſa inuita crucem vouere ⁊ accipere in fauorem negocij pro quo crux ſumitur ſicut poſſet militare pro domino ſuo terreno a quo feudum tenet abſq̧ cōſenſu vxoris nec propter hoc ſubtrahitur vxori omnino ius ſuum cum poſſit virum conſequi ⁊ ſatis probabile eſt ꝙ vxor debeat velle continere ad tempus ſubueniendo eccleſie generali. Tamen propter hoc ꝙ vir poteſt accipere crucem ſine conſenſu vxoris non ſequitur ꝙ mulier poſſit eaꝫ vouere ſine cōſenſu viri cum vir ſit caput mulieris. Item quia vxor cum maiori periculo caſtitatis diſcurrit per terras ꝙ vir. Et ideo vxor illud votum peregrinationis ſancte terre vouere non poteſt ſine conſenſu viri ſui licet vir illud poſſit ſine conſenſu vxoris. ¶ Queritur ad quos ſpectat votorum diſpenſatio. Solutio. Dicendum eſt ꝙ precipue ⁊ principaliter ad ſummum pontificem pertinet votorum diſpenſatio cum plenarie gerat vicem chriſti. Alijs tamen prelatis inferioribus committitur diſpenſatio in votis que communiter fiūt ⁊ que indigēs frequenti diſpēſatione ſicut in peregrinationibus ieiunijs:⁊ huiuſmodi. Vota autem maiora ſicut continentie peregrinatōnes terre ſancte reſeruātur ſummo pontifici. de illa materia. in titulo de voto ⁊ voti redemptione per totum. ⁊ per Innocentium ibidem ⁊ per doctores in trigeſimaoctaua diſtinctione quarti ſententiarum ⁊ trigeſimaſecunda queſtione quinta capitulo quod deus. De voto per beatum Thomam ſecunda ſecunde queſtione octuageſimaoctaua. Periurus. ſcilicet coram iudice vel pluribus ex quo ſcandalum oritur. Pro quo eſt notandum ꝙ periurium eſt falſum iurare. vt ait Auguſtinus in libro pſalmiſtarum ſuper. ps. Domini eſt terra. ⁊ vigeſimaſecūda queſtione ſecunda in principio capitulo predicandum. §. quod autem. ¶ Pro vlteriori declaratiōe eſt notandum ꝙ quattuor modis dicitur committi periurium. Uno modo ſi aliquis ignoranter falſū iuret ⁊ illud non eſt peccatum mortale cum credat verum dicere vigeſimaſecunda queſtione ſecunda capitulo beatus. Alio modo dicitur periurium factum iuramentum ſcienter falſum ⁊ illud eſt peccatū mortale:vt infra eodem capitulo homines. Alio modo dicitur periurium indiſcretum iuramentum ⁊ illud quandoq̧ eſt mortale vt vigeſimaſecunda queſtione quarta capitulo qui ſacramento ⁊ quandoq̧ veniale diſtinctione vigeſimaquinta. §. alias. capitu. Alio modo dr̄ periurium tranſgreſſio iuramēti ⁊ illud quandoq̧ eſt veniale quando fit indeliberate. vigeſimaſecūda queſtione quarta capitulo in malis quandoq̧ eſt mortale:vt infra eadem queſtione quarta capitulo ſi quid. tamen credo ꝙ hic intelligatur de periurio coram iudice vel coram pluribus vnde ſcandalum oritur. ¶ De vlterio declaratione iſtius materie videatur vigeſimaſecunda queſtione quinta capitulo qui periurat. ⁊ de penitentia ſibi danda per epiſcopum. eodem capitulo ⁊ pluribus alijs capitulis ſequentibus per magiſtrum vigeſimanona diſtinctione tertij ſententiarum ⁊ per beatum Thomam ⁊ plures alios doctores ibidē De ydolatria per beatum Thomam ſecunda ſecūde queſtione nonageſimatertia. Sortilegus huius pretextu intelliguntur diuinatores. incantatores. auxilium demonum inuocantes ⁊ eis reuerentiam exhibentes. De illa materia videatur vigeſimaſeptima diſtinctione capitulo virgines: ⁊. §. virgines. eodem de ſacrilegio per beatum Thomam in ſecunda ſecunde queſtione. xcix. Sacrilegus ſcilicꝫ auferendo rem ſacram de loco ſacro:rem ſacram de loco non ſacro:rem non ſacraꝫ de loco ſacro. Ad hoc capitulum refertur violatio eccleſiarum ⁊ locorum ſacrorum. ſcilicet hominem extrahēdo crimen fornicationis vel ſanguinis effuſionem in eis perpetrando ⁊ ſimiliter monialem vel mulierem ſacratam carnaliter cognoſcendo. Patrum percuſſor: ſcilicet voluntarie cauſa vindicte vel iniurie vel faciendo aliquid illicitum ex quo patris aut matris ſequitur percuſſio. Tamen notetis ꝙ ſi pater aut mater ꝑcuſſerit attrociter filium ſuum in ſacris conſtitutum ſcilicet excedendo modum debent remitti ad dyoceſanum. ſecus ſi fuerit conſtitutus in minoribus ordinibus. Sodomita vt hominis cum homine vel mulieris cum muliere extra vas debitum:vel cum bruto ⁊c̄. Ad hoc capitulum refertur omnis mollicı ei carnalis procuratio per contactum ⁊c̄. Mentita fides cum intentione decipiendi vel damnum inferendi vt in ſeruis apparet qui res dominorum ſuorum ſeruare debent. Similiter vbi alterum preiudicium generatur ſicut in debitoribus apparet qui fidem promiſſam dilatant. ¶ Ad hoc capitulum refertur omnis promiſſio pernicioſa:vt cum quis contraxit ſponſalia cum aliqua vel econuerſo. et poſt non diſſolutis iuramentis contrahit cum alia; vel econuerſo. Faciens incendia domorum ſegetum ⁊c̄. ꝓter caſum iuſti belli ſm̄ compendiū ſeptē ſacramentoꝝ. Tn̄ ſm̄ aliquos intelligitur nō denūciat⁹. q: ſi fuerit denūciatus ab ep̄o non poteſt abſolui niſi a papa. ¶ Prolis oppreſſor ſcꝫ ſponte. Et ad hoc capitulū refertur ꝓcuratio ſterilitatis et abbortiuoꝝ ⁊ ſi fetus ꝓcreatus ſeu formatus fuerit in vētre habens animam homicidium eſt. Et ad hoc capitulum refertur eius diſtinctio. ¶ Pro cuius maiori

declaratione eſt notanduꝫ ꝙ procurans venenum ſterilitatis non eſt homicida niſi ſoboles fuerit animata in ca. ſi aliquis: ⁊. c. ſicut enim extra de homici. xxxij. que. ij. capitulo quod vero: ⁊ per magiſtruꝫ ſentē. xxxi. diſtin. iiij. ⁊ per beatū Auguſti. ſuper exodū. de blaſphemia ꝑ btm̄ Thomaꝫ in ſecūda ſecūde. q. xiij. Blaſphemus omnis vſurpans quod eſt dei ſibi vel alteri a deo. ¶ Hereticus ſupple occult⁹ id eſt diuiſus a fide catholica: ſcilicet ſentiendo vel predicando vel quouiſmodo docendo contra articulos fidei ſeu contra determinationem ſacroſancte matris eccleſie. Omnis adulter: ſcilicet accedens ad thorum alterius vel thorum ſuū violans illicito concubitu ſiue vir fuerit ſiue mulier. Clerum percutiens: ſcilicet animo iniuriandi in ſe vel in rebus ſibi coniunctis ⁊ veſtimentis ⁊ huiuſmodi ⁊c. Et ſi atrox fuerit iniuria aut enormis abſolutio ſpectat ad ſummuꝫ pontificem. Hijs adduntur plures alij caſus in quibus debet confeſſor remittere penitētem ad ſuū dyoceſanū vt eum abſoluat vel eum remittat ad papā ⁊c. Unus caſus eſt cū clericus promouetur per ſaltuꝫ pretermiſſo aliquo ordine: vt ſi promoueatur in dyaconum p̄termiſſo ſubdyaconatur ⁊c. Alius caſus cum clericus facit ſe promoueri ſine licentia ſui dyoceſani. Ali⁹ caſus eſt tractātes in malis vſib⁹ eucacbariſtiā criſma ⁊c. Alius caſus eſt cum aliqui expoſuerint filios ſuos in hoſpitali vel in a'io loco. Alius caſus de hijs qui coeunt cum iudea vel ſarracena. Alius caſus cum penitens eſt vſurarius manifeſtus. Alius caſus eſt cum quis venit contra iuramētum ſuum licite preſtitum. Alius caſus ſi interdicti ſuſpenſi aut excōmunicati nominatim ſe iungant diuinis. ¶ Alius caſus cum ad monitionem sacerdotis excommunicatus non vult exire eccleſiam diuinum officiuꝫ perturbans. Alius caſus cuꝫ quis celebrat in eccleſia interdicta niſi clauſis ianuis. Alius caſus cū quis p̄ſumit ſepelire corpus excōmunicati in terra ſancta. Alius caſus cum quis preſumit ſepelire cuiuſcunq̧ in cimiterio: aut accleſia ſuppoſito eccleſiaſtico interdicto. Alius caſus cum neſcitur de iure cui debeat fieri reſtitutio debet penitens remitti ad epiſcopum: vt de epiſcopi conſilio fiat reſtitutio ſiue ablatiuorum ſiue inuentorum ⁊c. Alius caſus eſt cum quis trahit metas inter duas terras. Alius caſus eſt cum quis propria auctoritate abutitur litteris apoſtolicis talis enim debet remitti ad epiſcopum vt eum abſoluat vel remittat eum ad ſuperiorem ſm̄ enormitatem caſus. Caſus vero papales ſunt hij qui ſequūtur. Primus cuꝫ quis eſt hereticus publicus ⁊ monitus non vult deſiſtere. Secundus caſus eſt cum quis percutit clericum atrociter. Tertius eſt cum quis occidit patrem aut matrem ſcienter. Quartus caſus eſt cum quis incendit eccleſias ⁊ loca ſacra: tamen aliqui gloſant ꝙ talis incendiarius prius fuerit monitus per epiſcopum ⁊ excōmunicatus iu ca. tua nos de ſenten. excōicationis. Alij dicunt ꝙ ipſo iure eſt excōicatus ⁊ illud crederem tenendum. Quintus caſus eſt cum quis eſt falſarius litterarū papaliū. Sextus caſus eſt cum quis facit ſtatuta contraria eccleſie romane. Septimus eſt cum quis vouit votuꝫ tranſmarinū petri ⁊ pauli iacobi ⁊ religionis ⁊c̄. Octauus caſus cū quis p̄bet auxiliū ſarracenis contra xp̄ianos. Nonus caſus eſt cū quis obtinet beneficiū ꝑ ſymoniā ꝙuis aliqui dicunt ꝙ ſymonia ſit caſus epiſcopalis verūtamē non poteſt abſolui niſi renunciauerit beneficio ſymoniace acquiſito. Decimus caſus eſt cum quis celebrat excōicatus quia ſic eſt irregularis in capi. is cui. de ſenten. excōicationis li. v. Undecimus caſus ē cum quis eſt excōicatus a ſummo pontifice debet ad eū remitti abſoluēdus. Duodecimus caſus eſt cum quis cōicat in crimine cū excōmunicatis a papa. Decimus tertius eſt cū quid extorquet violenter ⁊ iniuſte ab eccleſia Decimus quartuscaſus eſt cum ſacerdos ſine diſpenſatione ſummi pontificis audit leges in ſtudio publico vel legit. Itē excōicatus dꝫ remitti ad excōicatoreꝫ abſoluendus ⁊c̄. Et notetis ꝙ ſi aliquis non habens poteſtatem iſtoꝝ caſuum intromiſerit ſe nō abſoluit īmo peccat grauit̄ ⁊ penitens ꝓ non confeſſo habetur niſi ignorantia eum excuſet. ſ. quia penitens eſt ſimplex homo credens ſacerdotem cui cōfitetur habere poteſtatem ſoluengi ⁊c: ſed hoc non eſt v̄tute clauiū collata tali ſacerdoti q: quo ad iſtos caſus aufertur ei: ſed ex mīa diuina quod pie credendum eſt ⁊c̄. Iſti qui audiunt cōfeſſiones nō debent ſe intromittere de abſolutione premiſſoꝝ niſi habuerint ſuꝑ his ſpeciale mandatū vel niſi perſone que in aliquo vel aliquibus p̄dictoꝝ inciderint caſuū fuerint a deo ſenes vel valitudinarij taliter ꝙ ad ſuos ſuperiores ire nō poſſunt vel niſi fuerint in articulo mortis conſtitute: tunc eis ſacramentum penitentie non denegetur: ſed nihilominus iniūgatur eis ꝙ ſi recuperauerint ſanitatem ſe repreſentent ſummo pontifici vel dyoceſano ſm̄ qualitatem caſus. Ab iſtis caſibus ſunt exceptiones ꝓpter quas penitens non debuit remitti. Una exceptio eſt cum quis percutit degradatum vel eum qui deponitur propter ſuū fore factū. ¶ Scd̄a exceptio eſt ſi aliquis percuſſerit clericuꝫ qui ſe tranſfert ad actus ꝯtrarios priuilegio clericali vt ſi fiat pugil vel reperiatur armatus in capitulo in audientia. de ſententia excommunicationis. ¶ Alia exceptio eſt ſi quis percuſſerit apoſtatā poſt ternam monitionem in capitulo contingit de ſententia excommunicationis. ¶ Alia exceptio eſt ſi per

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cutientis reperit clericum commiſcentem cuꝫ vxoꝛe matre filia ſoꝛoꝛe ⁊c. in. c. ſi vero de ſen. excom. §. vlti. Alia exceptio eſt ſi percutiẽs clericũ ignoꝛet eum eſſe clericũ: ſcꝫ q: nõ eſt tonſurat⁹ vel q: non hꝫ habitũ clericalem. in ca. ſi vero eiſ. de ſente. excõ. Alia exceptio eſt ſi ꝑcuſſerit bigamum: q: bigamus amiſit priuilegiũ clericale. Alia exceptio eſt ſi ꝑcutiens ſit hoſtiari⁹ alicu⁹ poteſtatis vel alicu⁹ domi in exercẽdo ſuũ efficiũ dũtamẽ ex ꝓpoſito vel odio clericũ grauiter nõ ꝑcuſſerit. in. c. ſi vero. de ſen. ex com. Alia exceptio eſt ſi ꝑcutiens fuerit valitudinarius ⁊ infirmus. Alia exceptio eſt ſi percuciẽs ſit ſenex ⁊ decrepitus ſeu impotens. in ca. i. de ſentẽ. excõ. in ca. qd̃ de hijs. ⁊. c. ea naſcitur: tamen expenſis ius talis ſenex debet mittere ad ſuũ dyoceſanũ ſeu ad ſummũ põtificem ſm̃ caſus enoꝛmitatẽ pꝛo obtinẽdo remediũ anime ſue vt conſulitur in ſumma cõfeſſoꝛum. c. de peni. ſi habuit vnde. Alia exceptio eſt ſi percutiẽs ſit mulier: q: ꝑcuſſus inſidiatur ſue caſtitati in. c. mulieres. de ſentẽ. excõ. Alia exceptio eſt cum ꝑcutiens eſt impubes non doli capax in ca. i. de ſentẽ. excom. Alia exceptio eſt ſi ꝑcuciens ꝑcuſſerit cauſa diſcipline vt pꝛelatus magiſter ⁊c. in. c. i. de ſentẽ. excom. ⁊ idẽ eſt de domino quando ꝑcutit leuiter clericum ſuũ propter magnũ dãnum ſibi per ſuã negligentiam factũ in. c. cũ voluntate de ſen. excõ. circa fi. Alia exceptio eſt ſi percutiẽtes ⁊ ꝑcuſſi ſint monachi vel regulares: q: poſſunt a ſuis abbatibus abſolui ne detur eis occaſio vagandi ⁊ hoc niſi caſus eſſet multum enoꝛmis in. c. canonica conſtitutione. ⁊. c. monachi. de ſent. excõ. Alia exceptio eſt quãdo percutiens eſt pauper in extrema neceſſitate: tamen ſuꝑ hoc videatur: q: credo ꝙ ſecuri⁹ eſſet eum remittere ad ſuperioꝛeꝫ: ita ꝙ ſi non habeat vnde vadat hoſtiatim mendicãs dũmodo habeat coꝛpoꝛalem diſpoſitionẽ ⁊c. Alia exceptio eſt ſi percutiẽs remittẽdus ſit in articulo moꝛtis: tamẽ iniũgatur ei ꝙ ſi recuperet ſanitatem ꝙ adeat ſuperioꝛem in ca. quod de hijs. de ſentẽ. excom. Alia exceptio eſt ſi quis percuſſerit clericum ioco ſa leuitate non animo maliuolo in ca. i. de ſentẽ. excom. Alia exceptio eſt repellẽdo vim incõtinenti cum moderamine inculpate tutele in ca. ſi vero abſo. §. ſi vero. Si vero nonvalẽs ſupple aliter euadere manus clerici ⁊c. Alia exceptio eſt ſi clericus in furto vel alio turpi facto depꝛehẽdatur ⁊ nõ poſſit aliter duci ad iuſticiam: q: defendit ſe cum ꝑcutitur percutiẽs non eſt remittẽdus ⁊c. de iſtis omnibus eſt poſtilla in. c. cum illoꝝ. de ſentẽ. excom. in glo. ⁊ in ca. cum volũtate. eo. ti. ⁊c. ¶ Sequitur in textu. Si fuit ignarus confeſſoꝛ vel ſine poſſe ⁊c. ab illa parte vſqꝫ ad illam. Poſtea fac digne ac. noſter oſtẽdit in quibus caſibus confeſſio eſt iterando. d. ꝙ pꝛimus caſus eſt propter imperitia confeſſoꝛis: quia ſi ſacerdos meus ſit imperitus: ita ꝙ non habeat ſciẽtiam diſcernẽdi inter lepꝛam ⁊ lepꝛã debeo confeſſionem ſibi factam alij diſcretoꝛij pꝛopalare de pe. di. vi. c. i. Nota verbuꝫ Oſee. iiij. c. ⁊ erit ſacerdos ſicut populus eius propter ignoꝛantiam ſupple. Secundus caſus eſt pꝛopter contemptum ſatiſfactionis. ar. infra di. iij. c. ſi apoſtol⁹. tñ ſi cõfiteatur eidẽ cõfeſſoꝛi ⁊ cõfeſſoꝛ recoꝛdetur pctõꝝ ſibi pꝛio cõfeſſoꝝ ſufficit ꝙ dicat al's cõfeſſus fui vobis ⁊ contẽpſi facere pniam per vos mihi iniũctaꝫ cui⁹ pnie nõ recoꝛdoꝛ ⁊c. tũc cõfeſſoꝛ ſi recoꝛdetur dꝫ imponere illã. ſin autẽ confitẽs dꝫ iteꝝ cõfiteri pctã vt cõfeſſoꝛ ſciat quõ debeat imponere penitẽtiam. Terti⁹ caſus eſt ꝓpter enoꝛmitatẽ criminis vt ſi ſacerdos audito crimine remittat ad ſuperioꝛem vt iteꝝ illo crimine enoꝛmi expoſito ſuperioꝛi ſuperioꝛ penitentiam penitẽti imponat ar. extra. de pe. ⁊ re. c. ſignificauit. xxiij. q. ij. c. latoꝛem: tñ talis remiſſus ad ſuperioꝛem nõ tenetur cõfiteri niſi illud peccatũ de quo pꝛopꝛius ſacerdos abſoluere nõ potuit. Quartus caſus eſt cum quis habet plura peccata moꝛtalia ⁊ aliqua confitetur ⁊ aliqua non. de peni. di. iij. c. ſunt plures vbi eſt textus notabibilis. Quintus caſus eſt ſi confitens tacuit ſentẽtiam excõmunicationis vel aliam qua erat innodatus. Nam pꝛius debet abſolui a ſentẽtia excõmunicationis: patet quia ſententia excõmunicationis ſeparat a cõmunione ſacramentoꝛum modo penitentia eſt vnum ſacramentum. de ſententia excõmunicationis capitu. officij. penitẽs enim in eccleſia eſſe debet. Nam digne penitere nemo poteſt quem non ſuſtinet vnitas eccleſie. de pe. di. vi. c. ij. §. laboꝛet. Judas enim qui iuit penitens ad ſcribas ⁊ phariſeos relinquens apoſtolos nihil inuenit auxilij: ſed augmentum deſperationis. eo. capitu. §. iudas. Sextus caſus eſt ſi non fecerit penitentiam ei iniũctam. Iſtis caſibus dẽptis non eſt neceſſe peccata ſemel confeſſa ſacerdoti iterum confiteri. de pe. diſt. i. c. menſuram. §. non eſt neceſſe: ⁊ per magi. di. xvij. iij. ſen. ¶ Queritur vtrũ ſimplex ſacerdos peccet audiẽdo cõfeſſiones Solu. ſacerdoti neceſſaria eſt ſciẽtia: ſcꝫ ꝙ ſciat diſcernere in pctis cõibus q̃ ſint moꝛtalia ⁊ q̃ ſint venialia ⁊ ꝙ ſciat ſemper ad que pctã ſua ptãs poſſit ſe extẽdere. Alioquin in periculũ aie ſue ⁊ confitẽtium audit cõfeſſiones ⁊ ſi ſubditi cognoſcũt eius ſimplicitatẽ tenẽtur diſcretos ꝯſulere ſm̃ Bonauẽ. ¶ Queritur vtrũ malus ſacerdos cõmunicet cũ bono in poteſtate clauiũ. Solu. dicendũ eſt ꝙ ſic. vñ Mat. xxiij. dñs dixit diſcipulis ſuis cathedrã moyſi ⁊c. ſuꝑ loquitur de malis miniſtris. Itẽ ꝓbatur ratione ſic q: ſi nemo habeat claues niſi iuſtus ⁊ cum nemo ſciat de aliquo miniſtro ꝙ ſi iuſtus nomo

ſciret vtrum eſſet ligatus vel non. Item q̃tum eſt de neceſſitate ad eſſe clauis ſufficit donum ſpiritusſancti ſm̃ gratiam gratis datam que datur omni ſuſcipienti ſacramentum oꝛdinis ſm̃ foꝛmam eccleſie ſm̃ beatũ Auguſtinum in libꝛo queſtionum noui ac veteris teſtamenti ⁊ recitatiue per magiſtrum ſententiarũ. xix. di. iiij. vbi dicit dominus ad Moyſen ⁊ Aaron ſacerdotes pꝛout habetur oꝛiginaliter. Numeri. vi. In ſubſtantia ſaltẽ vos ponite nomen meũ ſuꝑ filios iſrael: ⁊ ego dñs benedicaꝫ eos vt gratiam traditio per miniſterium oꝛdinati transfundat hominibus ne voluntas ſacerdotis obeſſe vl' ꝓdeſſe poſſit: ſed meritum benedictionẽ poſcentibus. hinc oſtenditur oꝛdo nõ pꝛiuari ptãte tribuendi gratiam ob miniſtri indignitateꝫ nec ſubditos mala vita ſacerdotis ledit ſi bona faciunt que ille dicit: vnde Grego. Multi dum plus vitam ſacerdotũ q̃ ſuam diſcutiunt in erroꝛis foueaꝫ dilabuntur nimis cõſiderantes ꝙ nõ eos vita ſacerdotũ lederet ſi humiliter bonis ſacerdotũ admonitionibus aurem accõmodarent. ſecus vero q̃t[illegible] ad ydoneitatẽ: q: ſacerdos debet eſſe nõ tantum mundus: ſꝫ ⁊ mundus ⁊ ſciẽtificus ⁊c. ¶ Queritur vtrũ ꝯfeſſio in peccato moꝛtali facta valeat. Solo ſm̃ Bona. Cõfeſſio eſt in remediũ ⁊ in p̃ceptum. vñ facta in peccato moꝛtali nõ valet inq̃tum cõcernit remediũ. cõfitens tñ abſoluitur a p̃cepto oĩs vtriuſqꝫ ſexus. de peni. ⁊ re. ſicut ficte baptiſmuꝫ ſuſcipiens nõ rebaptizatur. de illa materia videatur. de pe. di. iij. c. pe. ⁊. xxvij. q. i. que xp̃o. ⁊. c. quod quidam. extra de pe. ⁊ re. ¶ Queritur cum excõicatio ſeparet hoiem a ſacramentis an pꝛius debeat abſolui ab excõicatione q̃ abſoluatur a peccatis. So. dicendũ eſt ꝙ pꝛius debet abſolui a ſententia excõicationis ab eo qui habet ptãtem abſoluendi eo ꝙ excõmunicatio ſeparat a ſacramentis q̃ abſoluatur a peccatis niſi caſus moꝛtis immineret in quo põt quilibet ſacerdos ab omni excõicatione ⁊ ab omni peccato abſoluere. in. c. nõ dubium. de ſentẽ. ex. tamẽ ei iniungẽdum eſt ꝙ ſanitate recuperata vadat ad excõmunicatoꝛẽ vt ei ſatiſfaciat ꝓ' cõtumacia ⁊ emenda: ⁊ ſi recuſauerit adire iudiceꝫ poſt recuperatam ſanitatem ſm̃ iura in pꝛiſtina ſentẽtiam retrudetur. vt habetur de ſenten. excõ. c. eos qui a ſententia. li. vi. Etiam nõ cenſetur abſolutus poſt q̃ recuperauerit ſanitateꝫ niſi abſoluatur a iudice. Si vero deceſſerit nõ debet inhumari in terra ſancta niſi abſolutionem obtinuerint heredes ſui vel habentes cauſam illius ab excõmunicatoꝛe. ¶ Gratia cuius queritur vlterius vtrum aliquis poſſit excõmunicari vel abſolui poſt moꝛtem. omiſſis quibuſcunqꝫ obiectionibus. Ad iſtud dubium reſpondetur ꝙ põt excõmunicari ⁊ abſolui poſt moꝛtem. i. moꝛtuus. xxiiij. q. ij. c. ſane. ꝓfertur. ⁊ extra d̃ ſen. excõ. c. a nobis enĩ in quo. c. ſequitur textus in hunc modũ a nobis eſt ſepe queſituꝫ vtrum ſi aliquis excõicatus in que iudicia fuerint penitẽ[illegible]e manifeſta: nec ꝑ eum ſteterit quominus reconſiliaretur eccl'aſtice vnitati nõ ſuſcepto abſolutionis beneficio deceſſit ꝓ abſoluto ab eccl'a ſit habẽdus ⁊ vtrũ ꝓ tali ſit elemoſyna recipienda ⁊ a fidelibus oꝛandũ. Reſpõſio papa cõ. t. ꝙ iudiciũ dei veritati que nõ fallit nec fallitur innititur ſꝑ. Judiciũ eccl'ie aũt nõnũq̃ ſequitur opinionẽ quã ⁊ fallere ſepe cõtingit ⁊ falli ꝓpter quod cõtingit interdũ vt qui ligatus eſt apud deũ apud eccl'am ſit ſolutus: ⁊ que liber eſt apud deum apud eccl'am ſit ſentẽtia innodatus ꝑ mag. xviij. di. iiij. ſen. Vinculũ enim quo peccatoꝛ ligatus eſt apud deũ in culpe remiſſione diſſoluitur. Illud vero quo ligatus eſt apud eccl'iam cum ſentẽtia remittitur excõicatus abſoluitur. Nota tñ ꝙ q̃tumcunqꝫ ſe aliquis iuramento pꝛeſtito eccleſie mandato parere humiliter curauerit q̃tũcunqꝫ ſigna penitẽtie p̃ceſſerint. ſi tñ moꝛte p̃uentus abſolutionis beneficiũ nõ potuerit obtinere q̃uis abſolutus apud deũ credatur fuiſſe: nondũ tñ habendus eſt apud eccl'am abſolutus. Poteſt enĩ ⁊ debet ei beneficio eccl'e ſubueniri vt ſi de ipſius viuentis penitentia ꝑ euidentia ſigna ꝯſtiterint: defuncto etiam abſolutionis beneficiũ impendatur: nec obſtat illa auctoꝛitas. Mat. xvi. Quodcũqꝫ ligaueritis ſuꝑ terram ⁊c. q: pꝛelatus eccl'e licet nõ habeat iuriſdictionem ſupꝛa moꝛtuos ꝑ modum auctoꝛitatiue ⁊ iudiciatiue poteſtatis habet tñ indirecte ꝑ modum charitatiue cõmutationis: ⁊ per modum ſuffragij: vt videtur velle Hoſtiẽ in ſua rubꝛica de remiſſio. heredes tñ per cenſuram eccl'aſticam ſunt cõpellendi ad ſatiſfaciendũ ſi aliquid eis ex bonis excõmunicati peruenerit. in ſi. c. a nobis enim. extra de ſentẽ. excõ. Item nota ꝙ ab eo debet abſolui moꝛtuus a quo potuit abſolui viuus. in glo. d. c. a nobis. De excõmunicatione inferenda poſt moꝛtẽ Nota ꝙ ſi agatur contra perſonã vel de perſona tñ poſt moꝛtem queri nõ debet quia crimina moꝛte extinguuntur. xxiiij. di. c. quoꝛũdam. c. ſi reus vel accuſatoꝛ moꝛtuus fuerit. l. i. ⁊. ij. niſi in hereſi: vt in c. ſane. ⁊ hic ⁊ in aucten. gazaros. capi. de ſen. paſſ. Si vero agatur pꝛopter bona vel contra perſonã ⁊ bona poſt moꝛtem agi poteſt. C. ſi pen. appella. moꝛs interue. l. quãuis. ſi poſt moꝛtem agitur de matrimonio pꝛopter bona ſupꝛa qui filij ſint legitimi. c. cauſam. Item nota ꝙ ſi coꝛpus excommunicati fuerit humatum in terra ſancta debet exhumari. in. c. ſacris. de ſepulturis. Sed ſi anteq̃ exhumetur abſolutio fuerit data non debet exhumari. Si vero coꝛpus excõicati fuerit humatum in terra

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝓphana abſolutione data debet exhumari ⁊ poni in terra ſancta.xi.q.iij.capi. tūc vera. ¶ Queritur nunquid poteſt iudex excōicatum a peccato abſoluere pro quo contra eū tulit ſentētiaꝫ ſicut eū ab excōicatione abſoluit. Pro diſcuſſione iſtius queſtionis notandū eſt ꝙ duplex eſt clauis: ſcilicet clauis iuriſdictionis ⁊ clauis ordinis. Clauis iuriſdictionis reſpicit eccleſiam militātem a qua indigni eijciūtur per poteſtatē ſuperioꝝ ad quos ſpectat iuriſdictio: ⁊ ideo ſuperiores prelati hāc clauē iuriſdictionis habēt ⁊ ad eos ꝑtinet ꝑ excōicationeꝫ a ꝑceptione ſacramentoꝝ ⁊ cōione fideliū contumaces ſeparare ⁊ eos ab excōicatione abſoluere. Clauis aūt ordinis reſpicit eccleſiā triūphātem ⁊ hꝫ dignos ad celū ordinare ⁊ indignos repellere: ⁊ ideo ſoli ſacerdotes qui ſunt mediati inter deū ⁊ hoiem hanc clauem habent: vt q: per peccatū mortale eijcitur homo a regno celoꝝ: ita ꝑ abſolutionē ſacerdotis ad quem ſpectat clauis habilitaꝰ ad recuperandū qḋ peccando amiſerat nec obſtat ſi dicaꝰ ꝙ iudex ſacerdos abſoluit ab vtraqꝫ: quia non ratione qua iudex: ſed ratione qua ſacerdos eſt: quia iudex ſacerdos habet vtrāqꝫ clauem. Item q: excōmunicatio non fertur in aliquē niſi pro peccato: ideo ſemper poſt abſolutionē ab excōicatione dꝫ fieri abſolutio de peccato a ſacerdote .xxvi.q.vi.c.i.vt viſum fuit ſuperiꝰ. Item eſt notandū ꝙ licet excōicatus poſſit inuitꝰ abſolui a ſentētia excōicationis non tamen a peccato quiſꝙ̄ poteſt abſolui inuitꝰ: q: omne pctm̄ ex volūtate cōmittur ⁊ ex nobis procedit et ideo ſicut a nobis volūtarie perpetratū eſt peccatū: ita etiam volūtarie a nobis debet deteſtari ꝑ magi.ſentē.xxxv.diſtin.ij. ¶ Queritꝰ vtrū ſimplex ſacerdos poſſit abſoluere a minori excōicatione. ¶ Pro declaratione iſtiꝰ dubij eſt notandū ꝙ minor excōicatio prouenit ꝑticipando cū excōicatis maiori excōicatione: qḋ contingit multis modis. Veriꝰ ſi pro delictis anathema ꝗs efficiatur ob orare vale cōmunio menſa negatꝰ. Ob.i.obſtaculū dando. orare: ſcilicet vt non oretꝰ pro eo vel cū eo non cōicetur in ſacramētis. vale.i.non ſalutetꝰ. menſa negetur.i.non comedatꝰ cū eo. In his em̄ caſibꝰ minorē excōmunicationē participās incurrit ⁊ a ſimplici ſacerdote poteſt abſolui in capi.nup.de ſentē.excōicatio. tamen ſi ꝑticipātes excōicentur a iudice non poterūt abſolui niſi a iudice excōicante ⁊c. Et ſimile dicendum eſt in ꝑticipantibꝰ in crimine ſuſtinēdo ⁊ fauendo excōicatum in crimine pro quo eſt excōicatus: quia ſic talis participās incurrit maiorem excōicationem in capi.nup.abſol. ⁊ xi.q.iij.capit.qui cōicauerit. ¶ Queritur vtrum ſacerdotes legales habuerunt claues: ⁊ videtꝰ ꝙ ſic. Nam clauis eſt ſequela ordinis: ſed tales ſacerdotes habuerūt ordinem ex quo ſacerdotes dicebantur: ergo habuerūt clauem. Item ſicut dicit magi.ſentē.xviij.diſtinctio.quarta.due ſunt claues: ſcilicet ſcientia diſcernēdi ⁊ potētia iudicandi: ſed vtrāqꝫ auctoritatē habebant ſacerdotes legales: ergo habebāt claues. Item ſacerdos legalis habebat aliquam poteſtatē ſup populū non tēporaleꝫ: q: regia poteſtas non fuiſſet diſtincta a ſacerdotali. ergo habebant poteſtatē ſpiritualem: ⁊ hec eſt clauis: ergo habuerunt clauem ⁊c. ¶ In oppoſitum arguitur ſic: quia clauis ordinatur ad aperiēdum regnum celorum quod aperiri non potuit ante paſſionem chriſti: ergo ſacerdos legalis clauem non habebat. ¶ Ad illud dubium dicendum eſt ꝙ in veteri lege ſacerdotibus legalibus erat cōmiſſum imponere penam pro delicto: vt dicitur leuiti.quinto quod ad claues ꝑtinere videtur: ſed tūc fuerunt incomplete. Nūc autem per chriſtum in ſacerdotibus noue legis perfecte ſunt: ita ꝙ poteſtas illius ſacerdotij legalis non ſe extendebat ad celeſtia: ſed ad figuras celeſtium: ideo dicendum eſt ꝙ non habebant claues: ſed in eis figura clauium ꝓceſſit. Tunc ad rationes ante oppoſitum ⁊ primo. ¶ Ad primaꝫ dicēdum eſt ꝙ clauis regni celorū cōſequitur ad ſacerdotuꝫ que homo in celeſtia introducitur: non autē talis erat ordo ſacerdotij legalis: ⁊ ideo claues celi non habuerūt: ſed claues terreni tabernaculi. ¶ Ad ſecundam dicenduꝫ eſt ꝙ ſacerdotes ve.le.habebant auctoritatem diſcernendi et iudicandi: ſed non vt admitteretur homo ab eis iudicatꝰ in celeſtia: ſꝫ in figuras celeſtium. ¶ Ad tertiam dicendum eſt ꝙ habebant ſacerdotes legales ſpiritualem poteſtatem que per ſacramenta legalia non a culpis: ſed ab irrationabilibus homines purgabant: vt ad manu factum tabernaculum aditus purgato per eos pateret. ¶ Queritur vtrum ſoli ſacerdotes habeant iſtas claues: ⁊ videtur ꝙ non. Nam dicit yſidorus ꝙ hoſtiarij inter bonos et malos habent iudicium dignos recipiendi et indignos eijciendi: ſed hec eſt diffinitio clauium: ergo non ſoli ſacerdotes: ſed etiam hoſtiarij habent claues. ¶ In oppoſitum arguitur auctoritate Johan.xx.vbi.d.chriſtus diſcipulis quorum remiſeritis peccata remittētur eis: ⁊ quorum retinueritis retenta erunt. ¶ Pro declaratione iſtius dubij eſt notādum ꝙ claues iſte nō ſunt corporales: ſed ſpūales: ſcꝫ ſciētia diſcernēdi ⁊ potētia iudicandi.i.ligādi ⁊ ſoluēdi. Hec enim claues dantur ſacerdotibus per miniſteriū epiſcopi in promotione ſacerdotij ꝑ magi.xix.di.iiij.ſent. Sane tm̄ pōt dici ꝙ nō oēs ſacerdotes habēt hanc clauē: ſcꝫ ſciētiaꝫ diſcernēdi. vn̄ dolēduꝫ eſt atqꝫ lugendum ꝑ eūdeꝫ mag. loco preallegato. ¶ Ex premiſſis patet ꝙ duplex eſt clauis. Una q̄ ſe extendit ad ipſum celum imme-

diate remoto impedimento introitus in celum per dimiſſionem peccati. ⁊ hec vocatur clauis ordinis ⁊ hanc ſoli ſacerdotes habent. Alia eſt clauis que non extendit ſe directe ad ipſum celum ſed mediante eccleſia militante per quam aliquis ad celum vadit dum per eam admittitur ad cōſortium eccl'e militantis per abſolutionem vel excluditur per excōicationem: ⁊ hec vocatur clauis iuriſdictionis in foro cauſarum. Et hanc clauē non omnes ſacerdotes habent ſed maiores vt epi archi. ⁊ ſimiles qui excōmunicare poſſunt de quibus viſum fuit ſuperius. Sed q: hic fit mētio de foro eſt notandum ꝙ duplex eſt forum.ſ.publicuꝫ ⁊ ſecretū.xi.q.i.c.clericus. ⁊ extra de ver.ſig.c.forū. vbi dicitur ꝙ forus eſt exercendarum litium locus a fundo dictus. ⁊ vbi eſt lis occulta ibi eſt forum conſcientie ſeu ſecretuꝫ vbi eſt lis publica ibi eſt forum iudiciale ſeu publicum. In iſtis enim foris requiritur poteſtas cognoſcendi in cauſa ⁊ auctoritas ſententiandi in ea ſm̄ Laudulphum.xix.diſtin.iiij.ſententiarum. Tunc ad rationem ante oppoſitum. dicendum eſt ꝙ hoſtiarij habent clauem cuſtodiendi ea que in templo materiali continentur: ⁊ habent iudicium excludendi a tali templo ⁊ admittendi non quidem ſua auctoritate iudicantes qui ſunt digni vel indigni ſed iudicium ſacerdotis exequentes vt quodammodo executores ſacerdotalis poteſtatis videantur. Reges em̄ per vnctionem in nullo ſacro ordine conſecrātur ſed excellentia poteſtatis ipſorum a xp̄o deſcendere ſignificatur. Mulieres em̄ nullam clauē habent quia ſm̄ Phm̄.viij. Eticoꝝ. Corruptio vrbanitatis eſt qn̄ ad mulierē dn̄m peruenit ⁊c. ¶ Queritꝰ vtꝝ pctā ſemel dimiſſa redeant ⁊ videtꝰ ꝙ ſic ꝑmo ꝑ Amb.ſup epi.ad ephe.di. Donate inuicē ſi alter in alterum peccet. Alio modo qn̄ deus repetet dimiſſa. Similiter Mat.xviij. Habetꝰ de ſeruo nequā qui noluit miſereri cōſeruis ſuis ſicut dn̄s ſuus eius fuerat miſertꝰ. quō dn̄s tradidit euꝫ tortoribus quouſqꝫ redderet vniuerſum debitū. Ad idē Greg. dicit cōſtat ꝙ ſi nō ex corde dimittimus eis qui in nos deliquerunt ⁊ hoc rurſum exigitur ꝙ iam nobis per penitentiā dimiſſum fuiſſe gaudebamus. Item vt dicit beatus Aug. dn̄s dicit. Si non dimiſeritis reuocabo: ⁊ quicquid dimiſeraꝫ replicabo tibi ⁊ Eze.xviij. Si auerterit ſe iuſtus a via ſua ⁊ fecerit iniquitatē ⁊c. oēs iuſticie eius quas fecerat non recordabuntꝰ. Itē qui diuini bn̄ficij oblitꝰ ſuas vult vindicare iniurias nō ſolū de futuris pctīs veniā nō merebitur. Sed etiam preterita que iam ſibi demiſſa credebat ad vindictam ei replicabuntur. Si em̄ ꝓptꝰ immiſericordiam qua quis ꝓximo ſuo non miſeretur etiam que dimiſſa ſunt replicāꝰ ad penā multo magis que nondum ſunt dimiſſa propter odium fraternum ad penam reſeruari probantur.xv.di.iiij. ſenten. Et ſubdit Auguſti. ſi ille qui arbiter ſue voluntatis conſtitutus eſt non poteſt inchoare nouaꝫ vitam niſi peniteat eum veteris vite quomodo ad nouitatem perueniat qui odij vetuſtatē non depoſuit. In oppoſitū arguitur. Si quis pro pctō de quo penituit ⁊ indulgentiam accepit iterum punitur non videtur iuſtum. Nam ſi requiritur ꝙ fuit condonatuꝫ vel iniuſticia eſt vel iuſticia occulta. Iteꝫ ſi ſic deus bis in idipſum iudicaret: ⁊ ſic conſurgeret duplex tribulatio quod ſacra ſcriptura negat. Ad iſtam queſtionem breuiter dicēdum eſt ꝙ peccata ſemel dimiſſa nullo modo redeunt.ar.xxiij.q.iiij.c. Sic illic.l.di.ſic.meror. ⁊ hoc credo catholice dictum. Dicūtꝰ tm̄ redire peccata: quia remiſſionis beneficium ſequēti culpa amittimus propter ingratitudinem. de pe.diſt.iij.c. Auctoritate illa.ver.penulti. Nam deinde priuatur quis gloria propter ſequens delictum: ac ſi nulla peccata fuiſſent ſibi dimiſſa: licet non tantam penam patiatur per magi.ſenten.xxij. di.iiij. ⁊ de peni.diſtin.v.ca.fratres. Penitentia enim duo facit penam tollit ⁊ gloriam acquirit. de peni.diſtin.i.paragrapho.alij econtra. ¶ Queritur vtrum penitentie ſint arbitratiue. ¶ Solutio dicendum eſt ꝙ ſic per magi.diſtin.xxiiij.ſenten. Tamen ſacerdos debet conſiderare circunſtantias: ſcilicet perſone temporis loci qualitatem criminis et cauſam ⁊c. vt habetur de peni.diſtin.v.in principio. Et nota ꝙ ſi ſacerdos non iniungat tantam penitentiam quantam requirit qualitas delicti. tamen facienda eſt. ⁊ reſiduum pene debite complete in purgatorio per mag.xx.diſtin.iiij.ſentē. ¶ Queritur vtruꝫ penitētia ſit iniungēda moriētibus ſeu infirmis. Solutio dicendum eſt ꝙ non per magi.xxi.diſtin.ij. ſentē. Unde Theodorus in penitentiali ſuo ab infirmis in periculo mortis poſitis pura eſt inquirenda peccatorum confeſſio. Non tm̄ illis imponenda eſt quantitas penitentie: ſed innoteſcenda per hec verba ſup. vel per conſimilia propter ea que tu cōmiſiſti taliter deberes penitere: ſed expectamus vſquequoqꝫ euaſeris. de peni.diſtin.ij.c. Qui vult. ⁊ xxvi.q.vi.capitu. Ab infirmis cum vero amicoꝝ orationibus ⁊ elemoſynarum largitionibus pondus penitentie eſt ſubleuandum ſi forte migrauerint. Si vero conualuerint penitentie modum a ſacerdote intimatum diligenter obſeruant ſm̄ eundem Theodorum loco preallegato. ⁊ recitatiue.xxi.diſtin.iiij.vnde v̄ſus. Eger peniteat ⁊ crimina confiteatur. non imponetur huic pena: ſed inſinuetur. Hanc tamen implebit ⁊ firma ſalus ſibi detur. Si migrat obſeruat contritū preſbyter egrū. Huncqꝫ preces releuant continua dona ſuorum. ¶ Queritur ſi aliquis fuerit mortuus ſine confeſſio

Modus iniungendi penitentiam ipſis egrotantibus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ne quid iuris. Solutio dicendum eſt ꝙ ſi aliquis fuerit mortuus qui nō ſit confeſſus teſtimoniū habens bonū ⁊ non potuit venire ad ſacerdotem: ſꝫ ꝑoccupauit eum mors in domo in via vel alibi faciant pro eo parētes eius oblationem ad altare ⁊ dent redēptionem pro captiuis. per magi. xxi. diſtin. iiij. ⁊. xxvi. q. vi. capitu. ſi aliquis. ¶ Queritur vtrū poſſibile ſit recōſiliari deo per ſatiſfactionē: ⁊ videt̄ ꝙ ſic: quia ſatiſfacere eſt honorem debitū deo reddere: ſed hoc eſt impoſſibile: ergo. In oppoſitū arguitur ſic. tāta eſt offenſa quantus is cui offenditur: ſꝫ deus qui offenditur eſt infinit⁹: ergo ⁊ offenſa: ſed quanta eſt offenſa tanta debet eſſe ſatiſfactio: alioquin nō meretur dici ſatiſfactio: ergo opꝫ hominē in infinitū puniri: ſꝫ hoc eſt impoſſibile: ergo nemo pōt ſatiſfacere. Solutio in peccato duo ſunt ſcilicet offenſa et inordinata libido: offenſa dei eſt infinita ⁊ pro illa non fit ſatiſfactio: ſꝫ deus illaꝫ remittit ex miſericordia dādo ſuā gratiā: libido autem eſt finita. Et quia deus iuſtus eſt non totum remittit: ſꝫ pro illa exigit penā condignā ſm illud Deuter. xxv. iuxta menſurā peccati plagarū mod⁹ ⁊c. ¶ Queritur vtrum extra charitatem exiſtentem pro peccato poſſibile ſit ſatiſfacere. Solutio ſine gratia gratum faciente ⁊ extra charitatem impoſſibile eſt placere deo ⁊ ſatiſfacere. i. ad corint. xiij. Si diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperū charitatem autem non habeā nihil mihi prodeſt. ⁊c. Et ſi obijciatur contra ex illo euangelio luce. xi. Date elemoſynam ⁊ omnia munda ſunt: ⁊ danielis iiij. dixit Daniel Nabuchodonoſor peccata tua elemoſynis redime. Solutio intelligitur ad illum ſenſum ꝙ per elemoſynam preparent ſe ad gratiam: quia deus opera non acceptat niſi prius acceptet ꝑſonaꝫ: ſicut habetur. Geñ. iiij. Quomodo deus prius reſpexit ad Abel ꝙ̄ ad munera eius. ¶ Queritur vtrū peccator qui nō vul accipere condignā ſatiſfactionem peccet mortaliter. Solutio illud preceptum facite dignos fruct⁹ penitentie eſt affirmatiuū: ideo non obligat ad ſemꝑ. Et preterea cōmiſſuꝫ eſt in poteſtate ſacerdotum ⁊ ſi penitēs condignā penam ſuſcipit plenā penitentiam facit. ſi non propter hoc ꝙ ſacerdos non imponit attendes fragilitatem peccatoris dominus expectat ⁊ ſoluit in purgatorio. ¶ Queritur vtrū poſt iſtam vitā poſſit remitti aliquod peccatum. Solutio. Dicendum eſt ꝙ peccatum mortale non dimittitur poſt hanc vitam: patet quia pecatum mortale obligat ad penā eternam: ergo nunꝙ̄ dimittitur: ſed peccato dimiſſo in hac vita poteſt ei pena correſpondens in alia vita remitti. tamen ꝙ̄uis pena non ſit perpetua: ſcilicet peccati mortalis confeſſi eſt tamen grauior qualibet pena que poſſet in hac vita exſolui. patet quia pena tanto acceptior ꝙ̄to magis volūtaria illa purgatorij non eſt voluntaria ꝓpter: ergo. De peccato veniali dicēdum eſt ꝙ poteſt remitti poſt hāc vitā ⁊ quo ad culpā ⁊ quo ad penam ꝓbatur: q: veniale non tollit charitatem. Si ergo quis ſit in actu peccati venialis vſqꝫ ad vltimum inſtans vite certum eſt ꝙ non dānabitur. nec cum peccato glorificabitur: quia nihil inquinatum intrat in gloriam: ergo remittitur poſt hanc vitam: ideo dicitur. xxv. diſt. c. Qualis ꝙ peccata venialia que hunc expectantur illic igne purgabuntur: in quo etiam capi. expreſſe dicitur ꝙ culpa venialis remittitur ⁊c. hoc dicit Laudulphus ſuper. xx. dinſtinct. ſenten. ¶ Queritur vtrum aliquis in peccato mortali conſtitutus auctoritate ſua debeat abſtinere a perceptione ſacramentorum. Solutio. Breuiter dicendum eſt ꝙ ſi quis velit abſtinere hoc debet facere antiſtitis cōſilio: ſcilicet ſacerdotis. in capitu. in accuſatione. de peni. diſtin. i. ⁊ in capitulo Omnis vtriuſqꝫ ſexus. de peni. ⁊ re. vbi dicitur ꝙ nemo pro aliquo peccato debet abſtinere ab ingreſſu eccleſie niſi ſit ſentētia innodatus: et intellige vbi peccatum eſt occultum: ⁊ ſi abſtineat hoc faciat de conſilio ſacerdotis: quia nullus cenſetur iudex in cauſa ſua. in capitulo ſi quem: de ſenten. excōmunicationis. ¶ Queritur quid de ordine confitendi. Solutio. primo debet precedere confeſſio poſt ea penitentie iniunctio. deinde abſolutio. in cle. in capitulo Dudum infra de ſepul. in textu. ⁊ in glo. ¶ Queritur vtrum aliquis poſſit in ex extremo vite ſue penitere: ⁊ videtur ꝙ non: quia omnis vere penitens dimittit peccata: ſed ille qui in fine vite ſue penitet non dimittit peccata: ſed a peccatis dimittitur: quia tunc vult penitentiam agere quando peccare non poteſt: ergo videtur ꝙ tunc non conſequatur veniam. Secundo ſic contritio que eſt pars penitentie habet annexum propoſitum confitendi ⁊ ſatiſfaciendi: ſed hoc propoſitum habere non poteſt qui in fine penitet quia adultus proponit quod ſcit ſibi impoſſibile: ergo non poteſt confiteri ⁊ per conſequens veniam conſequi. ¶ In oppoſitum arguitur de latrone qui in fine vite ſue penitens veniam inuenit. de quo habetur Luce viceſimotertio. Item ad idem. ſapientia dei ⁊ miſericordia vincunt humanam maliciam: ſed hic poteſt vſqꝫ ad extremum vite ſue peccare. ergo et vſqꝫ tunc de peccatis per diuinam miſericordiam veniam conſequi. Ad illam queſtionem dicitur multis modis. Magiſter enim ſententiarum. xx. dinſtinctione quarta. dicit ꝙ tempus penitentie eſt vſqꝫ in extremum articulum vite. vnde Leo papa. Nemo eſt deſperādus dum in hoc corpore conſtitus eſt. Et idē. de penitē. diſtinct. xvij. capitulo Nemo deſperādus. Auguſt. tamen in libro

de penitentia dicit. Nullus expectet quando plus peccare nō poteſt. Super quo verbo Bernardus Non eſt mirum ſi hic ſic hinc erit qualiter vixit. ⁊ de peni. di. vij. c. ſi quis poſitus in vltima neceſſitate ſue egritudinis habet̄ idem. licet ergo difficille ſit vt tunc ſi vera penitentia que tam ſera venit q̄ñ cruciatus ligat membra ⁊ dolor ſenſum opprimit: vt vix homo aliquid cogitare valeat. Tamen melior eſt ſera penitentia ꝙ̄ nulla multum ſera fuit latronis penitentia: ſed nō fuit ſera indulgentia: ſed licet latro veniam in fine meruiſſet de omni crimine: non tamē dedit baptizatis peccādi ⁊ ꝑſeuerandi auctoritatem. xx. d. iiij. Ille quidem latro baptizatus fuit baptiſmo ſanguinis ⁊c. Sup iſta materia beatus Tho. dicit. Deus qui dat oībus abundanter nulli gratiā denegat qui qđ in ſe eſt facit vt ſe ad gratiā ꝑparet. Hec aūt preparatio fit ꝑ modum liberi arbitrij. ideo ꝙ̄diu manet homini vſus liberi arbitrij in hac vita in qua nondū eſt ꝯfirmatus ad malum pōt ſe preparare ad gratiā de peccatis dolendo vt gratiam remiſſionis peccatorū conſequat̄. Tunc ad rōnes dicendum eſt ꝙ non eſt facile vt affectus quem homo tempore vite ſue inclinauit ad aliquid ſubito ad cōtrarium retrahat. nō tamen eſt impoſſibile: q: li. ar. nō cogitur ex habitu acquiſito nec diuine potentie ſeu prouidentie pōt ꝑ̄figi ꝑ quam etiā quandoqꝫ in extremo vite vere penitentie motus inſpirat̄. Et ad Auguſtinū dicenduꝫ eſt ꝙ in ſuis verbis oſtendit ꝙ penitētia quam aliquis in fine vite ſue agit non eſt certum ſignū ſalutis: q: incertū eſt q̄ñ aliquis de peccato qđ facere iam non poteſt penitet: vnde voluntatē peccandi amiſerit quod adhuc magis manifeſtū eſt de illo qui peccare pōt. Ad ſcđam rōnem dicendum eſt ꝙ in contritione ſufficit ꝓpoſitum ꝯditionatum ſatiſfactionis. ſ. vt velit ſi poſſet. Tamē notandum eſt ꝙ in capi. Nemo deſperādus. de peni. di. vij. in vno. §. circa medium dicit quē mors vrget ⁊ pena terret ad veram vit veniet ſatiſfactioneꝫ. ⁊ ſequit̄. Multos enim ſerotina penitentia ſolet decipere ⁊c. Sequitur in textu Poſtea fac digne penaꝫ patiēdo benigne. Ab iſta ꝑte vſqꝫ ad finē capituli actor principaliter determinat de modo faciendi penitētiam dicens ꝙ penitētia iniuncta debet adimpleri ſm qđ iniungitur a ſacerdote: q: arbitratiua eſt vt viſum fuit ſuperius. Et licet penitentia iniuncta a ſacerdote debeat fieri in ſtatu gratie t̄ñ ꝓ mortali peccato nō eſt linquenda quin adimpleat̄: q: penitentia aſſumpta eſt obligatoria: ideo ⁊c. ¶ Pro quo eſt notādum ꝙ̄ obiectum penitētie videt̄ eſſe pena nō quecunqꝫ ſed voluntarie inflicta ꝓ peccatis: ſignanter dico voluntarie inflicta: q: maioritas vel minoritas pene preciſe nō eſt placatiua offenſe. In inferno enim erit maxima pena ⁊ in purgatorio maior pena ꝙ̄ in iſto mundo: ⁊ tamē nō remittit eandeꝫ offenſam ⁊ ideo eſt: q: in iſto mundo penitētia eſt voluntaria: in inferno ⁊ in purgatorio non. ¶ Pro cuius declaratione eſt notandum ſm Bonauen. ꝙ pena dicit̄ voluntaria tripliciter. Primo q: a voluntate imperāte vt penitētialis pena. Secūdo q: a voluntate acceptante vt pena martyrū. Tertio q: a voluntate tolerante vt pena exiſtentiū in purgatorio. Sed ſm Laudul. xiiij. d. iij. ſen. pena dr̄ volūtaria q̄ttuor modis. Vnomō q: patiēter portata ſine murmure. Scđo q: volūtarie acceptata. Tertio q: volūtate cāta velut a cā ꝑtiali nō t̄ñ intēdēte illū effectū. Quarto q: a volūtate cāta velut a cā itēdēte illū effectū: in duob⁹ ꝑ̄inis pena ſiue triſticia ē obiectū volitōis: ſꝫ nō cā: q: pōt aliq̄s acceptare ⁊ patiēter portare triſticiā quā nō cauſat. Tertio mō triſticia ē t̄ñ effect⁹ ſꝫ nō obiectū: q: voluntas ꝑtialiter cauſat triſticiā: ⁊ ideo eſt eius effectus ſꝫ non intendit eam: ideo nō eſt eius obiectum. Quarto modo triſticia eſt voluntas effectus q: ip̄am cauſat ⁊ ip̄am intendit. Vnde ſm Aug. Triſticia eſt diſſenſio ab hijs rebus que nobis volentibus accidunt. ¶ Queritur vtrum penitētia iniuncta alicui penitenti in peccato mortali completa ſit reiteranda. Et videtur ꝑ̄mo ꝙ ſi peccator contritus ⁊ abſolutus recidiuet in mortale peccatum anteꝙ̄ faciat penitētiam ſibi iniunctā a ſacerdote ꝙ exſoluendo penam in mortali vere ſatiſfaciat durum enim eſſet nimis fragilibus peccatorib⁹ ad peccandū. Oppoſitum ꝓbatur ſic: qui exequit̄ id qđ non exequendo peccare videtur recte facere: ſed ſi aliquis non exequeretur penitentiam ſibi iniunctam non exequendo peccaret: ergo faciens eam recte facit. ¶ Confirmatur ſic. hec ſatiſfactio nō eſt reconſiliatio ad acceptionem ⁊ amicitiam: ſed tantum eſt redditio equiualentis ſm iuſticiam ſicut in ciuilibus cum amputatur pes offendentis communicatiue non reconſiliatiue in amicitia tamen ſatiſfacit: ergo ille ſatiſfacit ſoluendo penam in mortali licet non ad gratiam reconſilietur. ¶ Concluſio talis eſt ꝙ ſi aliquis ſatiſfaciat exiſtens in peccato mortali de peccatis de quibus conterebatur quando fuit ſibi ſatiſfactio impoſita ſi iterum conteratur. De illo peccato mortali non debet e imponi ſatiſfactio pro peccatis pro quibus ſatiſfecit. Sed pro illo ſolo quod ſuperuenit de quo conteritur modo. ¶ Exemplum. Petrus hodie confitetur et conteritur de omnibus peccatis ſuis: et iniungitur ſibi penitentia decem dierum cras fornicatur: ⁊ nichilominus continuat ſuam ſatiſfactionem: ſi decima die conteratur de fornicatione commiſſa non debet ſibi imponi penitentia pro

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

hiꝭ ꝓ quibus ſatiſfecit: ſed ſolum ꝓ illa fornicatione. ¶ Alia concluſio eſt iſta poſito caſu ꝙ Petrus cõteratur ⁊ cõfiteatur de omnibꝰ peccatis ſuis hodie et imponatur ſibi penitẽtia ſi cras recidiuet in mortale ⁊ moriatur ⁊ dampnetur. credo ꝙ non habebit penam eternam pro peccatis de quibus fuit abſolutus licet non ſatiſfecerit de eis: ſꝫ exſoluet penã tẽporalem ſatiſfactioni correſpondentem ⁊ hoc in inferno. Probatur q2 qñ fuit abſolutꝰ ⁊ contritus fuit ſibi cõmutata pena eterna in tẽporalem: cum ergo reſpectu illorũ peccatorũ non ſuperuenerit aliqua alia obligatio adhuc remanet obligatio tẽporalis: ⁊ per conſequẽs ab eo pro contritis ⁊ confeſſis nulla alia ei ſoluetur. licet de alio vel de aliis mortalibus de quibꝰ non eſt cõtritus nec abſolutus puniatur eternaliter. Hoc dicit laudulphus ſuper .xv. diſtin. iiij. ſentẽ. beatus Tho. in eodẽ .iiij. dicit ꝙ quedã ſunt opera ſatiſfactoria quorũ effectus manet poſtꝙ̃ ipſa facta ſunt ſicut poſtꝙ̃ elemoſyna eſt facta adhuc manet eius effectus: ſcilicet diminutio tẽporalis ſubſtãtie dantis. Similiter qñ aliquis ieiunauit adhuc remanet eius effectꝰ: ſcilicet effectus ieiunii quidem effectꝰ eſt debilitas corporis ieiunãtis: ⁊ alia ꝗ̃uis ſint in peccato mortali facta non oportet ꝙ reiterẽtur. Alia ſunt opera ſatiſfactoria que poſtꝙ̃ facta ſunt nihil remanet de eis: ſicut oratio: ideo ſi fiat in peccato mortali debet reiterari. Verbi gratia: alicui iniungitur ꝙ dicat ſeptẽ pſalmos vel .xv. Pater noſter ⁊ ſimilia: ſi illa dicat in peccato mortali oportet ꝙ reiteret: ea in ſtatu gratie: ſecus de elemoſynis ⁊ ieiuniis vt premiſi. ¶ Queritur vtrũ penitẽs reſurgat in maiori gratia. Solutio dicendũ eſt ſm Laudul. ſup. iiij. ſentẽ. ꝑ aliquas cõcluſiones quarũ prima eſt. ꝙ reſurgẽs a peccato ſemꝑ ſurgit ad maiorẽ gloriã. Probatur q2 ipſo reſurgente a peccato reminiſcũt oĩa opera mortificata: ⁊ cũ hoc habetur nouũ meritum ꝑ actũ confeſſionis: ergo ⁊ maior gloria: q2 plus de merito ſequitur plus de premio. ¶ Secũda concluſio eſt ꝙ ſi ille peccator perſtetiſſet in gratia prima ⁊ nũꝙ̃ peccaſſet haberet multomagis de gratia ⁊ gloria ꝙ̃ haberet reſurgẽdo de recidiuo probatur: q2 proficiens in actus per habitũ continuatũ longe plus acquirit ꝙ̃ faciat aliquis alius per habitũ diſcontinuatum: ſed ille qui nunꝙ̃ cecidit habet habitũ continuatũ: ⁊ qui cecidit habet habitũ diſcontinuatũ ergo longe plus proficiet primus ꝙ̃ ſecũdus. Notetis q2 hic fit mẽtio de gratia ꝙ gratia dr̃ tripliciter vno modo generaliter ⁊ ſic gratia dr̃ adiutoriũ diuinũ creature gratis datũ ⁊ indifferẽter ad quẽcũq3 actum ⁊ ſine huius gratie adiutorio non poſſumꝰ aliquid facere nec in eſſe durare. Aliomodo dicitur gratia ſpecialiter que eſt gratia gratis data ⁊ eſt donum quo homo preparat ſe ad ſuſcipiendum ſancti ſpiritus donũ ⁊ huiꝰ gratie eſt declinare liberũ arbitriũ a malo ⁊ excitare ad bonũ ⁊ ſine hac gratia nullꝰ facit ſufficiẽter qd̾ in ſe eſt vt preparet ſe ad ſalutem. Alio modo dr̃ gratia proprie prout eſt donũ diuinitꝰ datũ alicui ad merẽdũ que quidẽ gratia dr̃ gr̃a. gratũ faciens: ⁊ ſine hac gratia nullus poteſt mereri nec in bono proficere nec ꝑuenire ad ſalutẽ. Ad hanc enĩ requiritur ꝙ ſit a deo efficiẽte. ſecũdo ꝙ ſit a gratia gratis data liberum arbitriũ excitante a mouẽte. tertio ꝙ ſit a libero arbitrio conſequẽte. Alio modo dr̃ gratia gratis dãs vt eſt deꝰ. Alio modo dr̃ gr̃a gratie ſignũ vt eſt prophetia ⁊ poteſtas faciẽdi miracula. Item gratia gratũ faciẽs eſt duplex: ſcilicet operãs ⁊ cooperans. Operans eſt preueniens incipiẽs ⁊ liberãs: q2 expellit peccatũ. Cooperãs eſt ſubſequẽs perficiẽs ⁊ adiuuãs: quia adiuuat li. ar. ⁊ ei coopatur in merito ſm compẽdiũ theologie: ſꝫ quia fit mẽtio in fine littere de operibus mortuis ⁊ mortificatis ibi. Omnia que fiũt ⁊c. ¶ Queritur vtrum opa facta in peccato mortali ꝑ ſequẽtem penitẽtiaꝫ reuiuiſcãt. Et videtur primo ꝙ ſic auctoritate Adamantii ſuper Io. dicẽtis. Sunt in eccleſia credẽtes quidam ⁊ acquieſcẽtes diuinis preceptis: ſed in conuerſatione propria obſcuris vitiis inuoluti nec omnino doponẽtes veterem hoiem cum actibus ſuis. Iſtis tñ chriſtus ſalutem cõcedit: ergo magis videtur ꝙ eis qui per penitẽtiam emẽdationem exercent opera bona valeant ad ſalutem. ¶ Secundo arguitur ſic. plus appropinquat charitati ⁊ gratie bonũ virtutum ꝙ̃ bonũ naturale: ſed gratia ſequẽs per penitentiam reſtituta naturalia perficit ⁊ ſm quoſdam illa naturalia fiunt gratuita: ergo multofortius bona virtutis acquiſite ſine charitate facta ꝑ penitẽtiam viuificantur vt proſint ad vitaꝫ. ¶ Tertio arguitur ſic. remota cauſa remouetur effectus: ſꝫ cauſa quare illa opera nõ valeant ad vitam erat charitatis defectus ⁊ gratie: ergo cũ per penitẽtiam charitatem ⁊ gratiã ⁊ omnes virtutes reſtituat etiã bona opera ſine charitate viuificabit. In oppoſitum arguitur ſic a non viuo non poteſt generari aliquod viuum vel habens potẽtiam ad vitã: ſed homo ſine charitate non viuit vita ſpirituali: ergo non poteſt facere aliquod opus ſpiritualiter viuum. Itẽ ſi opera extra charitatem facta poſſent aliquo modo viuificari aliquis ſine charitate poſſet aliquo modo mereri vitã eternã qd̾ eſt falſum. Breuiter ad iſtã queſtionẽ omiſſis oibꝰ aliis opinionibꝰ dicẽduꝫ eſt ſm btm̃ Tho. ſuper .xiiij. di. iiij. ſenten. ꝙ penitentia de ratione ſui ordinatur ad remotioneꝫ mali. vnde ꝙ aliqua bona reſtituantur per penitẽtiam non eſt niſi per accidẽs. i. inquãtum penitentia remouet prohibens.

Cauſa aũt que eſt remouens prohibens exigit cãm ꝑ ſe aliquam reſpectu cuius ipa eſt cauſa per accidens viuificans operum extra charitatẽ factorum: ⁊ ideo nõ põt poni aliqua cauſa ꝑ ſe: q2 vita operum ex vita operantis dependet: ⁊ ideo a gratia vel a charitate habent opera ꝙ viuant: gratia vero vl̾ charitas ꝙ̃ penitentia reſtitui nõ poteſt operibus p̃cedentibus vitam conferre: q2 habitus nõ format actum niſi qui ab eo ꝓcedit: ⁊ ita patet ꝙ ꝑ penitẽtiam opa extra charitatem facta viuificari nõ poſſunt. Tunc ad rõnes ⁊ primo ad primã dicendũ eſt ꝙ ꝑ ſalutẽ intelligitur ſignũ ſalutis ſm Iſidoruꝫ exponentẽ verba Adamantii ꝙ etiam ſignũ peccatores in ſacramẽtis ſuſcipiũt. Vel aliter dicendũ eſt ꝙ cõcedit eis ſalutẽ in ſpe ſed nõ in re. Ad ſcd̾am qñ dicitur plus appropinquat ⁊c. dicendum eſt ꝙ potentie naturales ſunt magis propinquantes charitati ⁊ gratie ꝙ̃ bonũ virtutis acquiſite inquaꝫtum ſunt ſubiectum gratie ⁊ charitatis ⁊ potentia naturales fieri gratuita dona nõ intelligitur ꝙ̃tum ad actus qui tranſeũt ſꝫ quo ad potentias ⁊ habitus qui manent. Ad tertiã qñ dicitur remota cauſa ⁊c. dicendũ eſt ꝙ cauſa quare opera ſunt mortua eſt: q2 nõ ſunt a charitate elicita: ⁊ ideo cauſa mortis ab eis nõ tollitur ꝑ penitentiã quare põt faciliter cõcludi ꝙ nulli in peccato mortali ꝑſeueranti penitentia põt eſſe fructuoſa. ſ. quo ad vitam eternã: vt habetur in glo. ſuꝑ illud aucten. de pe. di. iij. viuere nõ poſſunt que mortua nata fuerunt. de pe. ea. di. ca. penul. ⁊ .xxvij. q. i. c. que xp̃o. valent tñ bona opera in peccato mortali facta ad plura ad ꝯſecutionẽ bonoꝝ tꝑalium ad diſpoſitionẽ: ad gratiã: ad aſſuetudinem bonoꝝ: liberant ab omiſſione: tollunt negligentiã ſeu ocium: debilitant fomitẽ: temptationem repellunt iocunditatẽ in mente faciunt penã diminuunt: reſtringunt ad fluxum peccati: prouocant videntes ad laudẽ dei: vt habetur per omnes docto. theologie.. ¶ Queritur vtrum opera in charitate facta ꝑ peccatuꝫ mortale ſequẽs poſſint mortificari: et videtur ꝙ non: ⁊ quod non eſt nõ põt mortificari: ſed opa que in charitate facta fuerũt tranſeũt ⁊ poſt peccatũ ſequẽs nõ ſunt: ergo nõ poſſunt mortificari. Scd̾o arguitur ſic. Pena non debet excedere culpam ſꝫ in aliquo qui multa bona facit ex maxima charitate pena culpã excederet ſi ꝑ vnum peccatũ mortale ſequens omnia bona p̃cedentia ꝑderet: ergo peccatu ſequens nõ mortificat omnia bona prius in charitate facta. In oppoſitum arguitur ſic: q2 dicitur Ezechie. xviij. Si auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua ⁊ fecerit iniquitatem ſm omnes abhominatiões quas operari ſolet impius nunꝙ̃ viuet dicit dñs oẽs iuſticie eius quas facerat non recordabuntur. Item vita operũ ex vita operãtis dependet ſed ꝑ peccatũ mortale illeq3 opus fecerat in charitate mortificatur. ergo ⁊ opa ab ipo facta. Ad iſtam q̃onem dicenduꝫ eſt ꝙ illud ꝓprie viuere apparet qd̾ habet aliquẽ motũ ⁊ inde vite nomen ꝓprie ad alia oia trahitur que ex ſe habent operationem aliquaꝫ ſine aliquo principio extra ſicut que intelligunt ⁊ ſentiunt mouentur ⁊ nutriuntur: ⁊ inde eſt ꝙ nomen vite tranſmittitur ad oia illa que habent debitã operationẽ vl̾ effectum ⁊ illa que priuantur hac dicuntur mortua ꝓprius aũt effectus humanoꝝ operũ eſt ꝙ ꝑ ea homo ad vltimũ finem humane vite ꝑueniat. ſ. beatitudinem. ⁊ ideo illa opa hominis ꝓprie viua dicuntur que hominem ad vitam eternã ꝑducere poſſunt. Illa aũt opera que hoc faciendi ꝑtãtem nõ habent mortua ſunt. Illa aũt opera dicuntur mortificata que hanc ꝑtãtem amiſerunt ꝑ peccatũ mortale ſequẽs cũ prius eam habuerunt: ⁊ ideo opa bona extra charitatẽ facta mortua ſunt. Opera aũt bona prius ex charitate facta in eo qui gratiã amittit ꝑ peccatũ mortificata ſunt: q2 peccatũ ſequẽs impedit ꝙ homo ꝑ illa opera nõ poſſit ad vitã introduci eternam. Tunc ad rationes ⁊ primo ad primã qñ dicitur ꝙ nõ eſt ⁊c. Dicendum eſt ꝙ opa bona in charitate facta ꝗ̃uis actu tranſeant. manent tñ in merendo: ⁊ ſm hoc poſſunt mortificari ⁊ ſm ꝙ ſic manent habent efficaciã ꝙ̃tum in ipis eſt inducendi ad vitam eternam. Sed ꝙ hunc effectũ in peccatore nõ habeant eſt ꝑ accidens ꝓpter peccatũ qd̾ facit peccatorẽ indiſpoſitum ad ꝑcipiendum effectũ precedentium meritoriũ: nec ab ipis operibus aliquid dimittitur cuꝫ in ſuo fieri efficaciam predictã obtinuerint eo ipo ꝙ extra charitatẽ ſunt elicita qd̾ eis ſequens peccatum nõ põt auferre: ⁊ ideo remota indiſpoſitione a peccatore ꝑ penitentiã opa illa p̃cedentia effectum ſuum in peccatoribus iterũ habere incipiunt: ⁊ ſm hoc viuificari dicũtur. Tamen ſi talis peccator moriatur in peccato mortali bona illa in charitate facta p̃cedentia nõ ꝓſunt ſibi ad meritũ vite eterne. Proſunt tñ iuſtis ꝑſeuerantibus in penitẽtia. Ad ſcd̾am rõnem dicendũ eſt ꝙ ꝓpter ingratitudinem meretur homo accepta beneficia amittere: ⁊ ideo ꝑ ꝙ̃tumcunq3 paruũ peccatuꝫ mortale quo homo deo ingratus de beneficiis ꝑceptis fit oia bona p̃cedentia perdit ꝙ̃tumcunq3 fuerint ad fructuꝫ vite eterne: nec ꝓpter hoc pena culpã excedit: tñ nõ ita grauiter punitur ꝓ vno peccato mortali ſicut pro pluribus. ¶ Queritur vtrum opera mortificata ꝑ penitentiaꝫ poſſint viuificari: ⁊ videtur primo ꝙ nõ. Dicit enim Hugo de ſancto victore ꝙ nemo debet in ſpe venie peccare: ⁊ ꝙ ſemel amittitur amplius non recuperatur: ſed opera in charitate facta ſunt per peccatum amiſſa. ergo non poſſunt am

pluꝰ per penitentiā recuperari. Secundo arguit̄ ſic: nihil viuificatur niſi ꝙ natū eſt habere vitā: ſꝫ vi
ta nō eſt opeꝝ. ſꝫ faciētis opa ğ opa nō poſſunt viuificari. Tertio arguit̄ ſic. qḋ nō eſt nō pōt viuificari
ſed opera mortificata nō ſunt. ergo nō poſſunt viuificari per penitentiaꝫ. Quarto arguit̄ ſic. illud qḋ
mortificat̄ nō ſolū cadit a vita. ſed a potentia vite q: principia vite corrūpuntur ſine q̄bus nō eſt po
tentia ad vitaꝫ: ſed opa p̄cedentia in charitate facta ſunt ꝑ pctm̄ ſeq̄ns mortificata. ergo nō manet in
eis potētia ad vitā: ſed cōtra eſt Johel. ij. Super illud reddā vobis annos quos locuſta comedit. vbi
dicit glo. Non patiar perire nobilitatē quā cū perturbationibus animi amiſiſtis: ſꝫ nobilitas illa fuit
multitudo bonoꝝ opeꝝ: ergo illa per penitentiā reſtituūtur. Iteꝫ penitētia reuocat oēs defectus ad
perfectū. ſed hoc non eſſet niſi opera mortificata reſtitueret ad vitā: ergo per penitentiā viuificantur
Ad iſtud dubium breuiter dicendum eſt ꝙ opera in charitate facta ⁊ ſi tranſeant actu manent tamē
quantum ad meritum in dei acceptatione et ſecundum ꝙ ſic manent habent efficaciam q̄ntum in
ipſis eſt inducendi facientem ad vitam eternam. Tunc ad rationes ⁊ primo ad primam dicendū eſt ꝙ
verba. Hug. intelligenda ſunt quantū ad bona amiſſa q̄ nunq̄ recuperant̄: q: tp̄s amiſſum nū recu
peratur: ideo eiꝰ iactura ē grauiſſima vt ſit Seneca. Non aūt loq̄tur dictus Hugo de bonis mortifi
catis. Ad ſecundā dicendū ē ꝙ opꝰ ḋr viuū methaphorice ⁊c. Ad tertiā rationē dicendū eſt ꝙ q̄uis
nō maneant actu: manēt tm̄ merito in diuina acceptatione ſicut pctā q̄ trāſeunt actu ⁊ remanent rea
tu. Ad quartā dicendum eſt ꝙ opera prius viua nō moriūtur per ſe ſed per accidens. ⁊ ideo remoto
illo accidente viuificari dicuntur. vnde verſus. Illa reuiuiſcunt q̄ mortificata fuerunt. ¶ Querit̄ vtrū
remiſſio culpe ⁊ infuſio grē ſint vna ſimpliciter mutatio. ⁊ videt̄ ꝙ ſic. q: ſi eſſent due mutationes ha
berent inter ſe aliquē ordinē: ſed hoc eſt impoſſibile: ergo nō erunt due mutationes. maior patꝫ q: cū
culpa ⁊ gratia non poſſint eſſe ſimul oportet ꝙ expulſio culpe ſi eſſet mutatio per ſe p̄cederet infuſi
onē gratie: minor pꝫ: q: ſi precederet mutatio expellens culpā ⁊ ſequeretur alia mutatio infundens
gratiā poſſet deus ſeparare poſteriorem a priori. ⁊ ſic eſſet expulſio culpe ſine infuſione gratie. In
oppoſitum arguit̄ ſic. Generatio et corruptio ſunt due mutationes q̄nto phiſicoꝝ: ſꝫ infuſio gratie ē
gn̄atio. expulſio culpe eſt corruptio: ergo ſunt due mutationes. Ad iſtud dubiū ſm̄ Laudulphū ſup
xvi. di. iiij. ſen. dicenduꝫ eſt ꝑ quattuor concluſiones. Prima eſt ꝙ remiſſio culpe ⁊ infuſio gratie ſunt
due mutationes. probantur. q: impoſſibile eſt vnā ⁊ eandē mutationē multiplicari ⁊ nō multiplicari
ſed multiplicatur remiſſio culpe nō multiplicata infuſione gratie. ergo nō ſunt eadem mutatio. Ma
ior pꝫ ꝑ primū principiū. ⁊ minor ꝓbatur. q: ſi homo habeat mille pctā erunt ibi mille remiſſiones ⁊
tm̄ erit ibi vna infuſio gratie. Iteꝫ de facto fuit infuſio gratie qn̄ non fuit remiſſio culpe: ergo remiſſio
culpe nō eſt infuſio gratie. Conſeq̄ntia pꝫ q: impoſſibile eſt idem eſſe ⁊ nō eſſe. ⁊ antecedens probat̄
q: in angelis bonis fuit infuſio grē ⁊ nō tm̄ remiſſio culpe. Similiter ſi deus crearet hoīem in ſtatu in
nocentie poſſet ſibi infundere grām ſine remiſſione culpe: ergo hec nō eſt illa. Item vnica mutatio
eſt propria priuatio in propriū habitū. ſed culpa nō eſt ꝓpria priuatio gratie. ergo ab eiꝰ remiſſione
in grām nō eſt vnica mutatio. Maior pꝫ in ſimili. Nam mutatio q̄ eſt ad albedinē nō eſt a quacunq̄
priuatione. ſed nō albedine. Minor pꝫ q: priuatio gratie eſt nō gratia ſed nō gratia nō eſt culpa: er
go ⁊c. Scḋa cōcluſio eſt iſta ꝙ remiſſio culpe ⁊ infuſio gratie non ſunt due mutationes reales ꝓbat̄.
Nam mutatio realis eſt ad terminū realē vel a termino reali ad terminū realem in acquirendo. vt ge
neratio a termino reali in deꝑdendo ad corruptionē: ſꝫ lꝫ infuſio gratie ſit ad terminū realē tm̄ remiſ
ſio culpe nō eſt ad terminū realeꝫ nec a termino reali: ergo ſaltim illa ſcḋa nō eſt mutatio realis. Ma
ior pꝫ q: ex aliquo terminoꝝ mutationes denoīant̄. minor pꝫ q: culpa poſtq̄ tranſit actus peccan
di non eſt aliquod reale abſolutū vel reſpectiuū. ſed reſpectus rōnis quo deus obligat illū ad penam
eternaꝫ ergo expulſio culpe non eſt abiectio alicuꝰ poſitiui nec acquiſitio alicuius poſitiui quia de po
tentia abſoluta abſq̄ infuſione gratie alicuꝰ poſitiui poteſt deus nō obligare petrum ad penā eter
naꝫ ad quā ante obligabatur. Ex quo eñ hec obligatio eſt ex mera ⁊ libera volitione diuina ⁊ non ex
aliquo poſitiuo in exiſtente q: nihil remanet poſt tranſitū actus peccandi: ergo qua ratiōe deus obli
gat poteſt non obligare. Tertia concluſio eſt declarare quomodo nulla facta mutatione in voluntate
diuina poteſt tranſire a contradictorio in cōtradictoriū. puta modo obligare ⁊ mō nō. ⁊ tm̄ nulla fit re
alis mutatio circa obiectū videlꝫ circa aīam. in q̊ nec ille hꝫ culpā nec grāꝫ q: iter duo inſtātia eſt tēpꝰ
mediū vbi notanda ſunt duo. Primum eſt ꝙ ſecus eſt de volitione noſtra ⁊ de volitione dei. volitio
enim noſtra quia limitata eſt non poteſt eadem numero exiſtens ferre ſe ſuper oppoſita oppoſitis
modis puta eodē actu velle petrum ⁊ nolle petrum vel velle petrū ⁊ nolle martinum. Actus autem

volūtatis dei: q: eſt illimitatꝰ ⁊ infinitus poteſt ferri ſuper oppoſita oppoſitis modis: q: eodem actu
vult petrū eodem inſtanti: ⁊ nō vult eum pro alio inſtāti: ⁊ ſimiliter de diuerſis oppoſitis. Et nota ꝙ
differt aliquid velle abſolute ⁊ aliq̄d velle ſub conditione. Velle abſolute vt volo preliari nō inſpecta
aliqua cōditione. Velle ſub conditione vt volo preliari ſi habuero bonū premium: ita videtur deꝰ vel
le ſub conditione aliquē ſaluari vel dānari non abſolute. Ad ꝓpoſitum cū deus in inſtāti eternitatis
vnicum actū habeat ſimplicū per quē fertur ſuper petrum velle dānari ⁊ nolle dānari: ⁊ illud velle et
nolle ſit conditionatū: ſcꝫ q: vult q̄diu durat reſpectus rōnis ſiue obligatio ſeq̄tur ꝙ nulla facta mu
tatione circa obiectū. puta petrū deus pōt velle ipm̄ eſſe obligatū ad penā eternā in ſigno. a. ⁊ nō eſſe
obligatū in ſigno. b. q̄ duo ſigna ſunt ibi mutatio niſi in reſpectibꝰ rōnis qui faciūt velle obligare ⁊ nō
obligare. ¶ Quarta ꝯcluſio eſt ꝙ expulſio culpe ⁊ infuſio gratie ſunt in eodē inſtāti tēporis: ſed nō na
ture. Probatur q: da oppoſitū ꝙ ſint in alio ⁊ alio inſtāti erit tēpus mediū in quo nec ille habebit cul
pam nec gratiā: q: inter duo inſtātia eſt tp̄s mediū in ſexto phiſicoꝝ ⁊c. ſm̄ cōpendiū theologie ad iu
ſtificationē impij quattuor concurrūt: ſcꝫ duo ex ꝑte iuſtificādi: ſcꝫ motꝰ li. arb. ad diſpoſitionē ⁊ gra
tie infuſionē: ⁊ cōtritio: ſcꝫ diſceſſus a pctō ad diſpoſitionē ad culpe expulſionē. Alia duo cōcurrut ex
parte iuſtificātis: ſcꝫ gratie infuſio ⁊ culpe remiſſio. Cauſaliter motꝰ li. ar. prior eſt alijs tribꝰ: q: req̄ri
tur conſenſus volūtatis in hmōi mutatione volūtas aūt ⁊ libeꝝ arbitriū ſumūtur hic pro eodē preter
ea motꝰ ille appellatur motꝰ li. ar. ille eñ motus q̄ libero arbitrio cōſentit deo vt primo motori vocat̄
motus fidei: q: habet aliq̄d cognitionis ⁊ aliq̄d affectionis ſicut fides. Dicimꝰ ergo ꝙ motꝰ libe. arb.
ſiue motꝰ fidei in deū cauſaliter prior eſt q̄ motꝰ quo de pctō quis cōteritur: q: ſicut in gn̄atione peccati
prior eſt cōuerſio q̄ auerſio cū conuerſio cauſet auerſionem: ita in eius deſtructione prior eſt cōuerſio
ad deū per liberū arbitrium q̄ auerſio a creatura ꝑ contritionē de pctō quod eñ primū eſt in cōpoſi
tione vltimū eſt in reſolutiōe. Iſti eñ duo motꝰ: ſcꝫ libe. arbi. ⁊ cōtritionis ſunt priores q̄ gratia infū
datur: q: ſunt cauſa preparatoria vt gratia detur: q̄uis eñ deꝰ ſine vlla preparatione poſſet impiū iuſtifi
care: tamen req̄ritur preparatio ex ꝑte materie qm̄ ſicut req̄ritur preparatio materie in naturali mutatiōe
ad recipiēdum formā: ita in mutatione volūtaria ⁊ hoc nō eſt ex impotētia agētis: ſꝫ ſuſtinētis. Alia
cauſa eſt: q: in iuſtificatione peccatoris fit introductio vnius forme ⁊ expulſio contrarie: ideo requirū
tur predicta duo: ſcꝫ motus li. arbi. diſponēs a gratie ſuſceptioneꝫ ⁊ cōtritio: id eſt deſceſſus a peccato
diſponēs ad culpe expulſionē. Gratia vero priꝰ infundit̄ q̄ culpa remittatur: q: ꝑ gratiā culpe remitti
tur ſicut in introductōne forme prior eſt naturaliter forma q̄ ex ꝑte agētis expellit q̄ illa q̄ expellēda ē
remoueri poſſit. Et qn̄ q̄rit̄ qualr̄ iuſtificatio fit in inſtāti ſiue ſucceſſiue. Nota ꝙ iuſtificatio pōt duplr̄
accipi. vno mō vt dicit motū ad iuſtificationē cū termio eiuſdē. ſic fit ſucceſſiue ⁊ ꝑ ꝯſequēs nō in inſtā
ti. Alio mō pōt accipi vt dicit mutationē ſine motu ⁊ ſic fit iuſtificatio impij in inſtāti triplici rōne. Prīa
q: fit virtute diuina infinita ⁊ ſimplici. Scḋa q: fit in ſubſtātia ſimplici: ſcꝫ aīa. Tertia q: tam forma q̄
expellit̄. ſcꝫ culpa q̄ illa q̄ introducitur: ſcꝫ gratia omnino ſimplex eſt.

Ad iuſtificationem impij quatuor concurrunt

¶ Sequitur de elemoſyna. Rubrica.

IN iſta parte cuius reſtituat: ego tractaui de vno mēbro ſatiſfactiōis: ſcilicet de reſtitutio
ne: ⁊ dimiſi tria mēbra que ſunt elemoſy. oratio: ⁊ ieiuniū: eo ꝙ ac. ille ſuper iſtis tribꝰ cō
poſuerat textū ſingularē poſt cap̄. de virtutibus: ſꝫ q: declaratio predictoꝝ mēbroꝝ eſt ꝑ
tinēs huic ca. vt mēbra diuidētia ſequātur immediate eorum diuiſum: ideo intēdo hic de
iſtis tribus mēbris ſatiſfactionis aliquid elucidare. Et primo de ſatiſfactione in generali. ſecundo de
ſingulis mēbris declarādis: ſcꝫ elemoſyna: orōes: ⁊ ieiunio. ¶ Quantū ad primū eſt notandū ꝙ ſatiſfa
ctio in generali eſt redditio volūtaria equiualētis al's indebiti. Notanter dicitur redditio: q: ſatiſface
re non eſt abſolute donare: ſꝫ pro aliqua obligatione aliq̄d impēdere. vnde niſi q̄s ante obliget̄ non
proprie ſatiſfacit. Notāter dicitur volūtaria: q: niſi volūtarie ſatiſfaceret magis diceret̄ ſatiſpati q̄ ſa
tiſfieri. Notāter dicitur equiualētis: q: ſatiſfactio eſt redditio ſm̄ iuſticiā. Omnis autē iuſticia requi
rit equiualētiam ſaltiꝫ cōmutatiuam q̄ reddet tm̄ pro tāto. v. ethicoꝝ. Notāter dicitur al's indebiti: q:
de eo ad quod al's obligat̄ non poteſt ſatiſfacere pro alio obligatione libeꝝ eñ dꝫ eſſe in poteſtate ſa
tiſfaciētis illud qḋ reddit alicui pro obligatione q̄ tenetur. Iſta deſcriptio ſatiſfactiōis eſt generalis:
q: nō ſolū reſpicit illā ſatiſfactionem q̄ eſt in penitētia: ſꝫ etiā illaꝫ q̄ eſt in omnibꝰ obligationibus ⁊ cō
tractibus. Satiſfactio alio modo ſumitur ſpecialiter ⁊ diffinitur ſic. Satiſfactio eſt operatio exteri
or laborioſa ⁊ venalis voluntarie aſſumpta ad puniēdum peccatum cōmiſſum a ſe: ad placādam diui
ne maieſtatis offenſam: illa enim preciſe accipitur pro paſſione ⁊ opere exteriori. Et conſiſtit illa
ſatiſfactio in tribus precipue; ieiunio; oratione; et elemoſyna; et ſic communiter decreta loquun

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tur de ſatiſfactione. ¶ Queritur in quo ꝗ conſiſtit ſatiſfactio. Solutio. Satiſfactio conſiſtit in ſepteꝫ
¶ Primum non eſt penoſum ſed ſupequiualens omni penoſo ⁊ eſt feruor charitatis quem deus ma-
gis acceptat ꝙ̄ quodcūqꝫ opus laborioſum. Scōm eſt penoſuꝫ interius ⁊ iſtud eſt cōtritio cordialis
quā deus intm̄ acceptat ꝙ totā relaxat penā: vt dixi ſupius. Tertiū eſt etiā penoſum .ſ. exterius ⁊ illud
eſt oris cōfeſſio. q: ex hūilitate ꝓprie abiectōis ⁊ vilipēſionis recognoſcēdo corā hoīe tot vitia ꝓpter
deū tollit magnā partē de pena. Quartū eſt paſſio penoſa ſequens .ſ. verecundia ꝗ multū etiā de pena
tollit vt viſum fuit in cap. de pnīa. Quintū eſt opus laborioſum exterius .ſ. carnem macerare. qḋ fit ꝑ
ieiuniū. Sextū eſt mentē eleuare in deū quod fit per orationē. Septimū eſt alioꝝ neceſſitatibus ſub-
uenire quod eſt elemoſyna. De his tribus vltimis habeť de peni. di. vi. §. i. Ex quibus inducitur ꝙ nō
oportet ꝙ cuilꝫ pctō reſpondeat ſua ſatiſfactio ꝓpria ſꝫ ſatiſfactio vna ſpecie ⁊ vna numero pōt pluri-
bus peccatis reſpondere: ⁊ etiā plures ſatiſfactiones poſſunt pro vno pctō adduci. Iſta ꝓbanť primo
ꝙ vna ſatiſfactio ſpecie ⁊ vna nūero ſatiſfaciat ꝓ pluribus: pꝫ q: ꝙ̄tūcūqꝫ peccata ſint diuerſa ꝑ eoſdeꝫ
actus cōtritionis in ſpecie ⁊ etiā per vnū actū qui eſſet bene intenſus in numero poſſet de oībus ſatiſ-
fieri ꝙ̄ etiā plures ſatiſfactiones correſpondeant vni pctō. patꝫ q: aliꝗs poteſt eſſe de eo non multum
contritus: ⁊ tunc ieiunādo orando elemoſynā dando quaſi plˀibus ſatiſfactōibus vna tota ſatiſfactio
integrať vni peccato correſpondēs. ¶ Secunda ꝓpoſitio eſt illa ꝙ hec ſatiſfactio recōſiliat ſatiſfaciē-
te deo offenſo. Probať q: deus nō eſt implacabilis cum miſeratōes eius ſint ſup oīa opera eius ſꝫ per
nullū cōuenientius placari poteſt ipſe deus glorioſus ꝙ̄ ꝑ hāc ſatiſfactionē ꝗ eſt redditio equiualētis
ſm̄ commutatiuam iuſticiam vt dixi. ergo ſatiſfactio vere recōſiliat deo. ¶ Queriť ꝓ quibus pctis im-
ponitur hec ſatiſfactio .ſ. elemoſyna: ieiuniū: ⁊ oratio. Solutio. Dicendū eſt ꝙ ꝓ oībus vbi eſt notan-
dum ſm̄ beatū Iohannē in ſua canonica .i. c. ij. Omne peccatū reduciť ad vnam diſtinctionē trimem-
brē que talis ē. Oē vitiū aut ſpectat ad cōcupiſcentiā carnis aut ad cōcupiſcentiā oculoruꝫ aut ad ſup-
biam vite. Et q: pena dꝫ correſpondere culpe. vt ꝑ que peccat hō puniatur. Sapi. xi. Sicut in ciuilibꝰ
melius ſatiſfacit qui reddit aurū ꝓ auro ꝙ̄ argētū. ideo ꝙ̄tum poſſumus debemus conari vt magis
ꝓprie in eo in quo peccauimus puniamur ⁊ ſatiſfaciamus ideo ꝓ pctis carnis eſt imponendū ieiuniū
quod carnē macerat. Et ſimiliter de pctis ad luxuriā inducentibus vt eſtˀ gula Pro pctis auaricie ⁊ in-
ducentibus ad auariciā imponenda eſt elemoſyna. ⁊ ſimilia opa erogationis. Pro ſupbie pctō impo-
nenda eſt humilitas ⁊ ea que inducūt ad humilitatē: tamen iſte pnīe ſunt arbitratiue vt viſum fuit ſu-
perius in capitulo de penitētia. ¶ Queriť vtrum ſacerdos debeat tantā pniam iniūgere penitēti quā
ꝓ peccatis commiſſis meruit. ¶ Ad illud dubium reſpondet Thomas dicens ꝙ nō q: in hac vita vix
expleri poſſet. Similiter quia ſm̄ ꝙ̄titatem contritionis etiā pena diminuiť quā ſacerdos nō cogno-
ſcit. ideo dr̄ ꝙ penitentie ſunt arbitratiue. id eſt ſm̄ arbitrū ſacerdotis qui diſcrete cōſiderat conditio-
nes penitentiū ⁊ poſſibilitatē. vnde ⁊ ſi tota penitentia nō exſoluatur in hac vita que ꝓˀ peccatis de-
betur in purgatorio expurgabiť ⁊ exſolueť: qm̄ reatꝰ pene tpalis poſt cōfeſſionē manet ad quā fue-
rat obligatꝰ. ¶ Itē non oꝫ ꝙ ſacerdotes ſꝑ iniungāt pniaꝫ ꝗ in iure conſtituta ē ꝑꝑ neceſſitatē ꝑſona-
rū iſte pnie ꝗ ī iure cōſtituūť enūerātur. vi. de ꝗbꝰ tractat. Laudul. ſup. xv. di. iiij. ſen. vbi ideꝫ. Laudul.
ſuper premiſſis. facit talem diſtinctionē. Peccator quo ad penā poteſt ſe quadrupliciter habere. vno
mō ſi vere cōteratur ⁊ vult ſe ſubijci ſacerdoti in cōmutatione pene eterne in tēporalē nō tn̄ vult iſtā
penā in hoc mūdo ei et ſoluere: ſed in purgatorio ille eſt abſotuendꝰ ⁊ abſolutio eſt rata dūmodo ap-
pareat contritꝰ. tn̄ ꝑſuadendꝰ eſſet ꝙ reciperet in hoc mundo penitētiaꝫ q: pene purgatorie ſunt mi-
rabiliter graues. Secūdo mō ſi peccator vult partem pene hic exſoluere ⁊ partē in purgatorio: illo
modo etiā eſt abſolutio rata ⁊ hac vt plurimū hoīes vtūtur: q: cōmuniter perpendunt ſe non ſufficiē-
ter ſatiſfacere in hoc mundo: ideo expectant in alio. Tertio modo ſi peccator accipiat penaꝫ cōdignā
pro tota culpa. ſic abſolutio eſt ſimpliciter rata ⁊ quo ad culpe dimiſſionē ⁊ quo ad pene ſatiſfactio-
nem. Quarto modo ſi peccator aſſumat maiorē penaꝫ ſeu penitentiā ꝙ̄ ſit ſua culpa: tunc abſolutio
eſt ſimpliciter ⁊ ſuper rata. Unde iſto opere penoſo ſuperexcedente peccator non dr̄ ſatiſfacere: ſed
mereri: quare pōt cōcludi ꝙ cū ſatiſfacere opere penoſo correſpondente culpe cōmiſſe ſpectat ad iu-
ſtitiā cōmunicatiuā ⁊ huiuſmodi iuſtitia habeat latitudinē in ſuo medio nō requiritur penitētia: ita
punctualis quin vere penitentia ſit rata ſiue ſit aliquantulū plus ſiue minus dūmodo non nimis ex-
cedat ⁊c. Sed q: penitentia vt viſum fuit ſuperius nō ſolum eſt ſatiſfactoria pro peccatis preteritis
immo etiā medicina contra futura peccata. ideo conueniens videtur vt talis penitētia iniungatur
que ſit in remedium contra accuſationes peccatorum futurorum ideo contra verboſos ⁊ iracundos

orationis penitentia iniungatur: q: oratio eleuat mentē ad deum. Contra guloſos ⁊ carnales ieiuni-
um detur. Contra auaros detur elemoſyna in penitentia. Ad orationem enim ſpectant oīa opera
ſpiritualia. Ad elemoſynam opera erogationis ⁊ miſericordie. Ad ieiunium opera carnem affligē-
tia: ſicut vigilie: peregrinationes: diſcipline ⁊ huiuſmodi: ⁊ iſta cōſiderantur ſeu debent cōſiderari a
quolibet confeſſore: ideo inſequendo litteram actoris de iſtis tribus membris ſatiſfactionis. ſcilicet
elemoſyna oratione ⁊ ieiunio intendo hic aliqua declarare. Et primo de elemoſyna cuius textus eſt
ab actore in hunc modum qui ſequitur.

Sequitur de elemoſyna.

Si tibi ſit multum ſtudeas dare multa frequenter
Si tibi ſit modicum da iuxta poſſe libenter
Si non ſufficias dare ſit tibi prompta voluntas
Chriſto conciliat hec elemoſyna federa firmat.
Crimina mortificat redimit penamqꝫ relaxat
Gratos conſeruat dantes a crimine ſeruat
Omnia multiplicat bona pro donantibus orat
Demonis expugnat fraudes a morteqꝫ ſaluat,
Prodeſt defunctis purganti carcere vinctis
Is cui das munus ſit vel videatur egenus
Res quam das propria ſit Chriſtus ſit tibi cauſa
Da bona dum tua ſunt quia nunc data plus tibi proſunt
Quam ſi preberes cum non retinere valeres
Erras ſi ſperes ꝙ plus te diligat heres
Sub terra poſitum ꝙ̄ tu te diligis ipſum

Ista littera diuidiť in ſex partes. In prima parte actor docet modum faciendi elemoſynā
In ſecunda parte docet vtilitates elemoſyne. In tertia parte docet cui ſit dana elemo-
ſyna. In quarta parte quid ſit elemoſynis erogandum. In quinta docet cauſam princi-
palem ꝓpter quam elemoſyna docet dari. In ſexta docet quando elemoſyna ſit danda.
Prima in tribus primis metris. Secunda ibi chriſto conciliat. Tertia ibi is cui das. Quarta ibi res
quam das propria ſit. Quinta ibi. Chriſtus ſit tibi cauſa. Sexta ibi. Da bona dum tua ſunt. ¶ Pro
declaratione prime partis eſt notandum ꝙ elemoſyna eſt res ſancta augens preſentia minuens pec-
cata: coniungens angelis: ſeparans a demonibus: peccatorem ſuo creatori reconcilians: quaſi mu-
rus inexpugnabilis circa animam. Auguſtinus. Item duplex eſt elemoſyna. ſcilicet ſpiritualis ⁊ cor-
poralis: ⁊ vtraqꝫ cadit ſub precepto affirmatiuo: ⁊ q: precepta affirmatiua non obligant ad ſemper
ſed pro loco ⁊ tempore: ⁊ ſm̄ alias conditiones determinatas. Ideo oportet conſiderare conditio-
nes ex parte dantis. ſcilicet ꝙ det de ſuperfluo: nō ſolum reſpectu ſui: ſed reſpectu familie cuius vitaꝫ
gerit. Similiter ex parte recipientis conſideranda eſt neceſſitas. Elemoſyne corporalis ſunt plures
ſpecies que continentur in iſto metro. Uiſito poto cibo redimo tego colligo condo. Uiſitare infir-
mos: dare potum ſitientibus: cibare eſurientes: redimere incarceratos: tegere nudos: colligere ho-
ſpites: pauperes ſupple propter deum condere. id eſt ſepelire mortuos. Alia opera poſſunt iſtis ad-
di. ſcilicet mutuare proximo indigenti: remittere eidem debitum. vnde Mathei. v. capitulo volenti
mutuari a te non auerteris. ⁊ Luce. vi. Mutuum date nil inde ſperantes. Aliud opus eſt facere pō-
tes in locis periculoſis vel iuuare facere ⁊c̄. Elemoſyne ſpiritualis ſunt alie ſeptem ſpecies que con-
tinentur in iſto verſu. Conſule caſtiga ſolare doce remitte fer ora. Conſule inconſultum: caſtiga delin-
quentem ſolare deſolatum: doce indoctum ⁊ inſcium: remitte iniurie reatum: fer id eſt opem indigē-
ti ⁊ ſupporta lapſum: ⁊ fer. id eſt ſuſtine patienter aduerſitates ⁊ iniurias tibi illatas. Alij dicunt fer
id eſt libenter baptizandos ad fontem baptiſmalem: ora pro defunctis ⁊ pro omnibus amicis ⁊ ini-
micis ⁊ perſecutoribus tuis. Ex quibus apparet ꝙ nullus poteſt excuſari a collatione ſeu datione
elemoſyne: quia ſi nō habeat vnde adimplere poſſit elemoſyna corporales impleat ſpirituales ſm̄
gloſa. ſuper pſalmiſtā. Iuſtus autem miſeretur ⁊ retribuet: ⁊ ſi non habeat vnde adimplere: ſaltem
habeat bonam voluntatem: quia voluntas pro facto reputatur in gloſa. capi. primo. extra de eo qui

mit .in poſ. cauſa rei ſuā.ideo dicit ac.nr̃ in littera ſua.ſi nō ſufficias dare ſit tibi prompta voluntas.
Item eſt notandū ꝙ elemoſyna eſt danda ſm̄ poſſibilitatem ⁊ qualitatem diuitiaꝝ Thob.quarto. ſi
multum tibi fuerit abundanter tribue:ſi exiguū etiā exiguū libenter impartiri ſtude. Item elemoſy
na eſt danda animo voluntario.qm̄ deꝰ plus reſpicit ad animum ꝙ̄ ad domū. Prouer.xvi. Spiritū pō
derator eſt deus.vñ ſuper illud Mat.xxv.c.qḋ feciſtis vni ex minimis meis mihi feciſtis dicit glo. de
um ad affectum mentis magis reſpicere ꝙ̄ ad qualitatem rei exhibite. Item danda ē elemoſyna cū
vultus hilaritate.ij.ad Cor.ix. Hilarē datorē diligit deus. Item dāda eſt elemoſyna cū ſermonis dul
cedine. Eccle.iiij. Declina pauperi ſine triſticia aurē tuā.⁊ reſpōde ei in pacifica manſuetudine. Sunt
enī multi q̄ mox vt ab egenis fratribus fuerint neceſſaria poſtulata prius in eos cōtumelioſa verba
iaculantur q̄ ſi rebus miniſteria pietatis perficiant verbis tm̄ contumelioſis erogati grā ꝑdunt. vn
de Yſaie.lviij. Cū videris nudum operi eū ⁊ ne deſpexeris carnē tuā ⁊c. Itē danda eſt elemoſyna cū
feſtinatione.ꝓuer.iij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere ⁊ cras dabo tibi cū ſtatim poſſis dare. et
Eccle.iiij. Cor inopis ne affllixeris ⁊ ne tardes datum anguſtiati.q̄ enī cito dat bis dat. Item danda
eſt elemoſyna ſecrete ⁊ nō ad vanā gloriam. Mat.v. Cū facis elemoſynā noli tuba canere añ te: ſicut
faciunt ypocrite in ſynagogis ⁊ in vicis vt videantur ab hoībus.amē dico tibi receperūt mercedem
ſuā:te aūt faciente elemoſynā neſciat ſiniſtra tua q̄d faciat dextera vt ſit elemoſyna tua in abſcondito
⁊ pater tuus q̄ videt in abſcondito reddet tibi. Eccle.xxix. Conclude elemoſynā in ſinu pauperis ⁊ hec
orabit pro te. Itē elemoſyna dꝫ fieri in charitate ſi debeat eſſe fructuoſa ⁊ meritoria ad vitā eternam
vñ.xv.di.iij.ſen. Nō.n.ſe fallāt qui per elemoſynas largiſſimas fructuū ſuoꝝ vel pecunie impunitatē
ſe emere eſtimant in pctīs ꝑmanētes qui ita diligūt vt in eis optent verſari ad q̄s ſaluator nr̃. Mat.
xxiij. Munda prius qḋ intus eſt vt fiat ⁊ illud qḋ de foris eſt mundum. Nā in immūdus nihil eſt mū
dum:ſꝫ polluta eſt eoꝝ mens ⁊ conſcientia.vñ beatus Paulus immundi ſunt oēs quos non mūdat
fides opans per dilectionem qua creditur in xp̄m.de qua ſcriptū eſt act.xv. Purificans fide corda eoꝝ
Et his ſatis apparet ꝙ in peccato mortali permanentes ſi elemoſynas largas faciant.non tm̄ ꝑ eas
ſatiſfaciunt.qꝛ inordinate agūt dū a ſe nō incipiunt. Eccle.xxx. Miſerere aīe tue placens deo.⁊ Aug.
in encheridion.q̄ vult elemoſynā ordinate dare a ſeipſo dꝫ incipere nō enī ille eſt vere miſericors q̄ aīe
ſue infirmantis ad mortē nō miſeret̄.cū magis eam diligere dēat ꝙ̄ matrē Vñ Catho. Sēp tibi proxi
mus eſto. Et de illa materia ſatis habet̄.xv.di.iiij.ſen. ꝑ mag.⁊ docto. Sine enī charitate nihil viuit
vita grē:ſed oīa ſunt mortua oīa arida i.Job.iij. Qui nō diligit manet in morte.⁊.i.ad Cor.xiij. Si de
dero oēs facultates meas in cibos pauperꝝ.⁊ corpus meū ita vt ardeā charitatem aūt non habeam ni
hil mihi prodeſt:ſaltem quo ad vitā eternā. Item opa ſi debeāt eſſe fructuoſa debent procede ex cha
ritate hoc eſt dicere ꝙ fiāt intentione charitatiua. Scḋa pars eſt ibi. Chriſto cōciliat.vbi ac. declarat
vtilitates elemoſyne. Una vtilitas eſt ꝙ elemoſyna recōciliat xp̄o facientē. qꝛ penitentiā hoī īpetrat
glo.ſuper.iiij c.prime epl'e ad Thimo. Si quis miam ſeq̄tur ſi ludibriū carnis patiatur vapulabit:ſed
nō ꝑibit.hoc tm̄ nō eſt intelligendū de illo q̄ ſemper fiduciā ponēs in elemoſynis q̄s facit peccat. Itē
ꝓuer.xxi. Munꝰ abſconditū extinguit iras ⁊ donū in ſinu indignationē maximā ⁊c. Federa firmat
vñ ꝓuer.xxi. Facere miam ⁊ iudiciū magis placent deo ꝙ̄ victime. Elemoſyna crimina mortificat ⁊ re
ſiſtit peccatis.eccle.iij. Ignē ardentē extinguit aqua et elemoſyna reſiſtit peccatiſ.elemoſyna penā re
demit ⁊ relaxat.pꝫ qꝛ ēvnū opꝰ ſatiſfactoriū.vñ dañ.iiij. Elemoſynis pctā tua redime ⁊ iniq̄tates tuas
miſericordijs pauperꝝ forſitā ignoſcat deus delictis tuis ⁊c. Gratos cōſeruat factores elemoſyna cre
atori eccle.xvii. Elemoſyna gratiā eiꝰ q̄ſi pupillā cōſeruabit elemoſyna dātes a crimine ſeruat. ⁊ a mor
te Thob.iiij. Premiū bonū theſaurizaſti tibi in die neceſſitatis.qm̄ elemoſyna ab oī pctō et a morte li
berat.nec patiet̄ aīam ire in tenebras. Bona tēporalia multiplicat.vñ Greg. in dyalogo. terre ſub
ſtantie ꝑ hoc ꝙ pauperibꝰ diſtribuūtur multiplicant̄.de hoc habetur exemplū de bonifacio q̄ cū eſſet
puer triticū mr̃is ſue expendit in vſus pauperꝝ ⁊ cū mater horreū ingreſſa vidiſſet triticū ſuum con
ſumptum incepit filiū ſuū bonifaciū increpare:⁊ cedere in faciē eo ꝙ ſic diſtribuiſſet bona ſua:ſꝫ orō
ne facta a bonifa.ſtatim horreū inuentū eſt plenū ergo date iuxta preceptum altiſſimi ⁊ dabit̄ vobis ⁊
ſpūaliter ⁊ tēporaliter. Lu.vi. Fiducia.n.magna corā ſummo deo erit elemoſyna oībus facientibus
eā. Tho.iiij. Elemoſyna orat pro donantibꝰ eccle.xxix.conclude elemoſynā in ſinu paupis.⁊ hec orabit
ꝓ te demonis fraudes expugnat.vñ Augu. Murꝰ inexpugnabilis circa aīam eſt elemoſyna: elemo
ſyna defunctis ꝓdeſt ſaltē exñtibꝰ in purgatorio vt tenet vl'is eccl'ia:vñ btūs Augu. in.xlv.di.iiij.ſen.
neq̄ negandū eſt defunctoꝝ aīas pietate ſuoꝝ viuentiū releuari cū ꝓ illis ſacrificiū mediatori offert̄.
⁊ elemoſyne fiūt in eccl'ia.⁊ mag.e.di.dic. oronibꝰ ſctē eccleſie ⁊ ſacrificio ſalutari ⁊ elemoſynis q̄ pro

eoꝝ ſpiritꝰ offerūtur nō eſt dubiū mortuos adiuuari. Tertia pars eſt ibi. Is cui das ⁊c. vbi ac.nr̃ docꝫ
quibꝰ ſit dāda elemoſyna.d.ꝙ pauperibus ⁊ egenis luce.xiiij. Cū facis cōuiuiū noli vocare diuites:
ſed voca pauperes ⁊ debiles.⁊ Thob.iiij. Pane tuū cū eſurientibꝰ ⁊ egenis comede. ⁊ de veſtimētis
tuis nudos tege.grandis enī culpa eſt ſi te ſciente fidelis egeat q̄s enī paſcere hoīes poteris ſi nō pa
uiſti occidiſti.lxxxvi.di.c.nō ſatis. Item ꝓbatur auctoritate ſaluatoris nr̃i Lu.i.ꝙ pauperibꝰ ſit dāda
elemoſyna cū dꝛ ibidē eſurientes impleuit bonis. Ad idē Ambro. Da pauperibꝰ nō locupletibꝰ nō ſuꝑ
bis ſꝫ humilibus.vñ abūdāti dare nihil aliud eſt ꝙ̄ ꝑdere.i.q.ij.c.paſtor. Elemoſyna.n. diuinitus eſt in
ſtituta ad ꝓximi neceſſitatē ſubleuandā.⁊ intelligat̄ ꝑ ꝓximū nō ꝓximū ꝓpinq̄tate ſanguinis tm̄. ſꝫ
ſocietate rōnis ſm̄ glo.ſuꝑ illḋ Leui.xix.⁊.Mat.xxij. Diliges ꝓximū tuū. In elemoſynis.n.tres gra
dus reperiūtur.ſ.tria debent ꝯſiderari.honeſtū.debitū ⁊ neceſſariū. Honeſtū vt ꝓpinq̄ori ſi indigeat
ſubueniatur vnde Ambroſius. Proximos ſeminis tui ne deſpicias ſi egere cognoſcas melius enim
eſt vt ipſe ſubuenias tuis quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere debitum eſt vt ſubueniatur
benefactoribus ſi egeant:non vt opes augeantur:ſed vt neceſſitas ſubſtentetur ſm̄ hieroni. Notan
ter dꝛ ſi egeant qm̄ ſm̄ eundē Hiero.pars ſacrilegij eſt res pauperꝝ dare nō pauperibus. Neceſſariū
eſt vt elemoſyna detur magis indigenti. ¶ Querit̄ nunq̄d danda ſit elemoſyna malis. Solō.dicendū
eſt ꝙ elemoſyna danda eſt bonis ⁊ malis capacibꝰ fructꝰ eiꝰ vt ſimus imitatores eius q̄ ſolem ſuū fa
cit oriri ſuper bonos ⁊ malos ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos Mat.v.⁊ luce.vi. Scriptū eſt.n.math.
v. Diligite inimicos veſtros et bñfacite hijs qui oderūt vos.⁊ ꝓuer.xxv. Si eſurierit inimicꝰ tuꝰ ciba
illum. Si ſitit potum da illi. ¶ Queritur nunq̄d pōt aliq̄s ſibimet elemoſynā facere. Solu. ꝓprie lo
quendo nullꝰ poteſt ſibimet elemoſynam facere loquendo de elemoſyna corꝑali:qꝛ elemoſyna eſt opꝰ
miſericordie:mia autem reſpicit alienam miſeriā.ideo.⁊c.verūtñ ex conſequenti poteſt ſibimet como
dum facere ex elemoſyna ſicut cū diſtributor elemoſinaꝝ facit ſibi comodum ex elemoſynaꝝ admi
niſtratione ſibi etiā poſſet accipere ſi indigens fuerit ſicut daret alij indigēti. ¶ Quarta pars eſt ibi.
Res quā das ꝓpria ſit.vbi act.docet de q̄ ſit fienda elemoſyna.dicit ꝙ de ꝓprio ⁊ nō de alieno. Tho.
iiij. De tua ſubſtātia honora dñm ⁊ ñ de aliēa ſubſtātia.xiiij.q.v.c.niſi res.⁊ idē ꝑ btm̄ aug.⁊ ſic breuit̄ d
male acquiſitis nō dꝫ fieri elemoſyna ſꝫ beatū Augu.in li.de verbis dñi.c.ab illo.§.ꝙ vero.xiiij.q.v.
¶ Pro quo eſt notandum ꝙ tripliciter dicitur aliquid male acquiſitum. vno modo quia debet reſtitui
ei a quo illicite habetur ſicut de rapina furto vſura ⁊ huiuſmodi.⁊ de tali nō debet fieri elemoſyna:ſed
eſt ei reſtituēdum a quo ablatū eſt. vnde leui.ij. Ois ablatio q̄ offertur dño abſq̄ fermēto:ſcꝫ iniq̄
acquiſitionis erit. Nam q̄ facit elemoſynā de ſubſtātia pauperis eſt ſicut qui victimat filiū in cōſpectu
patris.eccle.xxxiiij.xiiij.q.v.c.immolās.⁊.xl.di.ij.ſentē. Scḋo modo dicitur aliq̄d male acquiſitum:qꝛ
dans ⁊ accipiēs cō diuinā iuſticiā faciunt ſicut in ſymonia.⁊ tale non eſt reſtituēdum ei q̄ dedit. nec re
manere dꝫ apud eū qui accepit:ſꝫ in elemoſynis dꝫ erogari in.c.veniēs.extra.de ſymo. Tertio modo
dicitur aliq̄d illicitum rōne actus acquirēdi non rōne acquiſitionis ſicut in meretricio cuius actꝰ eſt il
licitus ⁊ a deo ꝓhibitus:tamen illud qḋ datur poteſt meretrix accipere pro locatione ſui corporis: et
de eo poteſt meretrix facere elemoſynam: ⁊ ſimiliter hiſtriones poſſunt facere elemoſynas de hijs q̄
ſibi datur:qꝛ nulli cōpetit reſtitutio.xvij.q.iiij.c.non ſane. ꝙ̄uis immane pctm̄ ſit dare aliq̄d hyſtrioni
bus pro hyſtrionatu.lxxxvi.diſt.c.donare. Et idē dicēdum eſt de citharīſtis ⁊ alijs qui ludūt ad volu
ptatem ⁊ luxuriā:qꝛ deū inanibꝰ ſtimulāt qui vocibus populū delectāt.xcij.di.c.in ſancta. Tamen ad
laudē dei ad recreationē infirmi vel aliā iuſtā cām tales ludi pñt permitti. de con.di.v.c.ꝑuenit.ver.
ſinā. Sꝫ meretrix non pōt facere ſacrificiū ad altare de mercede ꝓſtibuli.tā ꝓpter reuerentiā ſacra
menti ꝙ̄ ꝓpter ſcandalū ⁊ deteſtationē peccati ⁊ vt ꝓpter rubore ⁊ verecūdiam citius conuertat.xc.
di.c.oblationes.⁊.xvij.q.iiij.c.miror.vnde deut.xxiij. Non offeres mercedē proſtibuli nec precium ca
nis in domū domini dei tui quicq̄d illud eſt qḋ vouerit:qꝛ abhominatio eſt vtraq̄ apud dñm deū tuū.
De illa materia tractaui in.c.de auaricia ⁊c. Illa enī elemoſyna deo placet q̄ non ex iniq̄tate ⁊ illicitis
congerit̄.ſꝫ que de rebꝰ conceſſis ⁊ bene acq̄ſitis impēditur.xiiij.q.v.c.elemoſyna. Pro quo eſt notā
dum ꝙ elemoſyne ſunt tres gradꝰ. Nam q̄daꝫ eſt elemoſyna q̄ eſt bona:alia melior:alia optima. Bo
na eſt q̄ fit de patrimonio xp̄i in quo ſolā diſpenſationē habēt clerici.vñ Ier. Facultates eccleſiarū
patrimonia ſunt pauperꝝ:⁊ ſequitur ſacrilega crudelitate ſubripitur quicq̄d miniſtri vltra victū ⁊ ve
ſtitum accipiūt. Melior eſt q̄ fit de proprio patrimonio. Optima eſt q̄ fit de hijs que acq̄runtur ꝓprio
labore. Item notāduꝫ eſt ꝙ elemoſyna eſt deo tāto gratior quāto res q̄ datur eſt carior.ij.regu.vlti.
capi.vnde numeri.xviij. Que offeretis deo donaria optima ⁊ electa erūt: qḋ eſt cōtra illos q̄ dat pau
per.hꝰ de peioribus. De bonis eccleſiaſticis ſatis tractaui in.c.de auaricia:qm̄ tenētur ſuꝑflua paupe

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rebus erogare alias grauiter peccant: vna pars paſtori altera clericis. tertia fabrice eccleſie. quarta
pauperibus. xij. q. ij. c. quattuor autē. ⁊ c. aurū hꝫ eccleſia. non vt ſeruet ſed vt eroget pauperibus.
vij. xij. q. ij. c. gloria epī grā epī ē pauperū neceſſitatibꝰ ꝓuidere. et ignorantia ſacerdotis eſt ꝓprijs ſtu
dere diuitijs. tn̄ moderate viri eccleſiaſtici ſeruando bona eccleſie pro ſuis neceſſitatibus nō peccant
vel pro defenſione eccl'ie ⁊c. Queritur vtrū vxor filij ſerui monachi ⁊ ſimiles q̄ ſunt alieno iuri ſubie
cti poſſint facere elemoſynas ſine licētia ſuoꝝ ſuperioꝝ. Reſpondet abſolute ꝙ illi q̄ ſunt ſub poteſta
te coſtituti de rebus ſm̄ quas ſuis ſuperioribꝰ ſubijciūtur nō poſſunt facere elemoſynas ſine ſuperio
ris licētia niſi cogente neceſſitate: ꝙ cū in neceſſitate oīa ſunt cōia liceret etiā de alieno ſuccurrere in
digenti. ideo monachus qui nō hꝫ admiſtrationē nō poteſt elemoſynas facere de bonis eccleſie ſine
conſenſu expreſſo vel tacito ſui ſuperioris. Si tn̄ hꝫ adminiſtrationē: poteſt facere elemoſynas ſm̄ ꝙ
cadant in vſum ſuū. de vxore vero cū nihil habeāt ꝓprium preter dotē dicendum eſt ꝙ non poteſt fa
cere elemoſynas ſine cōſenſu expreſſo vel tacito viri ſui. tamē mulier poteſt facere elemoſinas mode
ratas ne vir ſuus per eas pauperetur. Seruꝰ non poteſt facere elemoſynas de rebꝰ ſui dn̄i. q2 licꝫ eas
habeat ad diſpenſationē ⁊ gubernationē domꝰ: non tn̄ ad donationē. tamen aliqua modica q̄ ſtatim
poſſent corrumpi poteſt dare pauperibus in elemoſynas: q2 in hoc preſumitur conſenſus dn̄i. Eodeꝫ
modo dicendū eſt de filijſfa. licꝫ filiuſfa. ſit hr̄s patris ſui nondū tn̄ habet dn̄ium ſuper res patris ſui.
ideo non poteſt dare eas ⁊c. ¶ Quinta pars eſt ibi. Chriſtus ſit tibi cā vbi auctor noſter docet cauſam
principalē ꝓpter quā elemoſyna eſt danda dicens ꝙ elemoſyna debet dari principaliter amore dei. iux
ta illud Ma. v. Cū facis elemoſynā noli tuba canere ſed ſit elemoſyna tua in abſcondito ⁊ pater tuus
q̄ videt in abſcondito reddet tibi. A deo em̄ dꝫ expectari retributio non ab homine. Luce. xiiij. Cū fa
cis conuiuiū voca pauperes ⁊ debiles claudos ⁊ cecos ⁊ beatus eris. q2 non habent vnde retribuere
tibi. retribuetur autem tibi in reſurrectione iuſtoꝝ. Sexta pars eſt ibi da bona dū tua ſunt. vbi ac. no
ſter docet qn̄ elemoſyna ſit danda di. ꝙ elemoſyna dꝫ fieri duꝫ hō eſt ſanus ⁊ viuit. Eccle. xiiij. Fili ſi ha
bes benefac tecū. ⁊ deo dignas offer oblationes memor eſto quoniam mors non tardabit ante mor
tem benefac ⁊ ante obitū tuū operare iuſtitiā. Nam oīs elemoſyna quā quis facit in vita ſua eſt ſicut
lucerna q̄ precedit aliquē ſeruans eū ne cadat in lutū vel foueā. Illa aūt elemoſyna q̄ fit poſt mortem
eſt ſicut lucerna q̄ fertur alicui poſt tergū q̄ nō cuſtodit hoīeꝫ quin cadat foueā iferni. Ideo littera ac.
dicit da bona dū tua ſunt ⁊ q̄ ſequuntur. Quia in operibus ſpūalibꝰ mīe fuit facta mentio de correcti
one eſt notandū ꝙ duplex eſt fraterna correctio. vna q̄ eſt actus charitatis q̄ fit per ſimplicē monitio
nem ⁊ illa ſpectat oībus charitatē habentibꝰ ſiue fuerit prelatus ſiue ſubditus ſiue dn̄s. De correctio
ne fraterna per beatuꝫ Thomā ſcd̄a ſcd̄e. q. xxxiij. Nam iſto modo poteſt inferior corrigere ſuperiorē
delinquentē cū manſuetudine ⁊ reuerentia. Alia eſt correctio que eſt effectus iuſtitie que fit per pu
nitionem vt alij magis timeant. ⁊ illa pertinet ſuperioribus. vt pꝫ in ethicis ⁊ per beatum Augu. in
libro de ſacramentis. c. de elemoſina. Prima em̄ correctio que eſt actus charitatis poteſt preteꝛmitti
ad tempus ſcꝫ qn̄ dubitatur ex ea deterioratio corrigendoꝝ. Scd̄a vero correctio nullomō debet pre
termitti. vnde Aug. in libro de ver. dn̄i ſi neglexeris corrigere peior eo factus eſt ſm̄ glo. ſuper illud
Mat. xviij. Si peccauerit in te frater tuus corripe illū inter te ⁊ ipſum ſolum habet ꝙ ita peccat q̄ vi
det fratrem ſuum peccare ⁊ tacet ſicut qui in eū peccanti non indulget. ⁊ hoc intelligendū eſt ſi habe
at oportunitatem corrigendi. Inſuper dicit ibidem glo. ꝙ ſi peccatum fratris fuerit publicum ⁊ mani
feſtum dꝫ ⁊ pōt publice corrigi ꝓpter aliorum correctionem ⁊ vt inde exemplum aſſumant. Si auteꝫ
peccatum fuerit occultum diſtinguendum eſt: q2 aut eſt in nocumentum ꝓximoꝝ corporaliter q2 vult
aliquos occidere ſeu incendere ciuitatē. vel in nocumentū pluriū ſpūaliter q2 eſt hereticus ⁊ hoīes a
fide retrahit priuatim. tunc publice ꝓcedendū eſt contra eū niſi firmiter ſperetur ꝙ ad ſimpliceꝫ mo
nitionem poſſet impedı ri. Si vero peccatum occultū ſit in nocumentū peccantis ſolum: vel in nocu
mentum eius qui eū corripit ⁊ ſic debet ſemper ſecrete corrigi. poſtea ſm̄ preceptum dn̄i ſi noluerit ſe
emendare dꝫ corrigēs adhibere duos vel tres teſtes ⁊ inſinuare ſuo ſuperiori vt eius peccatum corri
gatur: ⁊ ſic ſimplex admonitio ⁊ ſecreta dꝫ precedere publicam. Item de iuſtitia publice honeſtatis
corrigens debet eſſe mundus ab eo in quo alium corrigit ſm̄ Iſido. de ſummo bono. tn̄ ſi in peccato
corrigat aliq̄s alium tenetur ſe emendare. Quia hic ſit mentio de operibus mie. Queritur vtrū ī deo
ſit miſericordia. Et arguitur primo ꝙ non. nam. d. Damaſ. ꝙ mīa eſt compaſſio de alienis bonis. ſed
cōpaſſio nō cadit ī deū ergo nec mīa. In oppoſitū ē ps. d. Miſcors ⁊ miſerator dn̄s. Pro ſolutōe iſtiꝰ
dubij eſt notandum ꝙ miſericordia eſt virtus per quam animus ſuper calamitate afflictoꝝ mouetur

ideo dicit Yſi. iij. ethimo. ꝙ miſericors a compatiendo aliene miſerie ſortitus eſt vocabulum: et hinc
appellata eſt miſericordia: q2 cor dolentis facit miſerum aliena miſeria. Tunc ad dubiū dicēduꝫ eſt ꝙ
ex hoc dicitur aliquis miſericors: q2 miſericordiā alterius ſuaꝫ facit quod contingit dupliciter. vno mo
do ꝙ aliena miſeria efficiatur inquātum cōpatitur patientia ſic miſericordia non eſt in deo. Anſel. De
us inquit miſericors eſt ſm̄ nos ⁊ non ſm̄ ſe. miſericors qn̄ miſeros ſaluat: ſed miſericors non eſt: quia
nulliꝰ miſericordie cōpaſſione afficitur. Alio modo dr̄ aliq̄s miſericors ſm̄ quandam reputationem:
q2 miſer iam proximi reputat quaſi ſuam ⁊ ex inde mouetur ad repellendum eius miſeriam per bene
ficium. Ideo breuiter dicēdum eſt ꝙ miſericordia non eſt in deo ſm̄ paſſionem ⁊ ꝓut miſericordia cō
notat paſſionē triſticie: ſꝫ miſericordia eſt in deo ſm̄ effectū qui q̄dem effectus ex affectu volūtatis ꝓ
cedit que nō eſt paſſio: ſꝫ volūtatis actꝰ: nos autē naturali cōpaſſione mouemur ad miſericordiam: q2
ſumus mēbra viuꝰ corporis. prima ad Coꝛ. xij. Si q̄d cōpatimur videamꝰ quomodo vnū mēbruꝫ cō
patitur alteri mēbro illius corporis leſo. Iſtud em̄ precepit nobis dn̄s deute. xv. Precipio tibi vt ape
rias manū tuam fratri tuo egeno ⁊ pauperi. Cuiꝰ miſericordie excellētiā inſinuat nobis ps. di. Miſera
tiones em̄ eius ſuper oīa opera eius. ¶ Queritur vtrū iuſticia ſit in deo. Sol. dicēduꝫ eſt ꝙ duplex eſt
iuſticia: ſcꝫ diſtributiua ⁊ cōmutatiua. In iuſticia diſtributiua req̄ritur equalitas proportionis nō quā
titatis. In iuſticia cōmutatiua req̄ritur equalitas quātitatis non ꝓportionis: q̄d intelligēdum eſt ſm̄
poſſibilitatē accedēdi ad mediū virtutis. In deo iuſticia cōmutatiua reſpicit premia: ſcꝫ pro peccatis
ſupplicia: pro bonis gaudia eterna. Sed diſtributiua reſpicit naturales perfectiōes conſequētes na
turā ſm̄ quas vnꝰ eſt perfectio altero. Tūc ad dubium dicendū eſt ſi loquamur de iuſticia cōmutatiua
que reſpicit equalitateꝫ quātitatis dico ꝙ talis iuſticis nō eſt in deo: q2 deꝰ retribuit bonis vltra con
dignum malis citra condignū. Si vero loquamur de cōmutatiua in ꝓportiōe premiādo ſm̄ ꝓportio
neꝫ dico ꝙ iuſticia eſt in deo. Si autem loquamur de iuſticia diſtributiua dico ꝙ eſt in deo: quia deus
proportionabiliter dat nature perfectiones debitas ⁊ conuenientes ordine ſapiētie ſue ſm̄ Laudul.
ſuper. xlvi. diſtin. iij. ſenten. Sup miſericordia narrat Greg. q̄dam exēplum in omel. illius euangelij.
Vidēs Jeſus ciuitatē fleuit ſup illam videlꝫ q̄d quidā monachꝰ noīe Martyrius valde honorabilis
religioſus tendens ad vnum patrem alterius monaſterij cauſa viſitationis quendam leproſum in iti
nere reperit q̄ aſſerebat ſe nō poſſe ire ad hoſpitiū pre nimia fatigatione itineris quem iſte martyriꝰ
nolens ibidem dimittere ſub tempeſtate noctis inuoluit pallio ſuo ⁊ poſuit leproſum ſupra collū ſuū
⁊ portauit vſq; ad portas monaſterij vel q̄ſi: cum aūt appropinquaret ad fores monaſterij quidā pater
eiuſdem monaſterij laudabilis vite clamauit ⁊ dixit religioſis eiuſdem monaſterij currite ad ianuas
monaſterij. q2 frater Martyriꝰ venit portans dn̄m nr̄m ⁊ ſtatim is qui leproſus videbatur de collo fra
tris martyrij exiliens in ſpecie illa qua mundū redemit martyrio aſpiciente in celum aſcendit ⁊ aſcen
dens dixit martyrie tu nō me erubuiſti ſuper terrā ego nō te erubeſcā ſuper celos: ergo fratres chariſ
ſimi multotiens venit deus ad nos in ſpecie peregrini. Lu. xxiiij. in ſpecie mēdici leproſi ⁊c. quare de
bemus diligenter attendere q̄s eſt q̄ petit elemoſynā. Mat. xxv. Q̄d vni ex minimis meis feciſtis mi
hi feciſtis. Itē debemꝰ attendere q̄d petit q2 nō noſtrū. ſed ſuum petit. Vn̄ Augu. dicit tibi Chriſtus
da mihi de eo quo dedi tibi de meo quero ⁊ nō mihi das da ⁊ reddā. habuiſti me largitorem facito me
debitorem. vnde. i. paralip. xxix. Tua ſunt oīa dn̄e ⁊ q̄ de manu tua ſuſcepimus dedimꝰ tibi. Iteꝫ debe
mus attendere ad quid petit. q2 nō ad dandū. ſꝫ ad mutuandū vn̄ Aug. Hō q̄ feneraris deo fenerare
⁊ centuplū accipies ⁊ vitā eternā poſſidebis. Mat. xix. O magna ingratitudo hoīm q̄ volunt mutu
are alicui iudeo vel ſarraceno ⁊ nolūt mutuare deo da tales vſuras. Meditemur. n. ꝙ debemus pete
re ab eo regnū eternum cui nō volumꝰ elargiri modicū panis. Si. n. negemꝰ ei illud modicū negebit
⁊ ipſe nobis merito regnū eternū Prouer. xxi. Qui obturat aurē ſuā ad clamorē paupis clamabit ⁊ nō
exaudiet. ergo ſimus miſericordes alter alterius indigentiā ſubleuantes ⁊c.

quidam monachus nomine Martyrio

Sequitur de oratione.

SEdulus exora dominum reuerenter odora.
Ut ſibi nunc gratum faciat te poſtꝙ̄ beatum.
Sepe deum placat oratio cor bene mundat.
Hoſtes exuperat celos penetrando ſubintrat.
Chriſto preſentat que poſcens ſedulus optat.
Auxilium preſtat hijs quos tribulatio vexat.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nos deus orare iuſſit ſimul et vigilare
Diſcipulis formam dans orandi quoqꝫ normam
Que breuis eſt digna tenet in ſe cuncta petenda
O pater in celis regnans te poſco fidelis
Nomen primo tuum ſit ſemper ſanctificatum
Adueniat regnum celeſte tuum benedictum
Velle tuum terris fiat per nos et in altis
Da panem noſtrum nobis tu quotidianum
Et parcas nobis mala ſicut nos inimicis
Et ñ tentemur nos permittas ſuperemur
Sed nos a cunctis defende malis et iniquis
Sit tua tota gemens oratio ſit pia feruens
Primo ſit aſſidua diſcreta ſit ac operoſa
Iuſta ſit ac humilis attenta ſit atqꝫ fidelis

Iſtud capitulum de oratione diuiditur principaliter in quattuor partes. In prima parte actor noſter proponit. In ſecunda parte ponit vtilitates orationis. In tertia parte inſinuat formam orandi a chriſto ſaluatore noſtro ſuis diſcipulis traditam. In quarta parte docet conditiones orationis. Prima in principio. Secunda ibi. Sepe deum placat. Tertia ibi nos deus orare iuſſit cū ſuis annexis. Quarta ibi. Sit tua tota gemēs orō. ¶ Pro declaratione prime partis eſt notandum ꝙ oratio de vi vocis eſt oris ratio: ⁊ ſic apparet ꝙ oratio debet eſſe vocalis vt habetur in principio ſummularum: tamen compen. ſeptem ſacramentorū dicit ꝙ oratio que fit pro populo a miniſtro eccleſie debet eſſe vocalis: oratio vero ſingularis perſone ſiue fiat pro ſe ſiue pro alijs poteſt eſſe mentalis: tamen a doctoribus adiungitur vocalis propter tria principaliter. Primo ad excitandum interiorem deuotionem. Secundo vt homo deo ſeruiat de omnibus que hꝫ: ſcilicet mente ⁊ corpore. Tertio vt mentis affectio vehemens per vocem exprimatur. Item eſt premittendum ꝙ oratio ſumitur tripliciter large ſtricte ⁊ ſtrictius. large enim omne bonum opus poteſt dici oratio glo. ſuper illud prime ad theſſalonicenſes vltimo ſine intermiſſione orate ſemper enim orat qui bene ſemper agit. Stricte oratio dicitur petitio boni ſiue ad deum dirigatur ſiue ad aliquem ſanctuꝫ vel ſanctam celeſtis curie ⁊ ſic letania dicitur oratio. Strictius dicitur oratio prout eſt petitio boni que ad deum dirigitur: ⁊ ſic proprie ſumitur hic. Et differunt oratio ⁊ deprecatio. Nam oratio eſt pro adipiſcendis bonis: ⁊ deprecatio eſt pro malis remouendis glo. ſuper illud ps. Exaudiuit dominus deprecationem ⁊ orationem meam ſuſcepit. Et diffinitur ſic oratio a Iohanne Damaſ. Oratio eſt aſcenſus intellectus ad deum: ⁊ accipimus hic intellectum prout comprehendit duas vires que ſunt proprie anime rationali: quarum vna eſt apprehenſiua. alia motiua. Apprehenſiua dicitur intellect⁹ qui ad deum aſcendit a conſideratiōe humanorum defectuum ad conſiderationem boni ſufficientiſſimi ⁊ potentiſſimi ſupplere defectus illos vbi notatur ꝙ orans debet defectus ſuos conſiderare. Deinde aſcendere ad liberalitatem illius qui habet poteſtatē facere ſeu ſupplere. Motiua vero dicitur ipſe affectus ſeu voluntas que inter ceteras potētias anime eſt liberior: quia nec cogitur organo nec obiecto: nec poteſt cogi ad contrarium ſue volitionis per aliquam creaturam: quia ſolius trinitatis ipſius anime creatricis eſt eidem anime illabi ſm omnes doctores theologie vt viſum fuit ſuperius in rubrica de modo vitandi peccata. Alio modo diffinitur ſic ab eodem Damaſ. Oratio eſt petitio decentium a deo. Non enim decet filios dei omnia indifferenter petere: nec deum decet indifferenter omnia dare. Alio modo diffinitur ſic. Oratio eſt mētis cōuerſio in deum per pium ⁊ humilem affectū Seqtur in textu ſecūda ps in qua actor noſter docet vtilitates orationis ibi. Sepe deū placat. Pro cuius ptis declaratiōe eſt premittēduꝫ ꝙ Oratio eſt duplex: ſcꝫ fructuoſa ⁊ infructuoſa. Orationū infructuoſarū: quedā eſt ſimiatica que fit ſolis labijs Mathei. xv. Popul⁹ hic labijs me honorat: cor autem eorū a me longe eſt. Alia eſt oratio impropera qualis fuit oratio Helye cū petijt aīe ſue vt moreretur quādo fugiebat propter Ieſabel vxorem Acab. tertio regū. xix. c. Alia eſt preſumptuoſa qualis fuit oratio matris Iohā. ⁊ Iacobi filiorum zebedei. d. ſaluatori noſtro ꝙ faceret ſedere duos filios ſuos vnum ad dexteram ſuam ⁊ alium ad ſiniſtram: quibus dixit ſaluator noſter neſcitis quid petatis Mathei. xx. et Luce. x. Alia oratio eſt ridiculoſ. qualis eſt oratio ypocritarum ſicut phariſei dicentis

Ieiuno bis in ſabbato: decimas do omnium que poſſideo. Luce. xviij. ⁊ de illa oratione infructuoſa textus actoris nō intelligiꝭ. Oratio vero fructuoſa eſt que fit puro corde ⁊ humili affectu qualis fuit oratio publicani qui nō audebat leuare oculos ad celū: ſed pcutiebat pectus ſuum. d. Deus ꝓpicius eſto mihi peccatori. Luce. xviij. Et ſicut fuit oratio filij ꝓdigi. d. Pater peccaui in celum ⁊ corā te nō ſum dignus vocari filius tuus. Luce. xv. Et de illa intelligit actor noſter cū enumerat vtilitates orationis. Quarū vna eſt ꝙ oratio fructuoſa deū placat: vt habemus exo. xxxij. vbi dicebat dn̄s ad moyſen. Dimitte me vt tranſeat furor meus contra ppl̄m iſtū ⁊ deleam eos: q: ydolatrauerunt adorando vitulum cōflatuꝫ. dū moyſes aſcenderat mōtē ſicut dn̄s ꝑceperat ei ꝓ tradendo moyſi precepta ⁊c. Et ſequiꝭ. Moyſes aūt orabat dn̄m dicens. Cur dn̄e iraſcitur furor tuus ſup nequicia populi tui: ⁊ ſequitur placatus eſt dn̄s ne faceret malum qd̄ locutus fuerat aduerſus ppl̄m ſuum. Alia vtilias orationis eſt q: infirmitatem ſanat. Eccl̄aſtici. xxxviij. Filij in tua infirmitate ne deſpicias teipꝫ ſed ora deum ⁊ ipe curabit te. ⁊ Iacobi vltimo ca. Oratio fidelis ſanabit infirmū. Alia vtilitas eſt q: vitam prolongat Yſaie. xxxviij. Audiui orationē tuam vt vidi lachrymas tuas ecce ego adijciam ſup dies tuos. xv. annos dixit dn̄s ad Ezechiam regem. Alia vtiltas eſt q: de opprobrio liberat: vt habetur Thob. iij. de ſarra filia Raguelis. Alia vtilitas orationis eſt q: liberat a periculo ⁊ opprobrio: vt habetur Daniel. xiij. de ſuſanna quā iniuſte duo ſenes accuſauerunt de adulterio: ſed dum oraret deus eam liberauit. Alia vtilitas eſt q: ab inimicis corporalibus liberat Baruch. iiij. Clamate ad dn̄m ⁊ eripiet vos de manu principum inimicoꝝ. ⁊ ack. xij. de beato petro qui erat vinctus cathenis duabus: ⁊ per orationem vniuerſalis eccleſie fuit liberatus per angelum a manibus herodis. Oratio in bello triumphat corporaliter. exodi. xvij. ca. Cum leuaret manus Moyſes vincebat iſrael. id eſt populus ille cuius princeps erat Ioſue. Plus enim valet vnus ſanctus orando ꝙ̄ innumeri peccatores preliando ſuper librum numeri in glo. Quomodo enim oratio ſancti cum celum penetret in terris hoſtes nō vincat. Oratio enim ſanat morbos. Iacobi vltimo capitulo. Si infirmatur quis ex vobis indicat preſbyteris eccleſie ⁊ orent ⁊ oratio fidei ſaluabit infirmuꝫ. Oratio de hoſtibus ſpiritualibus triumphat. Unde Iſidorus. Hoc eſt remedium eius qui viciorū temperamentis eſtuat vt quotiens quis tangitur vicio totiens ad orationem ſe ſubdat: q: frequens oratio viciorum impugnationem extinguit. Oratio demones fugat. Marci. ix. Hoc genus demoniorum nō eijcitur niſi per orationem ⁊ ieiunium. Oratio demones cruciat. vnde clamabat demonio plenus. Bartholomee apoſtole dei incendunt me orationes tue. Oratio hominem illuminat. Unde. iiij. Regum. i. capitu. Deſcendit ignis de celo ad orationem Helie. Oratio confortat. Unde Luce. xxij. Poſitis genibus orabat dicens. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. ⁊ apparuit illi angelus de celo cōfortans eū Unde Iere. xxxiij. c. clama ad me ⁊ ego exaudiam te. Oratio celum aperit. Luce. iij. cap. Ieſu baptizato ⁊ orante apertum eſt celum ⁊ deſcendit ſpiritusſanctus corporali ſpecie ⁊c. Qui enim vult cum deo eſſe frequenter oret ⁊ ligat. Nam cum oramus ipſi cum deo loquimur: cum legimus deus nobiſcum loquitur ſm Iſidorum. Oratio etiam preeminētiam habet reſpectu ieiunij ⁊ elemoſyne in hoc ꝙ oratio ſe habet in reſpectu eius quod ſupra nos eſt. ſcilicet reſpectu dei. Elemoſyna vero ⁊ ieiuniū reſpectu eius quod eſt iuxta nos ⁊ infra nos. Sunt enim elemoſyna ⁊ ieiuniuꝫ quaſi due ale orationis. Unde Iſidorus qui orationem ſuam vult volare ad deum faciat illi duas alas. ſcilicet elemoſynam: ⁊ ieiunium. Thobie. iiij. Bona eſt oratio cum elemoſyna ⁊ ieiunio. ¶ Queritur circa iſtam ſecūdam partem. Utrum ſolus deus debeat orari. Et ꝙ ſic per diffinitionem orationis quam ponit Damaſcenus ſub tali verboꝝ forma. Oratio eſt aſcenſus mentis in deum: ſed cōtrarium dicit Iob. v. c. Uoca ſi eſt qui reſpondeat ei ad aliquē ſanctorum cōuertere. Per que videꝭ ꝙ oratio poſſit fieri ad ſanctos dei ⁊ nō ſolum ad deum. Ad illud dubium dicendum eſt ꝙ illud quod orando petimus eſt vita beata: vt dicit Auguſtinus: q: omnia alia que petimus ad hoc ordinari debent: ſed beatam vitā dat tantum ſolus deus: licet ſancti cooperentur nobis ad hoc ꝙ beatam vitam obtineamus: ⁊ ideo oratio directe ⁊ proprie fit ad deum ſicut ad illum a quo expectamus quod orando petimus. tamen orantis intentio ad ſanctos dirigitur ſeu cōuertitur vt eorum auxilio ⁊ interceſſione impetremus a deo que expectamus. ideo dicit Caſſiodorus ꝙ oratio proprie fit ad deum. Deprecatio aūt fit ad ſanctos. tamen cū ſancti oranꝭ eis latria non exhibetur: ſed illi a quo petitio orantis explenda ſperaꝭ. Sed contra premiſſa arguitur ſic ⁊ videtur ꝙ nō debeamus ſanctos interpellare ad orandum pro nobis. Nullus enim amicos amicus interpellat ad orandum pro ſe niſi quia apud eos credit facilius gratiam obtinere: ſed deus eſt in infinitum magis miſericors quolibet ſancto: ⁊ ſic eius voluntas facilius inclinatur ad nos exaudiendū ꝙ̄ voluntas alicuius ſancti. ergo videꝭ ſuperfluum con

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſtituere ſanctos mediatores inter nos ⁊ deum. Oppoſitum probatur: quia ſancti qui ſunt in patria
magis ſunt accepti deo q̄ in ſtatu vie: ſed ſanctos qui ſunt in via conſtituere debem⁹ interpellatores
pro nobis ad deū exemplo apoſtoli.d.ad Romanos.xv. Obſecro vos fratres per dominū noſtrum
ieſum chriſtum ⁊ p charitatem ſpiritusſancti vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad deū:
ergo ⁊ nos multo fortius petere a ſanctis qui ſunt in patria debemus vt nos iuuent ſuis oratiomb⁹
apud deū. Ad illud dubium dicēdum eſt ꝙ oratio porrigitur alicui dupliciter. Uno modo quaſi per
ipſum implenda. Alio modo ſicut per ipſum impetrāda. primo modo orationem ſoli deo porrigim⁹:
q: orōnes noſtre ordinari debēt ad gratiā quam deus dat ſm illud ps. Gratiam ⁊ gloriā dabit domi-
nus. Scdo modo orationem porrigim⁹ ſanctis angelis ⁊ hominibus non vt per eos deus noſtras
oratiōes cognoſcat: ſed vt eorum precib⁹ ⁊ meritis orationes noſtre ſortiātur effectum. Unde Apo.
viij. Aſcēdit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum oīm ſuper altare aureū coram deo. Tunc
ad ratione in cōtrariū dicendū eſt ꝙ non eſt propter defectū miſericordie ipſius dei ꝙ oporteat eius
clementiā p orationes ſanctorū pulſare: ſed eſt ad hoc vt ordo diuinitus inſtitut⁹ in rebus ſm Dyoni.
per media reducat in deū. Unde cū ſancti qui ſunt in patria ſint deo propinquiſſimi hoc diuine legis
ordo reqrit vt nos qui manētes in corpore peregrinamur ad deū per ſanctos medios reducamur qd
quidē conuenit dū per eos diuina bonitas in nos ſuū effectū diffundat. ¶ Querit vtrum debeam⁹ in-
terpellare ſuperiores ſanctos tanq̄ deo acceptiores. Solutio dicēdum eſt ꝙ q̄uis ſuperiores ſancti
ſint deo acceptiores: vtile tamen eſt etiā minores interdū orare ,ppter quinq3 rationes. Prima eſt: q:
aliqs qñq3 habet maiorem deuotionē ad ſanctū minorem q̄ ad maiorē modo ex deuotione maxime
dependet orationis effectus. Secunda ratio eſt ,ppter faſtidiū tollēdum qd faſtidium parit vni⁹ rei
aſſiduitas. Tertia ratio eſt q: quibuſdam ſanctis datū eſt in aliquibus ſpecialibus cauſis preciſe pa
trocinari. Quarta ratio vt debitus honor exhibeatur a nobis. Quinta ratio eſt q: plurium orationibus
quādoq3 impetratur qd vnius oratione non impetraretur. ¶ Queritur vlterius vtrum ſancti cogno-
ſcant orationes noſtras. Et videtur ꝙ non. Yſaie.lxiij.capi. Abraham neſciuit nos ⁊ iſrael ignorauit
nos: vbi glo. Auguſtini mortui ⁊ ſancti neſciunt quid agant viui.etiam eorum filij. Et illa auctoritas
ſumitur ab eodem auguſtino in libro de cura pro mortuis. Oppoſitum dicit Grego.iiij.dyalogo.vbi
dicit ꝙ anime ſanctorum cognoſcunt orationes noſtras ⁊ ea que hic aguntur. Ad illud dubium dicen
dum eſt ꝙ diuina eſſentia eſt ſufficiens medium cognoſcendi omnia quod patet ex hoc ꝙ deus vidē-
do ſuam eſſentiam omnia intuetur: non tamen ſequitur ꝙ quicūq3 eſſentiam dei videt omnia cogno
ſcat: ſed ſolum qui eſſentiam cōprehendit. vnde cū anime ſctōrum diuinā eſſentiam non cōprehendāt
non eſt conſequēs vt omnia cognoſcāt q̄ per eſſentiā diuinam cognoſci poſſunt. Nam inferiores an
geli a ſuperioribus edocētur per Dyoniſium.vi.capitu.cele.ierar.q̄uis omnes eſſentiā dei videant
ideo vnuſquiſq3 beatus videt in eſſentia diuina tātum quātum perfectio reqrit beatitudinis. Hoc au
tem ad perfectionē beatitudinis reqritur vt homo habeat q̄cquid velit nec aliqd inordinate velit. hoc
autem recta voluntate quilibet vult vt ea que ad ipm pertinet cognoſcat. Et q: ad magnā gloriā eo
rum eſt ꝙ alios iuuare poſſunt quaſi interceſſores. ideo ſtatim in verbo vident vota ⁊ orationes eorū
qui eos interpellāt. Cum autē ſanctis nulla rectitudo deſit nolunt cognoſcere ea que ad ipſos non p
tinent. Tunc ad rationem in contrarium dicēdum eſt ꝙ auctoritas Auguſtini intelligenda eſt de co-
gnitione naturali animarū ſeparatarum queqdem cognitio in ſanctis viris non eſt obtenebrata ſi-
cut in peccatoribus. Non autem loqtur de cognitione in verbo quam conſtat abraham eo tempore
quo hec dicta ſunt per Yſaiam non habuiſſe cum ante xpi paſſionem null⁹ ad viſionem dei puenerit
tñ ſm Laudulphum ſup.xlvi.di.iiij.ſentē. ꝙ beatus orationes noſtras cognoſcat non eſt de neceſſi-
tate de ratione ſtatus beatifici: ſed ſolum de congruitate. ¶ Queritur vlterius pro quibus ſancti porri
gunt preces aut pro his quos vident deum velle ſaluari: ⁊ tunc fruſtra rogant deum cū ſine eorū pre
ce fieret: aut pro his quos nō vult deus ſaluare ⁊ tales preces ſunt caſſe ⁊c. Solutio dicēdū eſt ꝙ nō
eſt neceſſarium ſanctos ſcire deum velle vel non velle ſaluare eum pro quo rogant nec deum velle vel
nolle exaudire: ſed facta reuelatione de oratione porrecta a nobis ſanctus dirigit noſtram petitionē
in dei voluntatem vt ſuis meritis deus exaudiet ſi ſibi placet: vel poteſt dici ꝙ poſito caſu ꝙ ſanctus
ſciret deum velle petrum ſaluare: non tamen fruſtra porrigeret preces: quia ad iſtum finem puta pe-
tri ſalutem deus ordinauit plura media inter que computātur ſuffragia iſtius ſancti ſm Laudulphū
ſupra quartum ſentē. ¶ Queritur vtrum ſanctis qui ſunt in patria competat orare. Et videtur ꝙ non.
Nam ſunt conformes xpo inquātum eſt homo cui non cōpetit orare: ergo nec ſanctis. alias diceremꝰ
chriſte ora pro nobis. Oppoſitum ,pbatur. nam ſancti in patria magis feruent charitate q̄ in via: ſed

charitas facit vt ſancti in via ,p alijs orent. ergo multo magis in patria. Solutio. Dicendum eſt ꝙ cū
in ſanctis qui ſunt in patria ſit perfectiſſima charitas cōpetit eis ,p nobis orare non autē pro ſe q: oīa
eis ad nutum ſuccedūt. Tunc ad retionē in contrariū dicendum eſt ꝙ xpus inquantū homo orat pro
nobis: ſed ideo nō dicimus xpe ora pro nobis q: xpus ſupponit ſuppoſitum eternū cuius non eſt ora-
re ſed adiuuare ideo dicimus xpe audi nos. Alio modo dicendū eſt ꝙ oratio eſt actus quidam. actus
autem ſm Ariſtotelem in pma philoſophia eſt ſingulariū ſuppoſitorū: ⁊ ideo ſi diceremus xpe ora pro
nobis niſi aliud adderetur videremur hoc ad perſonā xpi referre: ⁊ ita videretur eſſe cōſonū errori ne
ſtorij qui dixit in xpo perſonam filij hois diſtinctā a pſona filij dei vel videretur eſſe cōſonū errori arrij
qui poſuit perſonā filij hois minorē patre ideo ad hoc euitandū non dicitur xpe ora ,p nobis: ſed xpe
audi nos vel miſerere nobis. Sequit in textu tertia pars in qua actor noſter inſinuat formam orandi
a chriſto ſuis diſcipulis datam. Pro cuius declaratione tria ſunt conſideranda. ¶ Primum de illa for-
ma orandi. ſecundū vtrum orare cadat ſub precepto. tertiū elucidare petitiones que continētur in ora
tione dominicali. ¶ Quantum ad primum dicendum eſt ꝙ ſaluator noſter dixit diſcipulis ſuis ipſum
interrogantibus de modo orandi.d. dñe doce nos orare ſicut ⁊ Johannes docuit diſcipulos ſuos qui
bus ſaluator noſter cū oratis dicite pater noſter. Luce.xi. ⁊ Mathei.vi. Similiter habetur Mathei.
xiiij. Quō xpus dimiſſa turba aſcendit in montē ſolus orare ⁊c. ¶ Quantū ad ſecundū quo querebat
vtrū orare cadat ſub pcepto. videtur pmo ꝙ ſic per illud quod habet Mathe.xxvi. Uigilate ⁊ orate
vt non intretis in tentationē. Item per Criſoſt. ſup illud Luce.xviij. Oportet ſemp orare. habetur ꝙ
oportet dicit neceſſitatē ſed talis neceſſitas nō pōt eſſe ſine precepto ergo. Item oratio diuidit cōtra
elemoſynam ⁊ ieiuniū: ſed vtraq3 illarum eſt ſub precepto ergo ⁊ oratio. Oppoſitū videtur eſſe verum
quia quod eſt voluntatis non eſt neceſſitatis: ſed oratio maxime eſt voluntatis: q: eſt quedā volitorū
petitio ergo nō eſt neceſſitatis. ⁊ ita non cadit ſub pcepto. Item petitio nō videt ad aliud eſſe niſi vt
noſtrum deſiderium alteri innoteſcat: ſ3 ſupfluum eſt alicui exponere illud quod ipſe ſcit. ergo cū xpia
na religio non contineat aliqua ſuperflua precepta videtur ꝙ orare non cadat ſub precepto et maxi-
me deum orare cui omnia deſideria noſtra ſunt nota. Item deus liberaliſſime ſua dona dat: ſed libera
lius datur aliquid ſine precibus q̄ cum precibus. Unde Alanus de parabolis. Sed nihil eſt quod
ſit ſub celo carius emptū. q̄ qd emunt longe frōte rubēte preces: ergo nō deb3 preceptor exigere pre
ces de eo qd vult dare: ⁊ ſic oratio nō cadit ſub precepto. Solutio. dicendū eſt ꝙ oratio cadit ſub pre-
cepto ſm btm Tho. ſupra quartū ſentētiarū. determinate ⁊ indeterminate. Determinate quidē: q: ad
aliquas orationes ex pcepto tenētur illi qui ex officio ſuo ſunt medij inter deum ⁊ populum conſtitu
ti: ſicut ſunt miniſtri eccleſie. eis eñ ex officio incūbit preces ad deum in perſona totius eccleſie funde
re ⁊ ſimiliter tenentur ad horas canonicas dicendas. Indeterminate autem ad orationē quil3 tene-
tur ex hoc ipſo: q: quilibet tenetur ad bona ſpiritualia ei ,pcurāda que nō dātur niſi diuinitus. Tunc
ad rationes in contrariū dicēdum eſt ⁊ primo ad primā ꝙ ex ipſo ꝙ aliqd eſt volūtatis excluditur ne
ceſſitas abſoluta vel etiā coactionis non autē neceſſitas ex ſuppoſitiōe finis: q: amor que maxime vo
luntarius eſt neceſſari⁹ eſt ſi quis vellet ad ſalutē peruenire. ⁊ hoc mō eſt neceſſaria oratio ⁊ ſub pce-
pto cadēs reſpectu eorum quorū volūtas ſub neceſſitate predicta cadit. Nota ꝙ multiplex eſt neceſſi
tas: quedā indigētie. prima Johānis.iij. Qui viderit fratrē ſuum neceſſitatē habere. i. indigētiā que
dam expedientie Mathei.xviij. Neceſſe eſt vt veniāt ſcādala: quedā concupiſcētie. Lu.ix. Uillā emi
neceſſe habeo exire ⁊ videre illā quedā eſt dilectōnis Job ſexto. Neceſſarij mei receſſerunt a me: que
dam eſt ineuitabilitatis. ps. De neceſſitatib⁹ meis erue me: quedā eſt coactōnis quādo homo nec vir
tute nec libero arbitrio nec volūtate poteſt reſiſtere: ⁊ illa neceſſitas coactionis ſm doc. ſupra ſm ſen
tentiarū dr eſſe duplex: quedā efficiēs ⁊ ſufficiens: quedā efficiēs ⁊ inducēs ⁊c. quedam eſt neceſſitas
electionis ſeu ſuperexcellētis bonitatis. Luce.x. Porro vnū eſt neceſſariū: quedā eſt neceſſitas coe-
uitatis. vnde Augu. q̄cito ignis eſt neceſſariū eſt vt luceat: quedā eſt neceſſitas immutabilitatis vt
dicitur ꝙ quedā vera neceſſaria dicūtur: quia eorū veritas mutari non poteſt ⁊c. Nota ꝙ inter omnia
opera que poſſunt fieri in hac vita nullū opus eſt honorabilius vtilius ⁊ leui⁹ q̄ orare deū: honorabi-
lius: q: magn⁹ honor eſt loqui frequēter ⁊ familiariter cū rege terreno: ſed multomagis cū rege cele-
ſti ⁊ eterno cū quo nos loquimur orando. vnde Iſido. Qui vult frequenter eſſe cū deo frequēter oret
⁊ legat. nam cū oramus cum deo loquimur: cum legimus deus nobiſcū loquitur. Utilius q: dicit
dominus. Amen dico vobis ſi fidem habueritis ⁊ non heſitaueritis q̄cquid orātes petieritis credite
q: accipietis ⁊ fiet vobis. Math. viceſimoprimo ca. Leuius: quia in omni loco ⁊ in omni tempore po
teſt homo orare nec oportet aliquid extra ſe petere: quia ſolū bene cogitare ⁊ bñ deſiderare eſt orare.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſm illud Pſalmiſte. Deſiderium pauperū exaudiuit dñs.i.humilium ₇c.ca. Idcirco diſcipuli attendē
tes pdicta petierūt a xp̄o vt doceret eos orare.d. Luce.xi.cap. Dñe doce nos orare ꝗ docuit eos.d.cū
orabitis dicite. Pater noſter ₇c. ₇ hic docet nos dñs eſſe tales vt ſimus digni eſſe filij patris celeſtis ꝗ
eſt in celis per preſentie manifeſtationē. ¶ Ad ſecundā orationē dicendum eſt ꝙ per orationem ꝑcipi
mur vota noſtra deo pandere non vt ipſum deū doceamus quid deſideram⁹: ſ₃ vt affectū ₇ intellectū
noſtrū dirigamus in illū. ¶ Ad terciā rationē dicedū eſt ꝙ deus orationē acceptat de eo qđ dare vult
₇ interdū de eo quod dare non vult vt idonei ſimus ab eo accipere. Quantum ad tertiū quo erant de
clarande petitiones que continētur in orōne dominicali eſt notādum ꝙ ſeptem continētur in ea peti
tiōs. Pro quarū introductōe petitionū premittitur verbū ſaluatoris noſtri cū orabitis dicite. Pater
noſter qui es in celis: quaſi dicat tu es pater noſter creatione in deut. triceſimoſecūdo. Nunqđ ipe eſt
pater tuus qui poſſedit te ₇ fecit ₇ creauit te. Item tu es pater noſter redēptione: q: ſicut pater pius
redemiſti nos proprio ſanguine in apocalapſi. Tu enim es pater conſeruatione iuxta illud Ma
thei.xxiij. Iheruſalem iheruſalem quotiens volui congregare filios tuos quēadmodum gallina con
gregat pullos ſuos ſub ala ₇ noluiſti. Chriſtus eñi comparat ſe galline: quia pre ceteris auibus com
patitur pullis: ita vt ipſis infirmātibus infirmetur ₇ fiat voce rauca plumis hiſpida ₇ detrahat ori ſuo
quod tribuit pullis ſuis ₇ extendit alas ſuper eos vt calefaciat ₇ liberet eos ab ore milui ₇c. Ite₃ chri
ſtus ſe comparat pellicano qui trahit ſanguinem de ſuo pectore pro pullorum mortuorum viuificatio
ne. vnde ps. Similis factus ſum pellicano ſollitudinis: ſollitudinem appellat crucem in qua chri
ſtus fuit ſolus a diſcipulis derelictus. Yſaie.lxiij. Torcular calcaui ſolus ₇ non eſt de gentibus vir me
cum. Item tu es pater educatione gubernatione ₇ hereditatione propter que dicebat ſuis diſcipulis
Nolite vocare vobis patrem ſuper terram quoniam pater veſter vnus eſt chriſtus. dicit ergo pater
noſter quaſi dicat non debes orationem noſtram reſpuere: ſed debes eam recipere: quia tu es pater
noſter. modo pater debet compati filijs ſuis. Qui es in celis: quaſi dicat es in celis materialibus per
preſentie manifeſtationem ₇ in celis ſpiritualibus: ſcilicet in ſanctis per gratie inhabitationem. vnde
Yſaie. Celum mihi ſedes eſt. ₇ alibi. Anima iuſti ſedes eſt dei: vt poſſimus dicere cum apoſtolo. no
ſtra conuerſatio eſt in celis: ₇ tunc dominus habitabit in nobis per gratiam ſicut pater celeſtis in fili
is celeſtibus ₇c. Nunc agrediendū eſt ad declarationem ſeptē petitionum. Quarum prima eſt ibi ſan
ctificetur nomen tuū. quaſi dicat ſanctificetur nomen tuū.i. da nobis dñe gratia₃ vt nos que habem⁹
nomen tuū ſum⁹ ₇ a te noïati chriſtiani ſim⁹ ſancti ſine immūdicia carnalis macule: ₇ hoc facies ſi des
nobis virtutem continentie. Ex qua petitione apparret ꝙ hic principaliter petimus vicium luxurie a
nobis amoueri: virtutem caſtitatis nobis dari. Luxuria polluit totū hominem intus ₇ extra. cor per
immundam cogitationem delectationem ₇ conſenſum: caput per ornatū lenocinū ₇ meretriciū: ocu
los per aſpectum impudicū: aures per auditū cantilenaꝝ ₇ verboꝝ inflāmantiū ad peccatum: nares
ad adulterinos odores vnguentoꝝ meretricaliū quibus depingunt ſe ad placendū ſuis lenonibus.
os per impudica verba oſcula ſuperflua cibaria quibus incenditur luxuria manus per tactus impu
dicos. ₇ poſtremo totū corpus ꝑ cōcubitus nepharios. Secūda petitio eſt ibi. Adueniat regnū tuū.
quaſi dicat dñe da nobis paupertatē voluntariā per quā ad regnū celeſte venitur ₇ pietatē ₇ miſeri
cordiā per quā regnū tuū a pauperibus emitur ₇ aufer a nobis cupiditatē ₇ auariciā. q: cupidis et
auaris regnū celeſte aufertur. vnde apoſtolus. Auari regnum dei non poſſidebunt. Et dominus in
euangelio. Facilius eſt camelū tranſire per foramen acus ꝙ̄ diuitē intrare in regnū celoꝝ. Pauperi
bus autem datur iuxta illud Math.v. Beati pauperes ſpiritu qm̄ ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ. glo. ſpi
ritu id eſt volūtate nō coacta ₇ iniuita neceſſitate. q: dicit beatus Ber. cū ſit triplex paupertas. ſimu
latoria neceſſaria ₇ voluntaria. Simulatoriā fugiens neceſſariā patienter ſuſtinens voluntariam
toto corde amplectere ₇ efficieris pauper ſpiritu. Ad hoc beatus Jacobus in ſua epiſtola. Nonne
deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide et heredes regni quod repromiſit deus diligenti
bus ſe. Item augu. in perſona xp̄i venale habeo quid regnum celoru₃ quo emitur paupertate. regnū
labore requies morte. vita regnu₃: ergo celū pauperū eſt. ergo oportet illud per paupertatem acqri.
ſicut fecerunt ſancti apoſtoli ₇ eoꝝ ſequaces qui relictis omnibus temporalibus ſecuti ſunt pauperē
xp̄m ad regnū celoꝝ vel ſaltem oportet illud regnum a pauperibus comparari ꝑ opera miſericordie
impenſa pauperibus ſicut fecit zacheus qui cum eſſet diues dimidiū bonoꝝ ſuorum dabat pauperi
bus. ₇ ſi in aliquo aliquē defraudauerat reſtituebat ei quadruplum. Luce.xix.ca. Sic emit illa Mar
tha de diuitijs ſuis miniſtrando chriſto apoſtolis ceteriſq₃ pauperibus. Sic faciunt omnes diui
tes boni quibus dicetur illud Mathei.xxv. Venite benedicti patris mei ₇ cetera. Eſuriui et cetera.

Ab huius regni emptione nemo poteſt ſe excuſare: quia dicit beatus Gregorius. Regnum celeſte
tantum valet ꝙ̄tum habes: valuit ſanctis apoſtolis nauem ₇ retia. Zacheo dimidium bonorum
ſuorum cuidam vidue duo minuta que poſuit in erario vbi ponebanꝭ elemoſyne pro templi repara
tione: cuidam alteri calicem aque frigide. Johannis.iiij.c. ₇ ſi nihil habeas ſufficit tibi bona volun
tas quam deus reputat tibi pro facto: q: ſm apoſtolu₃. Voluntas ſm id quod habet accepta eſt: nō
ſm illud quod nō habet. ₇ Grego. dicit. Nihil offertur deo ditius bona voluntate. Et alibi idē Gre
go. Nunꝙ̄ eſt vacua manus a munere: ſi archa cordis plena eſt bona voluntate. Ex hac petitione
apparet ꝙ principaliter hic petimus vicium auaritie a nobis remoueri ₇ dari nobis virtutem pau
pertatis voluntarie pietatis ₇ miſericordie. Unde pauptas volūtaria ſm doctores ſuper illud Ma
thei.v.capi. Beati pauperes ſpiritu ₇c. eſt affluentia bonoru₃ temporalium erga deum humiliari
recognitione: ₇ erga proximum largitiue ſeu largitatione ₇c. Tertia petitio eſt ibi. Fiat voluntas
tua ſicut in celo ₇ in terra. quaſi dicat domine da nobis talem gratiam in hoc mundo vt faciamus vo
luntatem tuam cum ſpirituali exultatione: ſicut faciunt ſancti quorum voluntas eſt conformis in ce
lo tue voluntati: quoniam qui te diligunt non tepeſcunt: vnde Bernardus. Bone iheſu amor tuus
nunꝙ̄ eſt ocioſus: loqui de te perfecta cōſolatio: meditari de te plena refectio: adherere tibi vita eter
na. ¶ Ex hac petitione apparet ꝙ principaliter hic petimus a nobis remoueri vicium accidie: ₇ no
bis dari virtutem deuotionis vere dilectionis ₇ bone operationis: quia in omni opere neceſſaria eſt
gratia tua. Nota hic ꝙ accidia eſt idem ꝙ̄ tedium boni quando nos faſtidimus bona facere alios
facientes videre. Et ſi aliquid boni facimus pigre tepide ₇ negligentes facimus vnde incurrimus
maledictionem per Hiere.xlviij. Maledictus qui opus dei facit negligenter. Item accidia eſt quā
do bona que incipimus ad finem non perducimus: ₇ propter hoc premium non conſequimur: quia
finis non pugna coronat: in antiqua lege iubebatur ꝙ tota hoſtia cu₃ capite ₇ cauda aufferetur. glo
ſa. Hoſtia quodlibet opus bonum eſt quod ſacrificamus deo quando facimus illud propter hono
rem diuinum: caput eſt principium operis: cauda vero finis. Ex quibus concluditur bene incipere
bene continuare: ₇ bene finire: cape exemplum in aqua que ſi non moueatur putrefit ₇ generat ver
mes: per quos deſignantur praue cogitationes: delectationes: ₇ conſenſus. Ex quibus ſequuntur
opera deinde perſeuerantia in malo ₇ finaliter mors eterna. ¶ Quarta petitio eſt ibi. Panem noſtrū
quotidianum da nobis hodie: vbi principaliter petimus a nobis remoueri vicium gule ₇ dari nobis
virtutem temperantie. ¶ Pro declaratione iſtius petitionis eſt notandu₃ ꝙ ſacra ſcriptura facit mē
tionē de quadruplici pane. ſcilicet nature: doctrine grē: ₇ glorie. Panis nature ſignificat omnē eſca₃
que nutrit ₇ ſuſtentat corpoream naturam ₇ talis panis eſt cum labore acquirendus. in Geneſi ter
tio capitulo. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terram de qua ſumptus es.
Illud non eſt fruſtrandum: quia qui hic laborare nolunt in alio mundo laborabunt eternaliter: quia
nolunt laborare cum hominibus laborabunt cum demonibus. Unde pſalmiſta. Laborabit ineter
num ₇c. Et alibi. In labore hominum non ſunt ₇ cum hominibus non flagellabuntur. gloſa in pur
gatorio: ſed cum demonibus in inferno. Exemplum cape in ſaluatore noſtro: ₇ in omnibus ſanctis
eius. Sumendus eſt cum moderamine: quia ſuperfluitas ciborum generat luxuriam: gulam ₇c. vn
de verſus. Veſtis culta cibus largus iocus ocia ſomnus. Eneruant animam luxuriamq₃ fouent.
Econuerſo. Pauper menſa labor ſomnus breuis aſpera veſtis. Purificant animam luxuriamq₃ do
mant. Cum moderamine ergo ſumendus eſt deo regratiandum ₇ pauperibus erogandus. ergo pa
nem noſtrum quotidianum da nobis hodie. id eſt in hac vita que non eſt niſi vna dies vel vna hora
reſpectu vite eterne. Panem noſtrum quotidianum. id eſt illa que ſunt nobis neceſſaria quotidie ꝓ
corporis ſuſtentatione. Panis nature eſt regratiandus. Geneſis.xxviij. Si cuſtodierit me dñs ₇
dederit mihi in via per qua₃ ambulo panem ad veſcendum ₇ veſtem ad induendū ₇c. De oībus que
mihi dederis decimas tibi offeram. Panis nature eſt paupibus erogandus iuxta illud Yſaie.lviij.
Frange eſurienti panē tuum. Exemplū de Job qui dicebat. Si comedi bucellam meā ſolus cadat
ab humero meo brachiū meum. Angeli ₇ alij ſancti ineſtimabiliter gaudent de ſuſtentatiōe paupe
rum quaſi fratrū ſuorum. Panis doctrine.i. verbi dei quo ſuſtentaꝭ anima ſicut corpus pane corpa
li. Mathei.iiij. ₇c. Ergo panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. id eſt verbi tui refectionem
quod nobis neceſſarium eſt quotidie quiquidem panis viuificat confirmat ₇ illuminat. Primo viui
ficat: quia cōtingit frequenter ꝙ plures veniunt ad predicatiōes ſicut pauperes ad diſtributionem
panis qui licet ſint in mortali peccato viuificanꝭ ex auditu diuini ſermonis: q: conteruntꝭ confiten
tur ₇ ſatiſfaciunt quibus peractis deus infundit gratiam ſuam iuxta illud Ezechielis.xxxiij. Qua

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

cunqȝ hoꝛa ingemuerit peccatoꝛ vita viuet ⁊c. ⁊ pſ. Dixi confiteboꝛ domino ⁊c de illo pane dicit ſalua
toꝛ noſter dyabolo Mathei.iiij. Nō in ſolo pane viuit homo ⁊c Item ille panis doctrine confirmat
patet. qꝛ frequēter contingit ꝙ quādo aliquis impellitur vel mundi vel carnis vel demonis tentatiōe
bonam vitam inchoatam deſerere ⁊ talis venit ad ſermonem ⁊ audit quāta chꝛiſtus pꝛo nobis ſuſti-
nuit quāta martyres ⁊c. pꝛo optinendo regnum celeſte ⁊ deinde quādo audit quanta gaudia quanta
pꝛemia paꝛata ſunt a deo vincentibus tētationes. Item quāta ſupplicia parata ſunt ſuccumbētibus
coꝛ eius in dei ſeruitio confirmatur. Item ille panis illuminat iuxta illud ſalmiſta. Declaratio ſer-
monū tuoꝛū illuminat. Item. Lucerna pedibus meis verbū tuū3. illuminat enī ad cognoſcendū que
ſunt credēda agēda fugiēda timēda ⁊ ſperāda. Credēda vt articuli fidei. agēda vt bona opera. fugiē-
da vt peccata. timēda vt inferni ſupplicia. ſperanda vt paradiſi gaudia. Panis doctrine illuminat ho-
minē ad cognoſcendū deū hic per verā fidē ⁊ perducit ad cognitionē illam que erit in futuro per ma-
nifeſtam viſionem. ⁊ hoc ſignatū eſt in duobus diſcipulis euntibus in emaus: quibus dominus in iti
nere apparens in ſpecie peregrini incipiens a moyſe ⁊ pꝛophetis interpꝛetabatur ſcripturas que de
ipſo erant. ⁊ dicitur ꝙ ibidē cognouerunt eum in fractōe panis id eſt in manifeſta expoſitione panis
ſcripture ſacre. Sed pꝛoh dolor hodie verificatur illud quod dicit. Jeremias ꝓpheta Trenoꝛum iiij.
Paruuli petierunt panē et non erat qui frangeret eis. Paruuli enī ſunt humiles populi petunt panē
i. ſpūalem verbi dei refectionem ⁊ non eſt qui frangat. quia cum mundus plenus ſit pꝛelatis et ſacer-
dotibus tanꝙ patribus ſpiritualibus rari ſunt qui ſciant diſtribuere panē ſacre ſcripture ſpūalibus
filijs ſuis. ideo verificatur illud hodie Oſee. iiij. cap. Erit ſic populus ſic ſacerdos ⁊ quia pauci ſunt qui
frangunt panem ſacre ſcripture populis in aperto inde eſt ꝙ ſunt multi qui eis frangunt pane3 here-
tice prauitatis in abſcondito ⁊c. ergo da nobis panem noſtrum quotidianum. id eſt in pꝛeſenti vita
que voluitur de die in diem: panem noſtrum. id eſt ſpiritualem verbi dei refectionem qui panis eſt no
bis quotidie neceſſarius: quia ſicut coꝛpus indiget pane coꝛpoꝛali: ſic ſpiritus indiget pane ſpiritua-
li ne pꝛopter defectum huius panis contingat ei illud pſ. Percuſſus ſum vt fenum ⁊ aruit coꝛ meum
Sicut enim fenu3 abſciſum a radice non poteſt vireſcere ſed areſcit: ſic coꝛ hominis niſi nutriatur ſpi-
ritualiter pane verbi dei. da ergo nobis domine hunc panem ne veniat ſuper nos illa terribilis cōmi-
natio quem fecit dominus per pꝛophetam qui dicit mittam fame3 ⁊ ſitim ſuper terram. id eſt famem
⁊ ſitim audiendi verbum dei ⁊c. Tertius panis eſt panis gratie qui dicitur eucbariſtia. de illo pane di
cit apoſtolus pꝛima ad Coꝛint. xi. Pꝛobet aute3 ſeipſum homo ⁊ ſic de pane illo edat ⁊c. Ad hunc pa-
nem ſacratiſſimu3 debet accedere cum pura conſcientia cum fide cum timoꝛe cum deuotione cu3 cha
ritate ⁊c. Ille panis gratie eſt coꝛpus chꝛiſti ſub ſpecie panis ⁊ vini. de quo dominus in euangelio.
Panis quem ego dabo caro mea eſt pꝛo mundi vita: iſte panis dicitur eucbariſtia id eſt bona gratia:
ergo panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. id eſt ſpirituale viaticum quo in itinere huius vi-
te ſuſcepturi indigemus ne in via deficiamus: quia ille panis eſt anime exiſtentis in ſtatu gratie quo-
tidiana eſca ⁊ anime infirme quotidiana medicina. Panis gloꝛie eſt ille idem ieſus chꝛiſtus qui eſt
hic panis gratie in celeſti patria qui erit panis gloꝛie. Hic enim recipitur ſub velamine illic: ſcilicet in
patria recipietur manifeſta viſione ⁊c. ergo panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. id eſt O
pater celeſtis da nobis filijs tuis vt ſupꝛa per gratiam tuam adoptatis hodie. id eſt in tua eternitate
in qua non eſt niſi hodie: quia ibi omnia ſunt pꝛeſentia: panem noſtrum id eſt teipſum quotidianum.
id eſt quem quotidie deſideramus: ⁊ ad quem bonoꝛum operum greſſibus peruenire nitimur. Pa-
nis gloꝛie eſt in celo vbi idem dominus erit panis angeloꝛum ⁊ hominu3. vnde pſ. Panem angelo-
rum manducauit homo. vnde glo. Mirantur nec deficiunt in illum quem pꝛoſpiciunt fruuntur nec
faſtidiunt quo magis frui ſitiunt. Timendum enim eſt ne plures ſint qui plus intendunt petere pa-
nem nature qui eſt coꝛruptibilis ꝙ alios panes qui ſunt ſpirituales ⁊ incoꝛruptibiles. ¶ Quinta peti-
tio eſt ibi. Et dimitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus debitoꝛibus noſtris: vbi pꝛincipali-
ter petimus a nobis remoueri vitium ire ⁊ dari nobis virtutem patientie. nos enim petimus vt domi
nus dimittat nobis debita noſtra. id eſt peccata noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus debitoꝛibus noſtris id
eſt illis qui peccauerunt in nos: fruſtra ergo dicit hanc oꝛationem qui habet in coꝛde ſuo iram contra
aliquem ⁊c. Sexta petitio eſt ibi. Et ne nos inducas in tentationem: vbi pꝛincipaliter intendimus vi
tium ſuperbie a nobis remoueri ⁊ dari nobis virtutem humilitatis vt ſit ſenſus: ⁊ ne nos inducas in
tentationem: id eſt ne permittas ꝙ pꝛopter tentationem tribulationis ex defectu patientie inducamur
in laqueum blaſphemie murmurationis deſperationis ⁊c. Non enim petimus a domino ꝙ non patia
mur nos tentari: ſed ne patiamur nos in tentationem induci ⁊ vinci. Tentari enim eſt vtile: ſed tenta

tione vinci eſt damnabile: qꝛ ſi nō eſſet tentatio nō eſſet pugna: ⁊ ſi nō eſſet pugna nō eſſet victoꝛia: ⁊
ſi non eſſet victoꝛia nō mereretur coꝛona. vnde Paulus. Non coꝛonabitur niſi qui legitime certaue
rit ⁊c. Ideo dicebat beatus Jacobus. Omne gaudium eſtimate fratres mei cū in tentationes vari-
as incideritis: nec ergo indignemini ſi mali in mundo floꝛent vos vero patimini: qꝛ nō eſt chꝛiſtiane
religionis in tempoꝛalibus exaltari: ſed potius depꝛimi: mali nihil habent in celo vos nihil in mun-
do: ſed ſpe illius boni ad qd̄ tenditis quicquid in via contingat gaudere debetis. Supbus enim cō
fidens de ꝓpꝛijs viribus nō timet tentationem: ſed virtute ꝓpꝛia putat ſuperare: ideo nō dignetur
petere auxiliū a virtute diuina. Humilis aūt ſemper timet conſiderans ꝓpꝛiam infirmitatē: ideo re-
currit ad virtutem diuinam dicendo dño. Et ne nos inducas in tentatione3. i. tentatione vincamur ꝙ
tentationi cōſentiamus ſuper illud Mathei. iiij. Ductus eſt ieſus in deſertum a ſpiritu ⁊c. Dicit bea-
tus Greg. ꝙ tribus modis tentatio agitur: ſuggeſtione: delectatione: ⁊ ꝯſenſu. Suggerit dyabolus
delectatur caro: ꝯſentit ſpiritus: ſic cum tētamur in delectationem ⁊ ꝯſenſum ducimur plerumqȝ: qꝛ
de carne peccatrice ꝓpagati in nobiſmetipſis gerimus. vnde tentamina toleramus. Chꝛiſtus aute3
tentari potuit: ſed in delectationem vl' cōſenſum induci nō potuit: qꝛ caro ſua erat immunis ab omni
peccato: ideo omnis tentatio quā dyabolus ei fecit extrinſecus nō intrinſecus fuit. Solus enim cō-
ſenſus animi facit hominē in tentationē induci. Duplex tamen eſt cōſenſus. Eſt enim cōſenſus in de
lectationem: ⁊ cōſenſus in opus: cōſenſus in delectationem eſt quādo homo delectationē ꝑcipit ⁊ nō
expellit: ſed placet ei in illa delectatione moꝛari ⁊ voluptari: licet nō vellet delectationem opere exe-
qui: ⁊ vocatur talis ꝯſenſus interpꝛetatiuus ⁊ eſt moꝛtale peccatū: vt dicunt magiſtri quando eſt mo
roſus: ſed nō eſt ita graue ſicut ſi cōſentiret in opus. Conſenſus vero in opus eſt quando habet volū
tatem implendi opere ſuam tentatione3 ſi haberet loci ⁊ tempoꝛis ⁊ eoꝛum que deſiderat opoꝛtuni-
tatem. Ad inſtructionē enim noſtram ſciendum eſt ꝙ quattuoꝛ ſunt ſpecies tentationum quaꝝ tres
pꝛime ſunt timende: qꝛ incitant ad peccatum. quarta vero eſt patienter ſuſtinenda: quia ꝓmouet ad
meritum. Eſt enim tentatio ambite ſublimitatis: terrene cupiditatis: coꝛpoꝛee voluptatis: foꝛtuite
calamitatis. Tentatione ambite ſublimitatis deijcit dyabolus ſuperbos pꝛincipes ⁊ pꝛelatos qui ſta
tu ſuo nunꝙ contenti ſunt: ſed ſemper ad altioꝛis honoꝛis faſtigium vl' per fas vel per nephas aſcen
dere tendit. Aſcendunt enim vſqȝ ad celos ⁊ deſcendunt vſqȝ ad abyſſos. Tales eni3 manifeſte oſtē
dunt ꝙ nō ſunt imitatoꝛes chꝛiſti: ſed dyaboli: qꝛ in mundo in quo chꝛiſtus fuit inhonoꝛatus ipſi vo-
lunt honoꝛari nō curantes de honoꝛe celeſti. Superbia eni3 eſt vicioſa mentis elatio qui inferioꝛes
dedignans paribus ⁊ imparibus ſatagit dominari. chꝛiſtus vero in hoc mundo etiam inferioꝛibus
voluit famulari: qꝛ de Maria ⁊ Joſeph ſuis nutricijs legitur Luce. ij. ꝙ erat ſubditus illis ⁊ humilia
bat ſemetipſu3 ad lauandum pedes diſcipuloꝛum ⁊ ad crucis patibulū. Hec enim tentatio facit ho-
minem diſſimilem chꝛiſto ⁊ ſimilem dyabolo qui in celum ad equalitatem trinitatis voluit aſcende
re ⁊ eſſe ſimilis altiſſimo. Yſaie. xiiij. Tentatio enim ſuperbie non eſt humana ꝓpꝛie: ſed dyabolica.
Dyabolica enim dicitur qꝛ hac tentatione dyabolus in celo non ab alio: ſed a ſeipſo tentatus fuit: ⁊
per hanc pꝛimos parentes in paradiſo deiecit quando diuinam ſimilitudinem eos appetere fecit
quando dixit eis eritis ſicut dij. Geneſis. iij. Hac etia3 tentatione xp̄m tentandum appetijt dicens
ei. Si filius dei es mitte te deoꝛſum. i. de pinnaculo templi. Scriptū eſt enim ꝙ angelis ſuis manda
uit de te ⁊ in manibus tollent te ne vnꝙ offendas ad lapidem pedē tuum. Et dominus reſpondit ei
Uade retro ſathana. ſcriptum eſt eni3 nō tentabis dñm deum tuum. In qua reſponſione dat intelli-
gere ꝙ illi qui volunt ꝙ deus pꝛo eis faciat miracula tentāt deum: qꝛ pꝛeſumentes de ſanctitate ſua
non credunt eſſe in dei amicitia niſi deus faciat pꝛo eis miracula. hoc enim eſt nō velle credere deo
ſine pignoꝛe. Miracula enim quaſi quedam pignoꝛa ſunt ⁊ ſigna quedam non effectiua: ſed oſtenſi
ua ſanctitatis ⁊ plerumqȝ ſunt ſigna fallibilia: qꝛ miracula facere datum eſt etiam multis hominib'
malis ſicut dñs dicit Mathei. vij. Multi dicent mihi in illa die dñe dñe nonne in nomine tuo demo
nia eiecimus ⁊ in nomine tuo virtutes multas fecimus et reſpondebo eis. Neſcio vos diſcite a me
operarij iniquitatis. vnde apoſtolus. Neqȝ tentemus deum ſicut quidā eoꝛu3 tentauerunt ⁊ a ſerpē
tibus perierunt: ſed debemus de bonitate confidere ⁊ credere certiſſime ꝙ ipſe nunꝙ deficit amicis
ſuis in articulo neceſſitatis: vnde in libꝛo ſapientie. Sentite de domino in bonitate ⁊ in ſimplicitate
coꝛdis querite illu3 quoniam inuenitur ab his qui nō tentant eum. Exemplum de beato Anthonio
⁊ beato Stephano. Secunda tentatio eſt terrene cupiditatis: hac tentatione deijciuntur oēs ama-
toꝛes huius mundi quales ſunt pꝛedones raptoꝛes: pꝛincipes terreni cū ſuis miniſtris qui deuoꝛant
plebem dñi ſicut eſcam panis: videant hic feneratoꝛes praui conſiliarij iudices falſi mercatoꝛes ſy

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

moniaci, ꝓprietarij clauſtrales hac tentatione morte ſubita fuerunt perēpti ſicut dr̄ in actibus apoſtolorum Actuum. v. Ananias ꝛ Saphira qui mentiti ſunt beato Petro de precio agri vēditi ꝛc. Simile poſſet dici de oībus clauſtralibus ꝓprietarijs q̄ habent aliquid propriū ſine licentia ꝛ voluntate paſtoris ꝛ ſic de decimus primicijs teſtamentis obligationibus eccleſiaſticis q̄n non ſoluuntur vt decet ꝛ ideo debent timere ne eis contingat ſicut ananie ꝛ vxori ſue hac em̄ tentatione tentauit dyabolus primos parentes ꝛ deiecit cū dixit t eritis ſicut dij ſcientes bonum ꝛ malum. auaricia em̄ nō ſolum eſt pecunie. ſed etiā ſcientie. Item hac tentatione auſus eſt dyabolus tentare xp̄m q̄n ſtatuit eū ſup mō tez excelſum valde ꝛ oſtendit ei omnia regna mundi ꝛ dixit ei. hec oīa dabo tibi ſi procidens adoraueris me: cui dn̄s reſpondit. Scriptum eſt: dn̄m deum tuum adorabis ꝛ illi ſoli ſeruies. contra quem faciunt cupidi; qui non adorant ſolum deum nec ſeruiunt illi ſoli immo denarium conſtituunt deum ſuum. ad Gala. v. ꝛc. Tertia tentatio eſt corporee voluntatis q̄ tentatio decipit omne qđ conſenſus corporis demulcere conſueuit. Per hanc tentationem dyabolus multipliciter decipit ſeruos ſuos id eſt guloſos ꝛ luxurioſos. hac em̄ tentatione gule dyabolus primos parentes decepit q̄n eos ad comedēdum fructum vetitum induxit. bene em̄ decepti fuerunt qui propter morſum vnius pomi vite eterne hereditatem vendiderunt ꝛ morti eterne ſe ꝛ totam poſteritatez ſubdiderūt ꝛc. hac tentatione dyabolus in deſerto poſt ieiuniū. xl. dieꝝ xp̄m tentauit. d. ſi filius dei es dic vt lapides iſti panes fiāt. Cui reſpondit dn̄s noſter. Non in ſolo pane viuit hō ꝛc. vbi innuit nobis dn̄s ꝙ multum valet verbuz dei ꝛ ſtudiū ſacre ſcripture ꝯ tētationē gule luxurie ꝛc. vn̄ Hiero. Ama ſcripturaꝝ ſtudia ꝛ carnis vicia nō amabis. quod dyabolus deijcit per hanc tentationem ad inferos nouit deus ꝓpter iſtas tres ſpecies tentationis neceſſe eſt recurrere ad adiutorium diuine pietatis vt eas valeamus euitare ꝛ dicere ꝛ ne nos inducas in tentationem. Quarta tentatio eſt fortune calamitatis ſeu trāſitorie aduerſitatis ꝛ hec eſt patienter ſuſtinenda. qꝛ ꝓmouet ad meritum qꝛ mala q̄ hic nos premunt ad futurā gloriaz nos ire cōpellunt. Pro quo eſt notandum ꝙ hec tentatio eſt patienter ſuſtinenda ꝓpter quattuor. ſcꝫ ꝓpter conſortij pulchritudinem ꝛ multitudinem qꝛ oēs ſancti fuerūt hac tentatione tentati ꝛ probati ꝛ de⁹ nunꝗ̄ habuit quā huc non ꝓbauerit ſicut ſancta iudith conſolans populum iudaicum qui erat in ciuitate bethulie obſeſſus ab holoferne. dicebat Judith. viij. Vos qui eſtis preſbyteri in populo dei ex vobis pendet aīa eoꝝ eloquio veſtro corda eoꝝ erigite vt memores ſint patres noſtri vt probarentur ſi vere colerent deuz ſuū: vt abraham de filio ſuo Yſaac Job ꝛc. vn̄ eccle. xxvij. Vaſa figuli probat fornax ꝛ hoīes iuſtos tentatio tribulationis. Deus tentat hac tentatione tribulationis amicos ſuos ſicut aurum in igne fornacis aurū ponit̄ in fornace vt purgetur ꝛ ꝓbetur vt in theſauro purgatum ꝛ ꝓbatuz ponatur. Sic ſancti ponuntur in camino tribulationis vt purgent̄ a culpa ꝛ ꝓbentur in patientia. et ꝛ ponantur intra celeſtis regni gazophilatia. vnde apoſtolus ad hebre. xi. Alij ludibria ꝛ verba experti inſuper ꝛ vincula ꝛ carceres lapidati ſunt ſecti ſunt ꝛc. Etiam ip̄e dei fili⁹ fuit hac tentatione examinatus. ſicut dicit apoſtolus ad hebre. iiij. Non. n. habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus nr̄is. tentatū aūt ꝑ oīa ſm̄ ſimilitudinem abſq̧ pctō. qualiter fuit tentatus dicit apl̄us ibidem Videamus inq̄t iheſum ꝓpter paſſionē mortis gloria ꝛ honore coronatum vt gratia dei ꝓ omnibus guſtaret mortem. Qui igitur voluerit eſſe amicus dei ꝛ poni in gazophilatio paradiſi ꝑparet ſe tentationi. Nō em̄ faciet ei de⁹ aliud forum de paradiſo ꝗ̄ fecit oībus ſanctis ꝛ etiā ꝓprio filio ſuo. vnde dr̄ in luca. xxiiij. c. Nōne oportuit xp̄m pati ꝛ ita ītrare in gloriā ſuā. ꝛ ideo dr̄ in eccl'a per. ſſ. Fili accedēs ad ſeruitutem dei ſta in iuſticia ꝛ timore ꝛ prepara aiam tuam ad tentationē. Scđo hec tentatio eſt patienter ſuſtinenda ꝓpter adiutorij fortitudinem ꝛ promptitudinē. deus. n. eſt fortis ꝛ fidelis. qꝛ fortis poteſt amicos ſuos in tentatione poſitos iuuare in qua fortitudine confidebat dauid. d. ad dn̄m In te eripiar a tentatione ꝛ in deo meo tranſgrediar murum in te. i. in virtute tua nō in mea. qꝛ de illis qui in virtute ſua confidunt dr̄ in euangelio ꝙ ad tempus veniunt ꝛ in tempore tribulationis redeunt. Cū enim hō quantum in ſe eſt ſit de nihilo virtus em̄ quantum in ſe eſt nō eſt niſi deficere ꝛ ad nihilum tendere: ſed ſi vera fide innitatur virtuti diuine cū virtus dei ſit omnipotens illa in oī tentatione poteſt hominem ſuſtentare ꝛ a caſu preſeruare. ꝛ qꝛ fidelis eſt non poteſt confidēti in ſe in neceſſitate deficere. Vnde apoſtolus prima eſt Coꝝ. x. Fidelis deus q̄ non patietur vos tentari ſupra id qđ poteſtis. ſed faciat cū tentatione etiam prouentū vt poſſitis ſuſtinere. ꝛ in eccl'ie. ij. c. Reſpicite filij nationes hominum ꝛ ſcitote quia nullus ſperauit in domino, ꝛ confuſus eſt permanſit in mandatis ei⁹ et derelictus eſt. aut quis inuocauit eū ꝛ deſpexit eum. quoniam pius ꝛ miſericors eſt deus ꝛ remittet in tempore tribulationis peccata ꝛ protector eſt omnibus exquirentibus eum in veritate. Qui igitur

voluerit ſuperare omnem tentationem recurrat ad deum per deuotam orationem ꝛ clamet. Dn̄e ne nos inducas in tentationem. humilis em̄ oratio ꝛ deuota eſt quaſi quidem bonus ꝛ fidelis nuncius quem nos pro nobis ad celeſtē curiam coram deo mittimus vt impetret nobis auxilium dei in oībus tentationibus ꝛ neceſſitatibus noſtris. Vnde glo. ſuper illud ps. Intret oratio mea in conſpectu tuo dicit magna virtus orationis oſtenditur que quaſi nuncius ad deum intrat ꝛ illic mandatum peragit quo caro peruenire nequit. oratio. n. ſcutum eſt contra omnem tentationem. Tertio hec tentatio patienter ſuſtinenda eſt propter premij magnitudinem et longitudinem: qꝛ eternum gaudium preſtat. vnde apoſtolus. i ad Corin. ij. Oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit que preparauit deus diligentibus ſe. Vnde in li. ſapientie. iuſti in perpetuum viuent. vnde beatus Jaco. Jaco. i. Beatus vir q̄ ſuffert tentationē q̄n cum probatus fuerit accipiet coronā vite quam repromiſit deus diligentibus ſe. ergo non debemus triſtari ſi dominus tentet per varias tribulationes, ſed debemus gaudere ſpe premij. vnde Aug. Conſideratio premij minuit vim flagelli. ꝛ beatus Ber. ꝗ̄cum ſeuiat tribulatio non putes te a deo derelictum. ſi memineris eſſe ſcriptum cuz ipſo ſum in tribulatione ꝛc. ꝛ ſuper illud Jaco. Omne gaudium exiſtimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis. dicit glo. Ne indignemini fratres ſi mali in mūdo florent: vos vero patimini. quia non eſt chriſtiane religionis in tp̄alibus exaltari. ſed potius deprimi. mali nihil habent in celo: vos nihil in mundo ſed ſpe illius boni ad quod tenditis quicquid in via contingat gaudere debetis. Quarto modo hec tentatio patienter ſuſtinenda eſt propter eterne calamitatis formidinem; illi qui tentationem calamitatis preſentis nolunt patienter ſuſtinere: ſed eam portant moleſte. Incipiunt hic ſuum infernum ꝛ tp̄ale ſuppliciū ꝛ momētaneum faciūt ſibi eternū: ꝛ ſic ꝙ eſſet eis purgatorium culpe acquiſitorū venie ꝛ in augmētum gratie ꝛ glorie faciūt ſibi prouenire in augmētum culpe in meritū gehēne ꝛ in amiſſionē gratie ꝛ glorie: ideo dicebat iudith Judith. viij. Illi qui tentatōes nō ſuſceperūt cū timore dn̄i ꝛ impatiētia ſua improperiū murmurationis ſue contra dn̄m protulerūt exterminati ſunt ab exterminatore ꝛ a ſerpētibus perierūt: ideo nō vlciſcamur pro hijs que patimur: ſꝫ reputātes pctīs noſtris hec ipſa eſſe minora ſupplicia flagella dn̄i quaſi ſerui q̄ corripimur ad emendationē nō ad perditionē noſtrā eueniſſe credamus. Hec eſt igit̄ differētia ſeruoꝝ dei ꝛ dyaboli: q̄n ſerui dei in tētationis fornace poſiti ad modū boni auri fortius rutilant. i. illuminādo alios per exēplum ſue patientie dn̄m bn̄dicunt ꝛ laudāt. Mali vero ad modū palee tabeſcūt ꝛ fumāt. i. deſperāt ꝛ deum blaſphemāt: vñ dicit Ber. ſup eodē: igne aurū rutilat ꝛ palea fumat. Auꝝ emēdatur ſeu emūdat̄ ꝛ palea cōſumit̄ ſic tribulatio bonos purgat ꝛ ſaluat: malos vero cruciat ꝛ dānat: ꝛ qꝛ illud nō poteſt homo facere ſine adiutorio diuino: ideo habet neceſſe clamare ad deum dicēdo per orationem dominicā. Et ne nos inducas in tētationem. i. ne permittas per tētationē tribulationis ex defectu patientie nos induci in laqueum deſperationis blaſphemie vel murmurationis ꝛc. Septima petitio eſt ibi. Sed libera nos a malo. vbi petimus principaliter a nobis vicium inuidie remoueri ꝛ virtutem charitatis nobis dari ꝗ̄uis poſſemus dicere ꝙ hic petimus nos liberari ab omni malo pene et culpe tam preſentis ꝗ̄ future ꝛc. Inuidia enim opponitur charitati: ideo ſicut charitas eſt maxima virtus: ita inuidia maximuz vicium vt viſum fuit ſuperius in ca. de inuidia. Et ſicut charitas ſuper oēs virtutes facit hoīem bonū et deo gratum: ita inuidia ſuper oīa vicia facit hoīem malū: qꝛ bonum in malū conuertit. Itē inuidia dr̄ malum: qꝛ a dyabolo qui eſt actor ꝛ principiū malicie ꝓceſſit. Item qꝛ per ipſam oē maluꝫ culpe ꝛ pene in mūdum intrauit. Itē qꝛ fonti bonitatis. ſſ. cōtraria extitit. Eſt em̄ vnū de peccatis in ſp̄m ſanctū inuidentia fraterne gratie ꝛc. Primo dixi ꝙ inuidia bonū in malū conuertit. Nam illud op⁹ qđ ex charitate factuꝫ eſſet bonū ꝛ meritorium ex inuidia factum ſit malū ꝛ demeritoriū. Exēplum ponit beatus Grego. in li. dyalogoꝝ de quodam ſancto ep̄o qui dyabolū in ſpecie pau͏ꝑis hoſpitiuꝫ petētem repulit quidam vero alius inuidens ep̄o eundem hoſpitatus eſt cuius filium illa nocte dyabolus occidit. Interrogatus beatus Grego. quare dn̄s hoc ꝑmiſerat cū ille crederet ꝙ pauper eſſet. Reſpōdit: qꝛ non hoſpitat⁹ eūdem fuerat ex charitate nec bona intentione: ſed ideo qꝛ inuidebat ep̄o ꝛc. Scđo dixi ꝙ inuidia malū dr̄: qꝛ a dyabolo qui eſt primus actor mali ꝓcedit. vnde beatus Grego. in mora. cū in quolibet peccato antiquus ſerpēs ꝑtem veneni ſui ꝛ malicie diffundat i pctō: tamē inuidie ſerpēs ille tota viſcera ſua concutit. Tertio dixi ꝙ inuidia malū dicitur: qꝛ per ipſam omne malū culpe ꝛ pene in mundū intrauit omis humani generis culpa ortū habuit a dyaboli inuidia qui per inuidiā primos parentes ad peccandum impulit ꝛ illo eis inuidit: quia erant aſcenſuri ad illā beatitudinē quā perdiderat: ꝛ eſt hoc qđ dicitur in li. ſapiētie. Inuidia dyaboli intrauit mors in mundū. ¶ Quarto dixi ꝙ inuidia malū dicitur: qꝛ contrariatur bonitati. ſſ. ꝗ̄uis em̄ in perſonis diuinis ſit eadem potētia ſapien,

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tia. ⁊ bonitas tm̄ patri attribuitur potentia: ne videatur filio antiquioꝛ ⁊ ex hoc minus potens. filio
attribuitur ſapientia ne videatur patre iunioꝛ ⁊ ex hoc minus potens. ſſ. attribuitur bonitas ne pro-
pter eius impetuoſitatem credatur eſſe crudelis. Alio mō dicit potentia attribuitur patri q: potentia
naturaliter precedit ſapientiā ⁊ vtraqꝫ p̄cedit bonitatem: ideo ⁊c. Alio modo opera manifeſtatiua po
tentie attribuunt patri. opera manifeſtatiua ſapinentie filio. opera manifeſtatiua bonitatis ſpūſctō
ideo quia infirmitas ē contraria potentie illi q̄ peccant ex infirmitate dicūtur peccare in patrem. qui
⁊ peccant ex ignorantia dicuntur peccare in filium: ⁊ qui peccant ex pura malicia ſicut inuidi faciunt
dicuntur peccare in ſpm̄ſctm̄. per. ſſ. enim amoꝛ dei diffunditur in coꝛdibus noſtis. vñ aplus. Chari-
tas dei diffuſa eſt in coꝛdibus noſtris. per. ſſ. qui datus eſt nobis. amoꝛ eñi dei nunq̄ permittit ocioſū
a bono. ſed facit bene cogitare bene dicere bene facere. ⁊ de bonis gaudere. Innidia vero facit totuꝫ
contrarium. vñ p̄s. Qui loquuntur pacem cum proximo mala autem in coꝛdibus eoꝝ quo ad malum
cogitare. exēplū de ſcribis ⁊ phariſeis. d. ſaluatoꝛi noſtro. Magiſter ſcim᷒ q: verax es ⁊ viā dei in vitate
doces ⁊c. ⁊ totum contrariū cogitabant. pꝫ in oībus actibus eoꝝ ⁊ precipue de muliere depꝛehenſa in
adulterio ⁊c. quibus dixit ſaluatoꝛ noſter. Qui veſtrū ſine pctō eſt pꝛimus in illam lapidaꝫ mittat ecce
iuſticia. Judex eñi debet eſſe immundis a peccato qui aliū de peccato condemnat. Quando autēꝫ di-
xit mulieri nemo te condemnauit vade ⁊ amplius noli peccare ecce miſericoꝛdia. ¶ Innidia facit ma
lū dicere q: ex habundantia coꝛdis os loquitur. ⁊ in euangelio malus hō de malo theſauro coꝛdis ſui
pꝛfert mala pꝛopꝛiū eſt inuidoꝝ aliȷs detrahere q: venenū aſpidū ſub labȷs eoꝝ ⁊ lingua eoꝝ gladius
acutus: ⁊ ſepulchꝛum patens eſt guttur eoꝝ ſepulchꝛum patens exaltat continuum fetoꝛē. ita inuid᷒
continuam detractionem ⁊ diffamationem vbiqꝫ de oībus ſpargit. Item pꝛopꝛium eſt inuidoꝝ dubia
in partem peioꝛem interpꝛetari. Item ſi audiat aliquem laudari eum vituperabunt. Exemplū in ſcri
bis ⁊ phariſeis ⁊ pꝛincipibus ſacerdotum qui de xp̄o dicebant q̄ in belzebuth pꝛincipe de. e. de. ¶ In
uidia facit malum facere. nunq̄d eſt malum fratrem occidere ſicut fecit cayn abel per inuidiam. Nun
quid malum eſt fratrem vendere ſicut fecerunt fratres ioſeph per inuidiam. Nunq̄d malum eſt xp̄m
moꝛti tradere. ſicut fecerunt iudei per inuidiam. Inuidia facit gaudere de malis. pꝫ de vi vocis inui-
dus quaſi non valens videre bonum alterius ſine triſticia ⁊ afflictione. vñ verſus. Horatȷ errat dicēs
Inuidus alterius rebus marceſcit opimis. Et videt illius pꝛoſpera cum lachꝛimis. ideo qñ inuidus al-
terius bonum pꝛoſpicit in ſeipſo tabeſcit ⁊ triſtat. ideo dicebat Seneca. Utinā inuidi in oībus ciuitati
bus haberent oculos vt tot cruciatus ſuſtinerent quot pꝛoſperitates viderent. Exemplū habemus in
dyalogo Grego. de floꝛentio pꝛeſbytero q̄ inuidens fame beati bñdicti miſit ei panem venenatū queꝫ
cum btūs bñdictus feciſſet efferri per coꝛuum non potens occidere beatum bñdictum conatus ē oc
cidere aīas diſcipuloꝝ ſuoꝝ per ſepteꝫ puellas quas fecit nudas tripudiare in oꝛto q̄ erat iuxta cellas
monachoꝝ quod beatus benedictus non potuit ſuſtinere: ſed poſito vicario pꝛo ſe receſſit inde: quod
audiens floꝛentinus pꝛ̄ſbyter q̄ erat in quodam ſolario vehementer riſit. ⁊ ſtatim ſolarium ſub ipſo ce
cidit ⁊ miſerū inuidū moꝛtuum cū dyabolo patre ſuo ad infernum trāſmiſit. iuxta illud extrema gau-
dȷ eoꝝ luctus occupabit. de hoc igitur malo petim᷒ nos liberari. d. in oꝛatione dñica. Sed libera nos
a malo. ¶ Sequitur amen vbi eſt confirmatio pꝛecedentium. ⁊ eſt dictio greca vel hebꝛea q̄ aliquādo
tenetur noīaliter. ⁊ tunc idē eſt q̄ veritas. iuxta illud euangelȷ. Amen amē dico vobis. i. veritatem
aliqñ tenetur verbaliter. ⁊ tunc ideꝫ eſt q̄ fiat vt in fine pſalmoꝝ. amen. i. fiat. Aliqñ tenetur aduerbia
liter. ⁊ tunc idē eſt q̄ ſine defectu ſine fine. ab a. quod eſt ſine ⁊ mene defectus: quaſi ſine defectu. vt in
miſſa per omnia ſecula ſeculoꝝ amen. vñ verſus. Si ponatur amen pꝛo vero ſit tibi nomen. Sed ſi ſit
poſitum pꝛo fiat ſit tibi verbum. Si ſine fine notat ſe poſt aduerbia iactat ⁊c. ¶ Sequitur in textu q̄r-
ta pars ibi. Sit tua tota gemens oꝛatio. vbi ac. noſter inſinuat conditiones oꝛationis dicens ad lit-
teram q̄ oꝛatio dꝫ eſſe cum gemitu yſaie. xxxviȷ. audiui oꝛationeꝫ tuā ⁊ vidi lachꝛimas tuas. ideo adȷ
ciam. xv. annos ſuper dies tuos dixit dñs ezechie regi per os Yſaie pꝛophete Oꝛatio debet eſſe cuꝫ ma
gno deſiderio. deute. iiȷ. Cum queſieris dñm deum tuum inuenies eum ſi tm̄ toto coꝛde tuo queſieris
Item oꝛatio oꝛō dꝫ eſſe humilis. vñ p̄s. Reſpexit in oꝛationem humilium ⁊ nō ſpꝛeuit pꝛecem eoꝛum
Item oꝛatio dꝫ eſſe perſeuerans act. ȷ. Apoſtoli perſeuerantes in oꝛatione meruerunt accipere ſpm̄-
ſctm̄. Itē oꝛō dꝫ eſſe attenta. gl. ſuper illud. i. petri. iiȷ. Uigilate in oꝛationibus. Pꝛo quo eſt notandū
q̄ non requiritur in oꝛatione actualis attentio ſed ſufficit habitualis q̄ ex pꝛeuia actuali attentione pꝛo
cedit. vnde oꝛatio pꝛimo mouetur a deuotione oꝛantis ⁊ attentione actuali ſm̄ eſſentiam. ſed q: mēs
ad alia pꝛopter infirmitatem hominis ⁊ euagationem mentis rapitur. ideo manet attentio virtuali-
ter ⁊ habitualiter vt mota ab attentione actuali ſcꝫ pꝛeuia deuotione ſicut motio lapidis habet vir-

tutem ex pꝛimo mouente ⁊ effectum: ſic etiam oꝛatio habet effectum ex pꝛeuia deuotione ⁊ attentio
ne actuali: niſi tanta fiat euagatio q̄ oꝛatio amittat virtutem actualis pꝛeuie attentionis: ſicut patet
in illis que hoꝛas ſuas dicendo ad alia ſe transferunt quod nō pōt eſſe ſine culpa. Si enim ad cōtra-
rium oꝛationis mens ſe transferat ſicut ad illicita peccata nō eſt ſine culpa moꝛtali: ideo neceſſariū
eſt vt homo in oꝛando aut hoꝛas dicendo frequenter reuocet coꝛ ſuum ad ſeipm̄. ¶ Pꝛo pꝛemiſſoꝛuꝫ
vlterioꝛi declaratione eſt notandū q̄ in oꝛatione triplex debet eſſe attentio. pꝛima ad verba quibus
petimus. ſecunda ad ipſam petitionem. tertia ad ea que petitioni circumſtant: ſicut eſt neceſſitas pꝛo
qua deus petitur ⁊ rogatur: ⁊ ſi aliqua iſtarum abſit nō eſt reputāda attenta oꝛatio. tamē illi qui nō
intelligunt petitionis ſeu oꝛationis verbo ad oꝛationem nō minus quanq̄ nō intelligāt intenti poſ-
ſunt eſſe: ⁊ ideo eis ſufficit pꝛima ⁊ ſecunda attentio: vt patet in laycis qui verba latina nō intelligūt
Summarie ergo tenendū eſt q̄ euagatio mentis in oꝛatione facta ex pꝛopoſito nō eſt ſine peccato ⁊
impedit fructum oꝛationis. Et ſi ad cōtrarium oꝛationis fuerit eſt peccatum moꝛtale. Si vero non
fiat euagatio mentis ex pꝛopoſito ſed ex infirmitate mentis ſolūmodo non eſt peccatum nec impedit
oꝛationis fructum cum virtute habeat ex pꝛima attentione ⁊c. Item oꝛatio debet eſſe iuſta: ideo di-
ctum fuit matri filioꝛum zebedei. Mathei. xx. Neſcitis quid petatis q: iniuſta erat ſua petitio: ideo
dicit Catho. Quod iuſtum eſt petito ⁊c. Item oꝛatio debet eſſe pura breuis ⁊ operoſa. i. compendio
ſa. Mathei. vi. Oꝛantes nolite multū loqui ſicut ethnici faciunt: putant enim q̄ in multiloquio ex-
audiantur. Item oꝛatio debet eſſe fidelis feruens charitate: reuocans mentem oꝛantis ab omni ter-
renitate. Mathei. xxvi. Aſſumpſit ſecū Johannē Petrum ⁊ Jacobum. per Joh. intelligitur gratia
que nō poteſt eſſe ſine charitate. per Petrum intelligit fides. per Jacobū intelligit ſeparatio tem-
poꝛalium ſm̄ theologos. ¶ Circa vltimā partem querit que ſunt pꝛeparatoꝛia que debent p̄cedere
oꝛationem. Ad quod reſpondet q̄ ante oꝛationem homo debet animam ſuā pꝛeparare. ¶ Pꝛo quo
eſt notandū q̄ duplex reperit pꝛeparatio oꝛationis remota ⁊ pꝛopinqua. Ad remotam enim ptinet
q̄ bene viuat homo. Unde Grego. ſup Johan. Sunt nōnulli intra eccl'am qui pꝛolixas habent ad
deum oꝛationes: ſed vitā depꝛecantiū nō habent. Neceſſarium enim eſt vt oꝛatione operatio ⁊ ope-
ratione oꝛatio fulciat ſm̄ Iſido Ad hanc enim pꝛeparationē ſpectat ieiunium ⁊ elemoſyna. Unde
Iſido. qui oꝛationē ſuam vult volare ad celum faciat ei duas alas. ſ. elemoſynam ⁊ ieiunium. Item
ad iſtam pꝛeparationē pertinet confeſſio homini facta. Jaco. vltimo. Conuertimini alterutrum pec
cata veſtra ⁊ oꝛate. Ad pꝛopinquam vero pꝛeparationeꝫ pertinet reuocatio coꝛdis ab exterioꝛibus
ad interioꝛa cum intentione eiuſdem. Mathei. vi. Tu cum oꝛabis intra in cubiculum tuum ⁊ clauſo
hoſtio oꝛa patrem tuū. Item pertinet cōſideratio ſuipſius. vnde Iſido. Cum deo aſſiſtimus ⁊ geme
re ⁊ flere debemus reminiſcentes q̄ grauia ſunt que cōmiſimus: ⁊ q̄ dura ſunt inferni ſupplicia que
timemus. Item pertinet vt attendat ad deum ſacrificiū oꝛationis. Unde p̄s. Uacate ⁊ videte quo-
niam ego ſum dñs ⁊c. ¶ Queritur que impediūt oꝛationem. Solutio. Plura ſunt que impediunt. ſci-
licet peccatum oꝛantis. Unde Yſaie. i. Cum multiplicaueritis oꝛationes veſtras nō exaudiam: quo-
niam manus veſtre ſanguine. i. peccato plene ſunt. Iteꝫ impedit dubietas oꝛantis. Unde Bernar
dus. Indignus celeſti benedictione conuincitur qui dubio querit affectu. Item impedit quando pe
titur illud quod nō eſt petendum. Jacobi. iiȷ. Petitis ⁊ non accipietis eo quod male petitis. Item
impedit indignitas eius pꝛo quo oꝛatur in Exo. dñs ad moyſen. Noli oꝛare pꝛo pplo iſto neqꝫ aſſumas
pꝛo eis laudem ⁊ oꝛationē q: nō exaudiam te. ⁊ ad litteram. Jere. viȷ. Item impedit oꝛationem ne ex
audiatur malaꝝ cogitationum multitudo. pꝛimo Machabeoꝝ. ȷ. Templum eius ſicut homo igno
bilis templū eſt hō ignobilis cū immūdis cogitatiōib᷒ occupat. Itē impedit contēpt᷒ diuine legis.
Pꝛouer. xxviȷ. Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem eius oꝛatio erit execrabilis. Iteꝫ impedit
duricies que eſt in eo contra pauperes. Pꝛouerbioꝛū. xxi. Qui obturat aurem ſuam ad clamoꝛē pau
peris clamabit ⁊ nō exaudietur. Alia duricies eſt erga eos qui offendunt cum eis nolunt remittere
qui eos offenderunt. Marci. xi. Cum ſtabitis ad oꝛādum dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquē
vt ⁊ pater veſter celeſtis dimittat peccata veſtra quod ſi nō dimiſeritis nec pater celeſtis dimittet vo
bis peccata. Item impedit peccati additio. Eccle. xxxiiȷ. Unus oꝛans ⁊ alius maledicens cuius vo-
cem exaudiet dominus. Item impedit ſuggeſtio dyaboli que multos ab oꝛatione retrahit quod le-
gitur in vita plurimoꝛum ſanctoꝛum. Item impedit pꝛauitas deſiderȷ. Unde Gregoꝛius in moꝛali-
bus. Eterna ſi oꝛe petimus quare non coꝛde deſideramus. Item impedit oꝛationem petentis impa
tientia. Judith. ix. Superbi ab initio non placuerunt tibi: ſed humilium ⁊ manſuetoꝛum ſemper
tibi placuit depꝛecatio. ⁊ eodem Judith. viȷ. Qui tentationes non ſuſceperunt cum timoꝛe domini

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

⁊ impatientiā ſuā ⁊ improperiū murmurationis ſue contra dominum protulerunt exterminat ſunt ⁊
perierunt. Itez impedit defectus perſeuerantie. Luce.xi. Si perſeuerauerit pulſans dabit ei ⁊ quot
quot habet neceſſarios. ¶ Queritur vlterius qn̄ ſit orandum. Solu. dicendum eſt ꝙ oportet ſemper
orare ⁊ nō deficere vt habetur Luce.xviij. Nō debet miles remouere ſcutum dū bellum durat. Queri
tur vlterius vbi ſit orandum. So. dicendum eſt ꝙ vbiqꝫ eſt orandū cū vbiqꝫ ſint pericula ⁊ vbiqꝫ dei au
xilio egemus. prima ad Thimo.ij. Uolo vos orare in omni loco leuantes puras manus. tn̄ priuatis lo
cis oportunius funditur oratio ſm Iſid. de ſummo bono. ⁊ Mathei.vi. Cum orabis intra cubiculum
tuum loquendo ad litteram. verumtn̄ locus oportunus ad orandum eſt eccleſia. Mathei.xxi. Dom⁹
mea dom⁹ orationis vocabitur. ¶ Queritur quid ſit petendum in oratione. Solu. dicit glo. ſuper illud
Math.xxvi. orauit.iij. eiuſdem ſermonez proferens. ꝙ tria ſunt a nobis petenda. ſ. preteritis malis ve
nia, tutela a preſentibus ⁊ cautela a futuris. ¶ Queritur vtrum in oratione ſint temporalia petenda.
Et videtur ꝙ non per illud ꝙ habetur. Math.vi. Super illud. Primum querite regnū dei ⁊ oīa adij
cientur vobis ⁊c. vbi dicitur ꝙ nullo modo licet temporalia orando petere. ¶ Oppoſitum habetur in
oratione dominica vbi dicitur. Panem noſtrum quotidianum ⁊c. in qua oratione non ſolum ſpiritua
lis. ſed etiam corporalis panis petitur vt patet in gloſa. ergo licet pro temporalibus orare. Solu. dicē
dū eſt ſm Aug. ꝙ hoc licet orare qd̓ licet deſiderare tp̄alia aūt lz deſiderare nō quidē principaliter vt
in eis finem conſtituamus. ſed ſicut quedam adminicula quibus adiuuamur ad tendendum in beati
tudinem. ſ. inquantum per ea vita corporalis ſuſtentatur ⁊ inquantum nobis organice deſeruiunt ad
actus virtutum vt dicit philoſophus libro.i. ethicorum. Et ideo pro temporalibus licet orare quia li
cet temporalia non ſint querenda principaliter tn̄ ſunt ſecundario vt dicit Augu. in libro de ſermone
dn̄i in monte cum dicit primum querite regnum dei ergo ſecundario temporalia. ¶ Queritur vtrum
homo debeat aliquid deterterminate petere in oratione. ⁊ videtur ꝙ non q2 determinatio petitionis
non ſit. niſi ad innoteſcendum deſideratum: ſed deus quem oramus melius ſcit deſideria noſtra ꝙ̄
nos ipſi. ergo non debemus in oratione aliquid determinate petere. Oppoſitum patz per hoc ꝙ dn̄s
in oratone dn̄ica congruentem formam orandi dedit per quod ptz ꝙ licet aliquid determinate pete
re in oratione. Solutio. dicendum eſt ꝙ determinatio petendi in oratione valet ad tria. primo ad hoc
ꝙ determinatio orationis ſeu intentio decernitur ad aliquid. Secundo vt nobis innoteſcat deſideriū
noſtrum. Tertio vt feruentius petam q2 bona quanto particularius inſpiciuntur tanto feruentius cō
cupiſcūtur ſicut de delectabilibus corporalibus ſm philoſophū.iij. ethicoꝝ ⁊ in politicis.

Sequitur de ieiunio.

Abſtineas ſeruans ieiunia nulla relaxans
Que iubet eccleſia ſeruari ſcilicet iſta
Uult chriſtus natus aſcentio ſpiritus almus
Sumpta dei genitrix ieiunando venerari
Ante diem feſti necnon et apoſtolus omnis
Exceptis iacobo philippo ſicqꝫ iohanne
Cum quadrageſima iungantur tempora quarta
Et que pontifices in ſede ſua ſtatuere
Cum ieiunabis horam non anticipabis
Crimina vitabis epulis te non onerabis
Carnem caſtigant ieiunia crimina vitant
Ad dominum mentem releuant faciuntqꝫ placentem
Donant virtutes et premia dantqꝫ ſalutes.

Iſtud capitulum de ieiunio diuidiṫ in quattuor partes. In prima pte auctor noſter hor
tatur ieiunia ab eccleſia inſtituta obſeruari. In ſecunda docet q̄ ſunt illa. In tertia docet
horam comedendi in dieb⁹ ieiunialibus ⁊c. In quarta parte ac. nr̄ docet effectus ſeu vti
litates ieiunij. Prima in principio. Secunda ibi. vult xp̄s natus. Tertia ibi. Cum ieiuna
bis quarta ibi. carnem caſtigant ieiunia. ¶ Quantū ad primū eſt notandū ꝙ per ieiunium carnis con
cupiſcentia refrenatur: mens eleuatur: virtutes conſeruantur. Item nota ꝙ ieiuniuz eſt cōmuniter de
preceptio iuris diuini ⁊ naturalis: ſed determinatio temporis ieiunioꝝ ⁊ modus ieiunandi ad ius po
ſitiuum pertinet ⁊ ad prelatos eccleſie. ⁊ ſic ieiuniū cadit ſub precepto eccleſie: ideo q̄ ex ꝯtemptū vel

ſine cauſa rationabili tranſgreditur ieiunia habens etatem ad hoc peccat mortaliter contemnendo
eccleſie mandatum. Quia ac. dicit in principio iſti⁹ littere nulla relaxans ieiunia q̄ iubet eccl'ia. ¶ Que
ritur vtrū ſit aliqua exceptio q2 ac. nullā facit. Solutio. dicendū eſt ꝙ ſic qm̄ pueri vſqꝫ ad.xx. vel.xxi.
annum ſm cōpen. ſeptem ſacramētoꝝ excuſantur. qm̄ vſqꝫ ad illud tempus ꝓpter actum nutritiue et
augmentatiue virtutis pauco cibo indigent ⁊ frequēti ſm philoſophū in li. de aīalibus. Unde in ſum
ma ray. c. de ferijs. in glo. dr̄. ꝙ pueri a.xxi. ⁊ ſupra ieiunare tenentur nec ante hanc etatem credo ali
quem eſſe compellendū tn̄ q2 aliqui ſunt in .xxi. āno debiliores ꝙ̄ alij .in.xviij. In talibus recurrendū
eſt arbitrium boni viri licz talia non ſint predicanda publice cū ad concupiſcentiam gule iuuenes fa
ciliter moueantur ſm ꝙ eoꝝ virtus roboratur. Similiter de infirmis ⁊ debilibus ſm arbitrium boni
viri eorum ieiunia ſunt limitanda. De peregrinis eſt diſtinctio: quia ſi commode peregrinatio differ
ri poteſt debet pretermitti ⁊ ieiunium perfici. Si vero neceſſitas vrgeat ſic ꝙ nec pretermitti
nec differri poſſit peregrinantes a ieiunio excuſantur ſi ieiunare non poſſint. Sed ſi ꝓpria volunta
te arripuerunt peregrinationes in quadrageſima vel in alijs tēporibus ſtatutis ad ieiunandum cū
ad illas nō teneantur vel alio tempore precedente potuiſſent eas feciſſe vel futuro tempore cōplere
nō excuſantur a ieiunijs. Et ſi ea trāſgrediant peccāt ⁊ tenentur alio tempore ieiunia facta recompē
ſare ſm conſiliuz eccleſie. Unde ad hoc a ſuis preſbyteris ante quadrageſimā ſunt monendi de curſo
ribus magnatum quoꝝ vſus eſt neceſſarius ſi eos currere oporteat ⁊ ieiunare non poſſunt excuſan
tur. De laboratorib⁹ ⁊ operatorijs vbi opus eſt cū magno labore ſi ad eo ſint pauperes q2 ꝑ ſeipſos
opꝫ laboratore ſeu colere vel aliūde ſufficienter victū non haberent ꝓ ſe ⁊ familia ſua cuius curā hn̄t
niſi laborando ⁊ laborare non poſſunt niſi ieiunia frangāt poſſunt ieiunia frangere ⁊ laborare. Si ve
ro oparij ⁊ laboratores diuites ſint ⁊ poſſint ꝑ alios opera ſua perficere non excuſanṫ. Nam cōſtat ꝙ
intentio maioris lucri ⁊ non neceſſitatis non excuſat operarium a ieiunio nec ſunt immunes a pecca
to q̄ operarios cōducere nolunt niſi tali pacto ꝙ ſoluant ieiunia vt plus operentur niſi forte neceſſitas
operis pro quo laborator expoſcat feſtinationem. Item ſi ſerui ⁊ ruſtici ſint qui debent opera dn̄is ſu
is non peccant mortaliter frangendo ieiunia. tn̄ hoc non debet fieri ꝓpria auctoritate ſed per diſpen
ſationem eccleſie fieri debet. ¶ Queritur quid de pregnantibus ⁊ nutricibus. Solu. dicendum eſt ꝙ
ſi timeam⁹ ꝓbabiliter de periculo fetus non ſolum poſſunt exſoluere ieiunium ſed etiam tenentur.
Quātuz aūt ad diſpenſationē ieiunij ſi conſtat omnib⁹ vicinis de cā propter quā ſoluēdum eſt ieiuniū
non eſt neceſſariū ꝙ petaṫ diſpenſatio. Si aūt dubiū eſt illis quib⁹ ſoluēdum eſt ieiuniū tunc petatur
diſpenſatio ab ep̄o vel ab eius penitētiario. Si vero neuter poſſit haberi ſufficit licētia ꝓprij ſacerdo
tis: q2 null⁹ ꝓpria auctoritate debet frangere ieiunia ab eccleſia inſtituta: ⁊ hec que dicta ſunt reperi
tur in ſumma Ray. c. de ferijs. in glo. ¶ Queritur vtrū paupertas excuſet a ieiunio. Solutio dicēdum
eſt ꝙ illi pauperes qui non poſſunt habere ſimul qd̓ ad vnam cōmeſtionem ſufficere debeat excuſan
tur: ſicut ſunt illi qui querūt fruſtratim panem. Illi autem qui poſſunt habere illud ſimul non excuſan
tur. Secūda pars eſt ibi vult xp̄s natus vbi ac. noſter docet que tēpora ſint ieiunāda dicens ꝙ ſunt
iſta q̄ ſequūtur. Uigilia natiuitatis domini. quadrageſima. Quattuor tēpora anni: ſcilicet mercurij ve
neris ⁊ ſabbati poſt dominicā brādonum mercurij veneris ⁊ ſabbati: poſt pētecoſtem mercu. vene.
⁊ ſab. poſt exaltationem ſancte crucis mercurij veneris ⁊ ſabbati. poſt feſtū beate Lucie. vigilia pēte
coſtes. vigilia natiuitatis beati Iohā. baptiſte. vigilia aſſumptionis noſtre domine. vigilia omnium
ſanctoꝝ. vigilia beati Laurē. vigilijs oīm apoſtoloꝝ preter vigiliā beati Ioh. euāgeliſte. in natali dn̄i.
⁊ Philippi ⁊ Iacobi. in principio Maij q2 vigilia Iacobi circa finez Iulij ieiunaṫ. De vigilia beati
Bartholomei conſuetudinē tue regionis obſerues vt habetur in capitulo cōſilium de obſerua. ieiu
niorum. ⁊ c.i. infra. e. de vigilia beati Mathie vtrum debeatur ieiunari dicatur ꝙ ſic: ſicut ⁊ alioꝝ
apoſtolorum in. c.i. de obſ. ieiuni. etiā in aduētu domini eſt ieiuniū religioſis. De iſta materia ieiunio
rum videat qui voluerit in. c. ſtatuim⁹. lxxvi. di. ⁊ de con. di. iij. c. ieiunia. Super p̄miſſis notāduz eſt ꝙ
ſi vigilia ieiunāda cadat in die dn̄ico debet ieiunari in die ſabbati precedēte in capi.i. ⁊.ij. de obſer. ie
iuni. q2 dies dominicus eſt dies leticie ⁊ nō afflictionis: ideo in eo nō eſt ieiunādum. Similiter ad de
teſtationem manicheoꝝ: ſcilicet quorūdam hereticorum qui eo die ieiunabāt. ¶ Queritur ſi dies nati
uitatis domini occurrat in die veneris vtrum liceat carnes comedere. Solutio dicēdum eſt ꝙ ſic. ex
ceptis vouentibus ⁊ ꝓfeſſis voto vt q2 vouerint nō comedere in ſexta feria vel ſimile non debent co
medere in. c. explicari. de obſ. ieiu. ¶ Queriṫ q̄ cibaria ſint comedēda ſeu ſumēda dieb⁹ ieiunialibus.
Solu. illa cibaria q̄ non mouēt ad concupiſcētiaz vel que min⁹ mouēt: ideo carnes cū cito cōuertātur
in materiā ſeminis ſunt ꝓhibite: piſces autē non: q2 non ita conformātur complexioni hominum nec

dies dominicus est dies letitie et nō afflictio[n]is ideo nō est ieiunādus

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ita cito conuertuntur in matriam ſeminis ſicut carnes. vinum autem licet inflammet concupiſcentiã
tamen non prohibetur ieiunantibus. q꞉ eius inflammatio non tñ durat quantum inflammatio con
cupiſcentie que procedit ex comeſtione carnium. Item vinum non prohibetur ꝓpter digeſtionis im
pedimentum que nimis debilitaretur. Tertia pars eſt ibi. Cum ieiunabis: vbi ac. noſter docet horam
comedendi in diebus ieiunalibus dicens primo ꝙ ieiunantes ſemel in die tñ debent comedere. licꝫ
poſſint pluries bibere propter digeſtionem. tñ caueatur exceſſus. Hora autem comedendi eſt hora
nona vel circa quia tali hora xp̃s emiſit ſpiritum nec requiritur determinare horam nonã ſm̃ ſubtilem
eſtimationeꝫ ſed ſolum ſm̃ groſſam. ¶ Queritur quid ſit dicendum de ſeruitoribus nobilium ſi ex cau
ſa neceſſaria aliquentulum preuenient horam nonã ex toto comedendo vel modicum pre bibẽdo ne
ꝓpter debilitatem in ſeruiendo deficiant ⁊ hoc faciunt poſitis iam menſis vel parum ante ita ꝙ ꝓpter
continuationem temporis totum debeat reputari vna menſa. So. non credo ꝙ peccent ſicut non pec
cant ſeruitores mediocrium perſonarum qui ſurgũt de menſa dñorum ſuoꝝ ⁊ vadunt ad vinum vel
portant exenia ⁊ iteꝝ reuertentes comedunt. Idem credo dicendum de illis regularibus qui legũt
legendas ad menſam in refectorio dum tñ hoc ex licentia faciant. Circa iſtam tertiam partem q̃ritur
primo vtrum ſumptio medicinaꝝ ieiuniũ ad eccleſia inſtitutum ſoluat. So. dicendum eſt ꝙ nõ niſi for
te aliquis ſumeret in magna q̃titate in fraudem per modum cibi q꞉ ſic ieiunium frangeret. ¶ Querit
vtrum dando elemoſynam poſſit aliq̃s redimere ieiunium. dicendum eſt ꝙ pene peccatoꝝ per elemo
ſynam redimuntur ⁊ relaxantur in. c. medicina. de pe. di. i. lxxxij di. c. preſbyter. ⁊ ſic ieiunium elemoſy
na redimi poteſt. tñ credo ꝙ hoc debeat fieri conſilio ſacerdotis in. c. preſbyter abſolutio. ¶ Queritur
vtrum quis per alium poſſit ieiunare. So. dicendũ eſt ꝙ ſic. q꞉ denarium poteſt dare vt ſe redimat a
ieiunio. ergo multo fortius ꝑ alterius ieiuniũ poteſt liberari in. c. preſbyter abſoluto. Item ieiunium
viui ꝓdeſt mortuo ad liberamẽ. de pe. di. vi. c. i. ⁊. xiij. q. ij. c. aĩe. vbi dicit aĩe defunctoꝝ quattuor mo
dis ſoluuntur. ſ. oblationibus ſacerdotum. precibus ſanctoꝝ. caroꝝ elemoſynis. ⁊ ieiunio cognatoꝝ
ergo ieiunium vnius poteſt fieri per aliũ ⁊ votum tam viui q̃ꝫ mortui ſolui põt per ſuperſtitem xxvi.
q. vi. c. ſi quis fuerit. tñ talis cõmutatio non dꝫ fieri ꝓpria auctoritate maxime in penitentia impoſita
ab homine extra de voto. c. ex multa in fine per totum. Super premiſſis notandũ eſt primo ꝙ duplex
eſt ieiunium. ſ. eccleſie qd̓ ſit vel habet fieri ꝓpter mortificationem carnis. ⁊ iſtud non ſoluitur ꝓpter
aſſumptionem medicinaꝝ aque vini. Aliud eſt ieiunium nature qd̓ dicit priuationem cuiuſcunqꝫ rei ſi
ue aque ſiue vini ſiue medicine. ⁊ illud req̃ritur in conſecratione. Item eſt notandum ꝙ duplex eſt ef
fectus ſatiſfactionis. Primus ſiue vnus eſt excifio cauſaꝝ peccatoꝝ ſequentium. ⁊ iſto modo peniten
tia eſt quedam medicina ad pctm̃ euitandum ſicut ieiuniũ ⁊ peregrinatio domant corpus. Et iſto mõ
vnus pro alio non poteſt ſatiſfacere: q꞉ ieiunium ⁊ peregrinatio vnius non domant corpus alterius.
Secundus effectus eſt ſolutio debiti peccatorum precedentium quo penitens fuerat obligatus poſt
contritionem cõfeſſionem ⁊ abſolutionẽ ⁊ quantum ad hoc vnus poteſt ſatiſfacere pro alio. ita tñ ꝙ
ille ſit in gratia ⁊ charitate ⁊ ꝙ habeat aliquem defectũ propter quem ſatiſfacere non poſſit nec ſatiſ
factionem facere quã alius facit pro eo. De iſtis ieiunijs ⁊ modo ieiunandũ videatur de con. di. v. qua
ſi per totum ⁊c. Quarta pars eſt ibi carnẽ caſtigant ieiunia. vbi actor noſter docet effectꝰ ⁊ vtilitates
commendabiles ieiunij. vbi eſt notandum ꝙ ieiuniũ eſt cõmendabile. exemplo moyſi qui ieiunauit
xl. diebus ⁊. xl. noctibus ⁊ data eſt ei lex. Exodi. xxxiiij. Item cõmendabile eſt exemplo helye qui tan
to tẽpore ieiunauit. iiij. regũ. xix. Itẽ ieiunium eſt cõmendabile exemplo ſaluatoris noſtri. Math. iiij.
Cum ieiunaſſet. xl. diebus ⁊. xl. noctibus poſtea eſuriit. Ieiunium em̃ eſt cõmendabile q꞉ carnem ca
ſtigat, crimina vitat vt in littera ac dicitur. Ieiunium em̃ eſt commendabile quia dei mĩam impetrat
Ione. iij. Miſertus eſt dñs niniuitis. Ieiunium conſolationem dei ⁊ angeloꝝ meretur. Math. iiij.
Poſt ieiunium dñi acceſſerunt angeli ⁊ adminiſtrabant ei ⁊ cornelio ieiunanti ⁊ oranti apparuit ange
lus. Actuum. x. Ieiunium ponit dyabolum in arido vbi requiem non habet Mat. xij. Cum immundꝰ
ſpũs exierit ab hoĩe ambulat per loca arida querens requiẽ ⁊ non inuenit. Dyabolus em̃ ad moduꝫ
piſcis ſtat in loco humido. Iob. xl. vehemot habitat in locis humentibus ⁊ intelligatis locũ humidũ
vbi gula colit ⁊ luxuria. Ieiuniũ commendabile eſt quia valet ad ſanitatem corporis. Eccle. xxxvij.
In multis eſcis erit infirmitas. qui autem abſtinens eſt adijciet vitam. Ieiunium commendabile eſt
quia valet contra aduerſitates. Unde. i. Eſdre. iiij. Ieiunauimus ⁊ rogauimus deum ⁊ venit nobis
ſuum dedit iude ad perniciem. Solutio dicendum eſt ꝙ ly ad non tenetur ibi cauſatiue quia corpus

chriſti nunꝙ̄ eſt cauſa damnationis alicuius: ſed tenetur ibidem ad conſecutiue. ſcilicet quia iudas in
digne aſſumpſit corpus xp̄i ꝯſecuta eſt ei inde damnatio. ¶ Queritur quale corpus adminiſtrauit xp̄s
diſcipulis ſuis pridie ꝙ̄ pateretur. Solutio dicendum eſt ꝙ corpus paſſibile quod tunc habebat ad
miniſtrauit. licet Hug. dixerit ꝙ tunc aſſumpſit dotē impaſſibilitatis. i. q. vij. c. daymbertū de iur. pa.
ca. quod autem. ¶ Queritur vtrum corpus ſub pixide poſitum in die cene in craſtino moreretur in cru
ce. Solutio ſm ꝙ habetur in. xi. di. iiij. ſenten. dicendū eſt ꝙ ſic q: omnes paſſiones intrinſece cōpetūt
corpori xp̄i ſub ſacramento que ei competūt ſub ſpecie ꝓpria ſicut mori dolorem pati ⁊ ſimilia. Paſſio
nes autem extrinſece ſicut verberatio lanceatio ⁊ ſimilia non competunt ei ſub ſacramento. quare nō
poteſt dici ꝙ ſub ſacramento verberetur crucifigat̄ ⁊c. Et ratio diuerſitatis eſt q: paſſiones extrinſe
ce pertinent ad ſubſtātiam corporis mediātibus dimēſionibus proprijs. Xp̄us autē ſub ſacramento
exiſtens non comparatur ad exteriora mediātibus dimēſionis ꝓprijs ſed mediantibus dimenſionibꝰ
panis. Bonauen. ſub alijs verbis dicit ꝙ ſub ſacramento a nullo poterat ſibi inferri paſſio quare cō
cluditur ꝙ xp̄us corpus paſſibile adminiſtrauit in cena ſuis diſcipulis. Et breuiter dicendum eſt ꝙ ſi
paſſio determinet actū agentis. xp̄us non patiebatur ſub ſacramento nec corpus eius reſeruatū in pi
xide. Si autem paſſio dicat affectionem ſeu dolorem illatum ſentiebat in pixide quicquid circa ipſum
fiebat in cruce vnde verſus. Pixide ſeruato poteris copulare dolorem illatum ſed non illatus conue
nit illi. ¶ Queritur quare papa in altari frangit ſpecies corporis. poſtea ad ſedem ſuam vadit ⁊ ibidē
ſumit. Solu. q: papa eſt vicarius xp̄i. xp̄us autē in emaus panem fregit: ſed ibidē non comedit ſed in
hieruſalem: ⁊ in huius figura papa in altari frangit ⁊ in ſede comedit ⁊c. ¶ Quantum ad ſecundam ꝑ
ticulam in qua actor noſter oſtendit cur illud ſacrificium ſeu ſacramentū celebratur ibi miſſa celebra
tur ⁊c. Eſt notandum ꝙ illud ſacrificium celebratur ob memoriā dominice paſſionis. iuxta illud p̄me
ad Corinth. xi. Hoc facite in meam commemorationem. Item illud ſacrificium celebratur vt interi
us viuificemur: quoniam per virtutem huius ſacramenti aliquando fit de attrito contritus. Per
gratiam enim illuminamur. purgamur: perficimur. reficimur. Et hec gratia confertur in hoc
ſacramento. Deus enim non tantum inſtituit ſacramentum quod nos in eſſe generaret: vt ba
ptiſmum, vel quod genitos roboraret: vt confirmationem verum etiam vt roboratos enutriret: vt
eucbariſtiam. Item illud ſacrificium ſeu ſacramētum offertur in augmētationem deuotionis.
vnde p̄s. Impinguaſti oleo caput meū ⁊ calix meus inebrians ꝙ preclarus eſt. Nutrimētum em̄ qđ
hic datur nobis q̄ꝰtum ad eſſe gratuitum in tribus attenditur: ſcilicet in conſeruatione deuotionis et
dilectionis ad deū: dilectionis ad proximum ⁊ dilectionis intra noſmetipſos. Item illud ſacrificium
offertur ad mitigationē fomitis: quia ſicut aqua refrigerat ita illud ſacramētū refrigerat a feruore cō
cupiſcentie. Item hoc ſacramētum offertur in augmentum virtutum ⁊ in remediū peccatorū venialiū
non autem mortalium: quia ſicut nutrimētum naturale prodeſt viuenti ⁊ non mortuo ſic alimentum
ſpirituale cuiuſmodi eſt illud ſacramētum. Item illud ſacramentū armat hoīem contra dyabolū. vn
de p̄s. Paraſti in conſpectu meo mēſam aduerſus eos qui tribulāt me. vnde Bernardꝰ. diſce chriſtia
ne q̄ꝰtum debes diligere chriſtum qui dedit nobis carnem ſuam in cibum: ſanguinē ſuum in potū: ani
mam in preciū aquam lateris in lauacrū. ſm em̄ beatū Auguſtinū in lib. de ciuitate dei. die qua quis
audit miſſā deuote pro illo die neceſſaria concedūtur ei: leuia colloquia dimittunt̄. iuramēta ignorā
ter facta condonātur: ꝙ̄diu audit miſſam nō ſeneſcit: lumen oculorū ipſo die non ꝑdit ſeu amittit mor
tem ſubitaneā non incurrit illo die ſi obierit pro cōmunicato habebitur: ab angelo eundo ad eccleſi
am ⁊ redeundo paſſus eius numerātur vt in die iudicij remunerētur. ſm enim eundem Auguſtinum
miſſa dicitur: quia celeſtis miſſus mittitur: ⁊ ille celeſtis miſſus ſm Innocen. Eſt angelus magni con
ſilij qui mittitur ad conſecrādum. vnde ille eſt ſacerdos inuiſibilis qui principaliter conſecrat hoc ſa
cramentum vbicunq; conficiatur. Officium autem miſſe vt habetur de con. di. i. Ediderunt beatus
Iaco. frater domini ſm carnem ⁊ Baſilius epiſcopus ceſarienſ. Sacramentū autem eucbariſtie xp̄s
inſtituit vt p̄miſſum eſt. Miſſa em̄ non debet dici ſine lumine. licet poſſit dici. cuiꝰ ratio eſt multiplex:
vna a parte xp̄i qui dixit ego ſum lux mundi. Io. viij. Alia ratio a parte officij: q: officiū miſſe eſt ad il
luminādum Yſaie. lx. Surge illuminare ieruſalē: q: venit lumen tuū. Alia ratio eſt a ꝑte preſbyteri
ſeu miniſtri qui dꝫ eſſe illuminatus Mathei. v. Sic luceat lux veſtra corā hominibꝰ ⁊c. Miſſa em̄ dr̄
tribus linguis Ebrayca, Greca. ⁊ Latina Nā alleluya: ſabaoth: oſanna: amen: ſunt de ebrayca lingua
kyrieleyſon: chriſte eleyſon ⁊c. ſumūtur de greca. Cetera vero ſunt latina: ⁊ hoc ſm rationale diuinoꝝ
officiorum: q: titulus chriſti in cruce pēdentis fuit ſcriptus iſtis tribus vt habetur per euangeliſtas.
Item miſſa ſm rationale diuiditur in quattuor ꝑtes: ſcilicet in obſecrationes: orōnes: poſtulatiōes: ⁊
m ij

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

gratiarūactiones. Vñ pͥma ad Thimo.ij. Obſecro ergo pͥmo omnium fieri obſecratões orationes po
ſtulationes ⁊ gratiarūactiões pro oībus hoībus. Prima pars pertinet ad populi inſtructionē. Scḋa
ad materie cōſecrationem. Tertia ad materie cōſecrate ſumptionē. Quarta ad gratiarūactiones.
Prima pars a principio miſſe vſq₃ ad offertoriū. Secunda pars ab offertorio vſq₃ ad finem dominice
orationis. Tertia pars a dñica oratione vſq₃ ad communionē. Quarta pars a cōmunione vſq₃ ad finē
miſſe. Prima pars cōtinet plures. primo enim dicit̄ introitus ab introeo introis: qꝛ tunc ſacerdos ad al
tare accedit ⁊ ſignificat introitus vaticinia ꝓphetarū ⁊ deſideria ſanctoꝝ patrū deſiderantium filium
dei incarnari. ſm autē cōpen. theologie introitus ſignificat inchoationē boni. Et licet antiquitus dice
retur loco introitus pſalmus. tamē Ihero. de mādato damaſij pape ordinauit diuerſos introitus ſm
diuerſitatem feſtorū ⁊ dierū. Et de illo pſalmo qui antiquitus loco introitus cantabat̄ accepit vnū ver
ſum ⁊ dicit̄ introitus bis in cōibus feſtis ad deſignandū ꝙ in xp̄o ſunt due nature. ſ. diuina ⁊ humana
vel ſm cōpen. theologie introitus dicitur bis ad denotandū ꝙ in noſtra inchoatione debemus decli
nare a malo ⁊ facere bonū iuxta illud p̄s. Declinare a malo ⁊ fac bonū. In ſolennitatibus vero dicit̄
ter. ad deſignandū trinitatē pſonarū vel ad deſignandū tria tempora. ſ. ante legē ſub lege ⁊ tempꝰ gra
tie. Verſiculus interponitur ad denotandū maiorē mentis attentionem. Aliquando tñ verſiculus ex
primit ſanctos in quoꝝ honore celebratur miſſa. hoc eſt ad eoꝝ cōmendationē vt ibi virgo dei geni
trix. exultate iuſti ⁊c̄. Et ſubditur gloria patri ad denotandū ꝙ a tota trinitate xp̄i aduentus poſtulat̄
vel in qualibet miſſa trinitatē honoremus. In miſſa vero pro defunctis glīa patri non dicit̄ qꝛ incerti
ſumus de eoꝝ liberatione. Alia ratio vt innuamus ipſos eſſe in dura pena cōiecturatiue. Tamen intē
tio orantis ꝓ mortuis eſt ꝙ patiūtur in purgatorio. Poſt introitū ſequit̄ kyrieleiſon ⁊ dicit̄ ꝑ ꝓpter
laudem trinitatis ⁊ nonies ꝓpter nouē ordines angeloꝝ. Vñ kyri idē eſt ꝙ xp̄us. el idem eſt ꝙ deus
eiſ. idem eſt ꝙ miſerere. on idem eſt ꝙ nobis. iō kyrieleiſon idem eſt ꝙ xp̄e deus miſerere nobis ſm
rationale ſm autē cōpendiū theologie kyrieleiſon nonies dicitur ad deſignandū inuocationē mie dei
qua nouē modis indigemus tribus modis q̄tū ad peccatoꝝ remiſſionem queꝰ perpetramus ore cor
de ⁊ opere. tribus modis q̄tum ad gratie collationē. ſ. fidei ſpei ⁊ charitatis. tribus modis q̄tum ad
glorificationē qua gaudebimus ſupra nos in deo intra nos de nobis ⁊ iuxta nos in ꝓximo ſm autem
compendium ſeptem ſacramentorum. kyrieleiſon dicitur propter commemorationem preſentis mi
ſerie dñi mīa poſtulatur ⁊ ſubditur ter contra triplicē miſeriā. ſcilicet ignorantie pene ⁊ culpe. ¶ Queri
tur quare non dicit̄ ſemꝑ kyrieleiſon ſine mutando kyrieleiſon in xp̄eleiſon. Solutio. pͥmi tres ꝑtinēt
ad patris potentiam deſignandū. Vltimi tres ad dei clementiā magnificandum que q̄dem clementia
attribuitur ſpiritiſancto. Tres medij pertinēt ad dei ſapientiā incarnatam venerādū que quidem ſa
pientia attribuit̄ filio. ideo ꝓpter pertinētiā ad dei filiū mutatio fit. ad denotandū ꝙ aſſumpſit quod
nō erat: iō dicit in tribus medijs xp̄e per aſſumptionē humanitatis vnite gratie miſerere nobis. Poſt
kyrieleiſon ſeq̄tur hymnus angelicus. ſ. gloria in excelſis deo quē hymnū cantauerūt angeli in natiui
tate ſaluatoris vſq₃ ad illā partem laudamus te. reliqua vero appoſuit btūs hylarius pictaueñ. ep̄us
⁊ debet dici in medio altaris qꝛ angelus qui natiuitatē xp̄i annūciauit paſtoribus erat in medio mun
di. Luce. ij. Ecce annūcio vobis gaudiū magnū quod erit in populo. Sacerdos ꝟo dicit gloria in ex
celſis deo gerit perſonā angeli. illius ⁊ chorus qui reſpondet gerit perſonam multitudinis angeloꝝ
de qua dicitur ibidem facta eſt multitudo celeſtis exercitus laudantium dñm ⁊ dicentiū gloria in altiſ
ſimis deo. tñ gloria in excelſis non cantat̄ in officijs luctuoſis vt in miſſis de defunctis in ſeptuageſi
ma quadrageſima ⁊c̄. Item ſm Innocē. Gloria in excelſis dimittit̄ in aduentu ꝓpter tempus prime
expreſſionis: quia ille hymnus fuit expreſſus in die natiuitatis domini. Alia cā eſt ꝓpter ſpei expecta
tionem. In aduentu enim deū ſaluatorem expectamus. Et quia expectatio expectātē affligit iuxta illḋ
Prouerb. xiij. Spes que differt̄ affligit animā ⁊ glīa in excelſis eſt ſignum leticie in aduentu q̄ eſt tem
pus triſticie tacet̄ gloria in excelſis. Sed tūc reſultat vnū dubiū tale. Cum alleluya ſit canticū leticie
quare non tacetur in aduentu ſicut gloria in excelſis. Solutio ſm Innocē. Alleluya dicit rationē ſpei
quia aduentus eſt tp̄us ſpei. ideo cantatur in aduentu alleluya. Gloria enim in excelſis ſm compē. theo
logie ſignificat gratiarūactionē. ſm vero cōpen. ſeptē ſacramentoꝝ gloria in excelſis deo dicitur ad cō
memorandū celeſtē gloriā ad quam tendimus poſt p̄ſentē miſeriā. ¶ Queritur quare ceſſat gloria in
excelſis a ſeptuageſima vſq₃ ad diē cene. Solutio qꝛ lapſus primoꝝ parentū ab eccleſia illo tempore
memoratur. Itē in illo tempore debet quiſq₃ ꝓpria peccata ad mentis oculos reuocare. ideo debemꝰ
dimittere cātica leticie vt oſtendamus in nobis cōtritionē intenſam ꝓ peccatis noſtris iuxta illud.
Thob. v. Quare gaudium mihi eſt qui in tenebris ſedeo ⁊ lumen celi non video. Item quia illud tem

pus figurat ſeu repreſentat captiuitatem iudeoꝝ in Babilonia in qua fuerunt. lxx. annis de qua ca
ptiuitate loquit̄ Dauid. d. Suꝑ flumina babilonis illic ſedimus ⁊ fleuimus dum recordaremur tui
ſyon. Item ad oſtendendū angelicā offenſam in qua ꝓpter peccatū angelica reparatio impedit̄. Et
ideo ante xp̄i aduentū multitudo angelorum ꝯtra homines iraſcebant̄. Et ideo dum peccata noſtra
memoramus ab hymno angelico ceſſamus. Et hec rō vltima ſumit̄ in decreto in prima di. c. hij duo
de con. ⁊ in ſe. c. habetur ꝙ gloria in excelſis deo inter miſſaꝝ ſolemnia in cena dñi dicenda eſt. In fe
ſto innocentiū nō dicit̄: qꝛ innocentes nō ſtatim intrauerunt gloriā cum nondū eſſet ianua aperta: qꝛ
nondū xp̄s aſcenderat. ¶ Querit̄ quare gloria in excelſis ſubdit̄ immediate kyrieleyſon. Sol. dicen
dum eſt ꝙ hoc facit ordo debitus: ex quo aīa deuota deſiderauit xp̄i aduentū in introitu miſſe ⁊ po
ſtulauit miſericordie effectū. In kyrieleyſon ordo debitus eſt: vt pretendat gaudij effectū in hymno
angelico. iuxta illud ꝓuer. xiiij. Cor quod nouit amaritudinem aīe ſue in gaudio eius nō miſcebit̄ ex
traneus. Finito gloria in excelſis: ſacerdos vertit ſe ad pplm. d. Dñs vobiſcū: que ſalutatio fuit ſum
pta de veteri teſtamento de lib. ruth. ij. c. qñ dicit booz meſſoribus ſuis dñs vobiſcum ⁊ eſt ſenſus do
minus petit ionibus veſtris tribuat effectum. Epiſcopus aūt dicit pax vobis: qꝛ ep̄s repreſentat per
ſonā chriſti qui quando ſalutabat diſcipulos ſuos dicebat pax vobis. Jo. xx. ¶ Queritur hic quare
epiſcopus in prima vice dicit pax vobis: ⁊ in alijs dicit dominus vobiſcū. Solutio vt cuſtodiat illud
documētum. eccl. iiij. Rectorem te poſuerunt eſto in illis quaſi vnus ex illis. ¶ Queritur vtrū ſemꝑ
debeat ſacerdos dicere dñs vobiſcum. Solutio dicendum ꝙ ſic poſito caſu ꝙ non eſſet niſi vnus in
miſſa ſua qꝛ loquitur toti eccleſie ⁊ chorus reſpondet: ⁊ cum ſpiritu tuo que reſpōſio ſumpta fuit ab
apoſtolo. ij. ad Thimo. iiij. vbi dicitur dñs ieſus xp̄s cum ſpiritu tuo. Poſt ſubiungit ſacerdos oremꝰ
loquens quaſi ſindicus in perſona totius populi: ⁊ dicto oremus dicit orationem que vocat̄ collecta
qꝛ olim prelatus vl ſacerdos collecto populo dicebat eam ſuper populum: ⁊ ideo vocat̄ collecta di
cit deuotam orationem quā ſacerdos facit pro populo: vt populus ſit dignus tantis myſterijs ſm
compen. ſeptē ſacramentorū. Suꝑ quod eſt ſciendū ꝙ tales orationes debent dici in numero impa
ri. ſ. vna vl tres vl quinq₃ vl ſeptē quando dicit̄ vna ſignificat vnitatē eſſentie q̄ eſt in tribus pſonis
quando dicunt̄ tres ſignificant tres pſonas trinitatis: vel qꝛ chriſtus in paſſione cuius miſſa eſt me
moriale dicitur ter oraſſe. primo dicit pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. ſecundo dicens pa
ter ignoſce eis qꝛ neſciunt quid faciunt. tertio quando dicit pater in manus tuas cōmendo ſpiritum
meum. quādo dicunt̄ quinq₃ ſignificant memoriā quinq₃ vulneꝝ chriſti. quando dicunt̄ ſeptē ſigni
ficant ꝙ ſacerdos ſi digne dicit exaudit̄ ꝓ omnibus petitionibus que in oratione dñica continent̄:
vl ſignificant ſeptem dona ſpūſſancti que ſacerdos petit ſibi ⁊ illis pro quibus dicit miſſam infundi
⁊ magiſter Johannes beleth dicit ꝙ nō debent dici vltra ſeptem cui cōcordat Inno. ⁊ hoc ꝓpter fa
ſtidium audientiū. ¶ Querit̄ quare orationes dicuntur in numero impari. Solutio ſm Inno. qꝛ nu
merus impar dicit concordantiā: par vero diſcordantiam eo ꝙ par poteſt diuidi. Vlterius eſt notan
dum ꝙ omnis oratio dirigit̄ ad patrē vl ad filiū ⁊ nulla ad ſpm̄ſanctum. Et ratio eſt qꝛ ſpūſſanctus
eſt donum et a dono nō petitur ſed a largitore doni ſm beatū Aug. in li. de doctrina chriſtiana. Itē
eſt notandum ꝙ ſi dirigatur oratio ad patrem in qua nō fiat mentio de filio. tunc debet dici per do
minum vt in illa oratione. Protector deus in te ſperantium ⁊c̄. Si autem in oratione fiat mentio de
filio debet dici per eundem: vt in illa oratione. Deus qui de beate marie virginis vtero verbum tu
um angelo nunciante ⁊c̄. Si autem dirigatur oratio ad filium debet dici qui viuis ⁊ regnas deus:
vt in illa oratione Deus qui virginalem aulam ⁊c̄. Si vero in fine orationis fiat mentio de filio de
bet dici qui tecum viuit ⁊ regnat. Si vero fiat in oratione mentio de ſpirituſancto: ſicut in illa. Deus
qui corda fidelium ſanctiſpiritus ⁊c̄. debet dici in fine in vnitate ſpirituſſancti deus. Vnde verſus
Per dominum dicas cum patrem preſbyter oras. Si xp̄m memores per eundem dicere debes. Si
chriſto loqueris qui viuis dicere queris. Qui tecum ſi ſit collecte finis in illo. i. in ip̄o chriſto. Spiri
tus almus ſic eiuſdem dicere debes. Orationibus enim noſtris non poteſt dari maior auctoritas q̄
mittere eas per Jeſum chriſtum ante conſiſtorium diuine maieſtatis cum ipſe ⁊ pater vnum ſint et
ipſe filius de ſe dixerit. Mathei vltimo. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. ipſe enim
chriſtus dixit Johannis. xvi. Petite in nomine meo: ⁊ accipietis. Ergo ipſe eſt mediator dei ⁊ homi
num: prima ad Tymotheum ſecundo. Item ſuper premiſſis eſt notandum ꝙ quando dicitur miſſa
pro viuis non debet dici collecta aliqua pro defunctis: nec econuerſo in miſſa pro defunctis non de
bet dici collecta ſeu oratio pro viuis: niſi illa cōmunis oratio. Omnipotens ſempiterne deus qui vi
uorum dominaris ſimul ⁊ mortuorum ⁊c̄. Si vero in miſſa pro viuis aliquo caſu dicatur collecta ꝓ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mortuis illa collecta non debet dici vltima:ſed penultima vel antepenultima.q: finis debet correſpon
dere principio ⁊ dictis collectis reſpondetur Amen.i.fiat. De multiplici acceptatōne iſtius dictionis
videatur in capitulo de oratione. In illa parte qua determinatur de oratione dñica in fine dicta colle
cta vel collectis ſequitur epiſtola ab epi quod eſt ſupra ⁊ ſtola miſſio quaſi miſſio facta ab apoſtolis ⁊
veris ortodoxis ad inſtructionem populi in fide catbolica. Iſta enī inſtructio in fide fit ꝑ doctrinaꝫ ꝓ
pbeticam ⁊ apoſtolicam ſm cōpen.ſeptē ſacramentoꝝ:⁊ ideo aliquando epiſtola legitur de epiſtolis
pauli.aliquando de epiſtolis petri.aliquando de actibus apoſtoloꝝ..aliquando de apocalipſi ⁊c.
¶ Queritur quare epiſtola ſumitur de veteri teſtamento:⁊ aliquando de nouo. Solu. Epiſtola ſignif
ficat officiū Iobānis ꝑcurſoris ⁊ Io.xp̄m venturum non ſolū predicauit immo preſenteꝫ monſtrauit.
Ideo epiſtola aliquando ſumit̄ de veteri teſtamento ⁊ aliquādo de nouo. ¶ Queritur quare oratio ꝑ
cedit epiſtolam. Solutio epiſtola eſt quedam lectio doctrine:⁊ ideo ipſam ꝑcedit oratio vt auditores
ꝓficiant. ¶ Querit̄ quare epiſtola ꝑcedit euangelium. Solutio ſm compen.theo.q: epiſtola notat ob
ſeruantiam veteris legis euangelium.vero noue legis:ideo epiſtola ꝑcedit euangeliuꝫ. Alia ratio eſt
ſm Innocen.quare epiſtola debet ꝑcedere euangelium ad denotandū officiū precurſoris quod btūs
Iobannes baptiſta ante xp̄m exercuit Lu.i. ¶ Queritur quare in principio epiſtolarum pauli dicitur
fratres in principio epiſtolarum canonicarū cariſſimi.in illis de apoſtolis in diebus illis ⁊c. Solutio.
quia beatus paulus ſcribebat ad cōuerſos inter quos debet eſſe ſpūalis germanitas. Ideo dicit̄ fra
tres.illi vero q̄ ſcripſerunt epiſtolas canonicas non ad cōuerſos ad ſe ſpecialiter:ſed ad omnes gñali
ter ſcribebant inter quos debet eſſe charitas.ideo in ſignum huius dicitur cariſſimi. In libris vero hi
ſtorialibus ꝓpbetalibus ⁊ apocalipſis tangitur tp̄us rei preterite p̄ſentis ⁊ future. Ideo dum legim⁹
de illis dicimus in diebus illis.libri autem ſapiētiales cōtinēt doctrinā cōmunē omni ſtatui neceſſari
am in omni tp̄e.ideo dicimus lectio libri ſapientie. Et debet ep̄la cantari accentu circūflexo, ad deno
tandum ꝙ doctor in docendo debet attollere dei ſublimitatē ⁊ poſtmodū debet redire ad ꝓpriaꝫ par
uitatem ⁊ debet terminari accētu acuto ad denotandū ꝙ oia debemus reducere ad glorie felicitateꝫ
ſm Innocentium. ¶ Queritur quare epiſtola auditur ſedendo. Solutio quia ſignificat xp̄i expectati
onem expectantium autē mos eſt ſedere. Alia ratio eſt q: ep̄la eſt quedaꝫ lectio ad eruditionē anime
anima autē ſedendo ⁊ quieſcendo fit prudens ſm philoſophū.vij.phiſi. Alia ratio eſt ſm Innocentiū
vt ſignificetur imꝑfectio legis ante aduentum xp̄i.poſt epiſtolam ſequit̄ reſponſoriuꝫ qd̄ ſignificat la
mento penitentie vocationem apoſtolorum qui a domino vocati non tm̄ v̄bo ſed opere reſponderūt
eo ꝙ relictis omnibus ſecuti ſunt eum vt opera ſequentia doctrine audite in epiſtola correſpondeant
vt ſimus factores verbi ⁊ non auditores tm̄. Iaco.i. Alio nomine reſponſoriū vocatur graduale eo ꝙ
ſignificet greſſum apoſtoloꝝ poſt xp̄m vel q: ſignificat ꝙ penitētes debent ꝑ gradus aſcendere de v̄
tute in v̄tutem ſm Inno.ſm vero compen.theo.reſponſoriū ſignificat vite actiue perfectionē.ſm v̄o
rationale ſignificat ꝑfectū ſpūalem vite. Dicto reſponſorio ſequitur v̄ſus a vertendo q: illi qui dicunt
ipſum verſum debēt ſe vertere ad orientem ⁊ eſſe in medio chori ad inſinuandū plenam conuerſionē
penitentiū ad gremiū eccl'ie ſm Innocen. Et ſi queratur quare in tempore paſchali dimittitur reſpon
ſorium ⁊ verſus ⁊c. Solutio quia tempus paſchale ſignificat futurum ſtatum eccleſie feliceꝫ in regno
dei in quo ceſſabit lamentum penitentie. Apoca.xxi. Abſterget deus omneꝫ lachrymam ab oculis eo
rum. Dicto verſu ſequitur alleluya cum verſu ſuo ⁊ eſt alleluya canticum leticie. Et ideo non debet di
ci in tempore luctus ſcilicet quadrageſime ieiuniorum ⁊c. nec in miſſis pro defunctis ⁊ ſignificat alle
luya ſm compendium theologie ſpiritualeꝫ exultationem ⁊ perfectionem vite contemplatiue. vel al
leluya ſignificat gaudium populorum de miraculis per xp̄m factis. Luce.xiij. Omnis plebs gaude
bat de his que glorioſe fiebant ab eo vel alleluya ſignificat gaudium quod penitens habet quando
exiuit a peccatis. Mathei quinto. Beati qui lugent:quoniam ipſi conſolabuntur. Et exponitur alle
luya pluribus modis. Vno modo ſm Hieronimum ſic Alleluya ſaluum me fac deus. ſm Gregoriuꝫ
Alleluya.id eſt cantate deo laudes ſm Auguſtinum idem eſt ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus. ſm
Ambroſium idem eſt ꝙ ſalus vita ⁊ lux. Hugu o ⁊ papias dicunt ꝙ idem eſt ꝙ laudare dominū ⁊c.
Dicto alleluya ſequitur verſus. Et ſignificat verſus interpoſitus conuerſionem. Cōuerſi enim de duo
bus gaudent ſcilicet de euaſione ſuppliciorum ⁊ de acquiſitione premiorum.ideo alleluya bis reſumi
tur. Eccleſiaſtici trigeſimo. Non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium. A ſeptuageſima vero vſ
ꝗ ad paſcha tractus dicitur ⁊ alleluya tacetur quia illud tempus eſt tempus penitentie ⁊ alleluya eſt
canticum leticie ideo ⁊c. Tractus vero dicitur quia repreſentat miſeriam preſentis incolatus. de qua
Pſal. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt ⁊c. Poſt paſcha vero alleluya ſepius repetitur

ꝓpter gaudium reſurrectionis noſtre reconciliationis ⁊ eterne glorificationis. Dicto alleluya cum v̄
ſu ſuo ſequitur in ſolennitatibus proſa ſeu ſequentia ⁊ eſt ſimiliter proſa canticum leticie quia in pro
ſa exprimitur victoria obtenta per glorificatum quare ſublimatus eſt ad celi faſtigia. Deinde ſequi
tur euangelium in cuius principio ſalutat lecturus populum vt reddat populum attentum ad audien
dum euangelium:quia per euangeliuꝫ populus perfecte in doctrina chriſti inſtruitur. Iacobi primo.
Cum manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum quod poteſt ſaluare animas veſtras. Multis enī mo
dis locutus eſt nobis deus in prophetis.ſed in euangelio loquitur nobis in filio ad Hebreos primo
capitulo. ¶ Queritur quare dum debet legi euangelium liber a dextera parte in ſiniſtram portatur
Solutio ſm Innocentium ad denotandum ꝙ predicatio fidei primo fuit facta iudeis ⁊ inde gentili
bus. ¶ Queritur quare aliquando dicitur initium ſancti euangelij ⁊ aliquando ſequētia ſancti euā
gelij. Solutio. Quando euangelium ſumitur a principio tunc dicitur initium ſancti euangelij .quādo
vero non ſumitur a principio tunc dicitur. Sequentia ſancti euangelij. Dicto vero titulo debet reſpon
deri. Gloria tibi domine:quia in euangelio agitur de gloria dei ⁊ noſtra qualiter ſcilicet chriſtus dya
bolum vicit ⁊ nos redemit ⁊ victor ad gloriam patris aſcendit.ideo reſpondetur. Gloria tibi domine
quaſi dicatur domine gloria tua que in euangelio predicatur nobiſcum ſine fine permaneat ⁊ ſemper
creſcat. ¶ Queritur quare quando euangelium legitur cerei accenduntur. Solutio. Lumen precedit
euangelium ad denotandum ꝙ lumine euangelij totus mundus illuminatur:⁊ aliquando accendun
tur duo cerei ad denotandum ꝙ chriſtus miſit diſcipulos ſuos binos ⁊ binos predicare euangelium
vel ad denotandum ꝙ predicatores debent habere noticiam vtriuſꝗ teſtamenti ꝙ autem aliquando
vnus cereus accenſus precedit ſicut in diebus ferialibus ſignificat ꝙ xp̄us in primo aduentu a pau
cis fuit notus vel ꝙ in primo aduentu vnum ſolum precurſorem habuit ſcilicet beatum Iohannem
baptiſtam ꝙ autem duo cerei precedunt in diebus ſolennibus repreſentat ꝙ chriſtus in ſecundo ad
uentu ab omnibus cognoſcetur ⁊ ꝙ in ſecundo aduentu habebit duos precurſores Enoch ⁊ Heliam
¶ Queritur quare in notabilibus locis crux ꝑcedit euāgeliū. Solutio ad denotandum ꝙ predicatio
debet ſequi crucifixum. Unde dominus petro. Iohannis.xxi. Sequere me. ¶ Queritur quare lectur⁹
euangeliū petit benedictionē. Solutio.ad inſinuādum ꝙ ꝑdicatores euāgelij debent habere aucto
ritatē predicādi Luce.x. Rogate dñm meſſis vt mittat operarios ſuos in meſſem ſuā. ¶ Queritur
quare alta voce ſacerdos dat benedictionē dyachono. Solutio q: euangelium ſignificat tp̄s gratie
ſub quo xp̄s viſus eſt et cū hominibus cōuerſatus. Baruch.iij.ideo datur benedictio viſibiliter ⁊ poſtula
tur. ¶ Queritur quare ſacerdos nō dat ſic bñdictionem ſubdyachono. Solutio quia in epiſtola lex
moyſi ſignificatur. Deus autem inuiſibiliter manēs legem moyſi docuit ⁊ prophetas inuiſibiliter mi
ſit. ¶ Queritur quare euangeliū in alto loco legitur. Solutio ad denotandū ꝙ doctrina euāgelij oēs
alias precedere debet ⁊ excedere. Unde apoſtolus ad Hebreos ſeptimo. Nihil enim adducit lex ad
perfectionem:euangelium autem dat ſalutem omni credenti. Alia ratio eſt ad deſignandum xp̄i predi
cationem. Mathei.v. Videns ieſus turbas aſcēdit in mōtem. Alia ratio eſt ad deſignanduꝫ xp̄i pre
dicationem propheticā. Yſaie.xl. Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas ſyon. Etiam
xp̄s dicit Mat.decimo. Quod in aure dicitis predicate ſuper tecta. ¶ Queritur quare ſubdyachon⁹
librum ⁊ puluinar portat ante dyachonum lecturū euāgelium. Solutio ad denotādum ꝙ predica
tor debet vitam ſuam cum bono opere deo offerre. Unde apoſtolus ad Colo.tertio. Omne quodcū
ꝗ facitis aut verbo aut opere in noīe domini noſtri ieſu chriſti facite. Item quando legitur euangeli
um tam proferens ꝙ audientes debent ſe munire ſigno crucis in fronte in ore ⁊ in pectore ſignifican
do ꝙ non erubeſcim⁹ dicere euangelium quod ore predicamus ⁊ corde firmiter credimus. vnde ſal
uator noſter. Math.x. Qui me erubuerit ⁊ ſermones meos: hūc filius hominis erubeſcet cū venerit
in maieſtate ſua. Item proferēs euāgelium librū ſignificat:quaſi dicat.hic eſt liber crucifixi. dꝫ crux fi
eri cū tribus digitis ꝓpter inuocationem ſancte trinitatis de qua dicitur Yſaie.xl.qui appendit trib⁹
digitis molem terre. Item dꝫ fieri crux a ſuperiori parte frontis ad inferi⁹:ad deſignādum ꝙ xp̄s de
ſinu patris deſcendit in vterum virginis:vel ad denotandum ꝙ xp̄s eſt genitus eternaliter de ſubſtā
tia patris ⁊ ducitur crux a ſiniſtra ad dexterā ad deſignādum ꝙ xp̄s a leua hui⁹ miſerie perducet nos
ad dexterā ſue glorie prima petri ſcdo. De tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuū. Itē eſt no
tandum ꝙ lecturus euangeliū dꝫ eſſe ad min⁹ dyacon⁹ ꝓpter euangelij auctoritatem quia ſm ma
giſtrum ſententia.xxiiij.diſtin.quarti.ad dyachonū ex officio ſpectat dicere euangeliū:vt dicetur in ca
pi.de ſacramento ordinis. ¶ Queritur quare lecturus euangeliū debet habere manus coniunctas ad

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

pectus. Solutio. ad deſignandū ꝙ operatio legentis debet correſpondere intentioni ſm̄ Innocen.
¶ Queritur quare in principio euangelij dicitur in illo tempore cum in principio plurium epiſtolaruꝫ
dicatur in diebus illis. Solutio. Propter euangelij perfectionem tp̄us em̄ continet diem. ſic euange
lium continet doctrinā epiſtolarū ſm̄ Innocē. ⁊ intelligitur de tēpore rei euangelizate. ¶ Queritur qua
re epiſtola legitur in dextra p̄te altaris ⁊ euangeliū in ſiniſtra. Solutio. Quia epiſtola ſignificat fide
les legitur in dextra. Et q2 euangeliū ſignificat infideles legitur in ſiniſtra. Alia ratio eſt ad denotandū
ꝙ xp̄us miſſus fuit a dextra patris in ſiniſtram .i. in miſeriā huius ſeculi. Quod euangeliū debeat legi
ad aquilonem patet q2 p̄dicatur infidelibus Yſaie. xliij. Dicam aquiloni da: ⁊ auſtro noli prohibere.
Item euangeliū predicatur contra inſidias dyaboli qui per aquilonē ſignificatur. Iere. i. Ab aquilo
ne pandetur omne malū. ¶ Queritur quare portatur thus ante euangeliū. Solutio. Ad deſignandū
aromata que mulieres portauerūt ad ſepulchrum: vel ſm̄ compendiū ſeptē ſacramentorū fit thuriſi
catio ad denotandū ꝙ xp̄us omni bono odore eſt plenus ⁊ ab ipſo deriuatur ad fideles ꝑ officiuꝫ mini
ſtrorum eccleſie vel alio mō ꝑ thurificationē deſignantur orationes iuſtoꝝ iuxta illud Apoca. viij. Aſcē
dit fumus incenſorū de orationibus ſanctoꝝ omniū ſuper altare aureum coram deo. Vas em̄ dicitur
turribulum qđ debet eſſe clauſum inferius. ꝑ quod deſignatur ꝙ celebrans debꝫ terrena deſpicere de
bet habere in p̄te interiori ignē ꝑ quod deſignatur ꝙ celebrans debet hr̄e charitatē feruidam dꝫ hr̄e
in parte ſuꝑiori aperturas. ꝑ quod deſignatur ꝙ celebrans debet cōtemplari celeſtia. Apoca. viij. Alius
angelus ſtetit ante altare habēs turribulum aureū. ibi gloſa que dicta eſt. ¶ Queritur quare dū legitur
euangelium homines debent eſſe ſtantes. Solutio. Ad denotandū ꝙ ſint parati ad p̄lium ꝓ xp̄i fide
obſeruanda. ¶ Queritur quare deponuntur capucia. Solutio. Ad denotandū ꝙ doctrina euangelica
omnia velamina legis antique remouit. Item ad oſtendendum ꝙ omnes quinqꝫ ſenſus debent eſſe
aperti ad audiendū euangelium. Finito euangelio debet q̄ſqꝫ ſe munire ſigno crucis contra dyabolū
ne recipiat ſeu remoueat verba euangelica a cordibus audientiū. Luce. viij. Venit dyabolus ⁊ tollit
verbum de corde eorū ne credentes ſalui fiant. Deinde datur liber aptus ſacerdoti ad oſculanduꝫ per
quod deſignatur ꝙ ſacerdos debet hr̄e plenam cognitionem contentorū in libro euangelioꝝ. Luc. viij.
Vobis datum eſt noſſe miſteriū verbi dei. Dicto euangelio ſequitur ſymbolum a ſyn qđ eſt con ⁊ bole
ſententia. quaſi ſententia apoſtoloꝝ ſimul vel ortodoxorum ſimul congregatorum. Et eſt notandū ꝙ
non ſemꝑ poſt euangelium dicitur ſymbolum vt pꝫ in martyrologio Gregorij ſuper quo eſt notandū
ꝙ quadruplex eſt ſymbolum. vnum editum a collegio apoſtoloꝝ quod dr̄ ſub ſilentio in p̄ma ⁊ in cō
pletorio. Aliud ſymbolum fuit editum in conſilio cōſtantinopolitano. lꝫ aliqui dixerint in conſilio. Ni
ceno. ⁊ illud cantatur alta voce in miſſa poſt euangelium. Aliud ſymbolum fuit editū ab Athanaſio
quod eſt quicūqꝫ vult ſaluus eſſe. Aliud fuit editum in conſilio Niceno de ſynodis. Primum fuit ad fi
dei inſtructionem. Secundum ad fidei ampliationē. Tertiuꝫ ad erroris excluſionē. Quartum ad fidei
ſolidam defenſionem. ¶ Queritur quare ſymbolum apoſtolorum non dicitur in miſſa. Solutio. Quia
ſymbolum cōſtantinopolitanum fuit factum ad multas hereſes elidendas. ideo dicitur in miſſa. Et nō
illud apoſtoloꝝ in quo non ita explicite hereſes refrenātur quia nō ſolū attendenda eſt dignitas imo
etiam vtilitas. ¶ Queritur quare ſymbolū apoſtoloꝝ dicitur ſubmiſſa voce. Solutio. Ad denotandū
ſtatum p̄mitiue eccleſie in quo ſtatu non audebant apoſtoli ⁊ fideles cōfiteri publice fidem catholicā
Et dicitur in p̄ma ſm̄ beatum Auguſtinuꝫ in libro de ſymbolo q2 valet ad bonas operationes q̄ fiunt
maxime de die. Et ideo dicitur in p̄ma videlicet ad vincendas tentationes que impugnāt maxime de
nocte. ideo dicitur in completorio. Symbolū athanaſij dicitur in p̄ma q2 fides que ibi explicatur dicitur
p̄ma virtutum v2 dictū fuit in principio iſtius libri. ⁊ dicitur alte q2 fuit editum ad perfidiam hereticorū
confundendam que magis confundit dum hoc ſymbolum publice dicitur ſm̄ eundem Auguſtinum
¶ Queritur quare dicitur in iſto ſymbolo quod dicitur in miſſa credo in vnum deum: cum in ſymbolo
apoſtolorum dicatur credo in deum patrem. Solutio hoc dicitur ad denotandum eſſentie diuine vni
tatem cuius contrarium tenebant plures heretici dicens ꝙ vnitas eſſentie non ſe compatiebatur cuꝫ
trinitate perſonarum. Conſequenter loquitur de filio ⁊ ſpiritusancto. ¶ Queritur quare non dicitur in
illo ſymbolo patrem creatorem ſicut in ſymbolo apoſtolorum. Solutio. Creare eſt aliquid de nihilo
facere. facere autem de aliquo aliquid producere. ideo vt oſtendatur ꝙ non ſoluꝫ eſt creator eoꝝ que
ſunt de nihilo ſed omnium que producta ſunt ex materia profitetur fides catholica factorem. Sequitur
et in vnum dominum ieſum chriſtum filium dei vnigenitum. hic tanguntur ſex per que excluduntur
ſex hereſes. Prima fuit ꝙ filius non erat vnus deus cum patre contra quam dicitur ⁊ in vnum. Alia
hereſis ꝙ filius erat minor patre contra quam dicitur dominum iheſum chriſtum. i. equalem patri et

ſpirituſſancto. Tertia hereſis ꝙ erat filius adoptiuus non naturalis. contra quam dicitur filium dei
vnigenitum. Quarta hereſis ꝙ filius dei erat natus ex t̄pe non ab eterno. contra quam ex patre natū
ante omnia ſecula. Quinta hereſis ꝙ filius dei erat creatura contra quam dicitur deum de deo. Sex
ta hereſis ꝙ ſi filius ſit deus de deo ꝙ aliquid minuit de deo contra quaꝫ dicitur lumen de lumine. q2
ſicut lumen eſt de lumine ſine diminutōne. ita filius de patre ſine diminutione. ¶ Queritur cū filius ſit
conceptus ex ſpūſancto quare non dicitur filius ſpūſſancti. Solutio. ſm̄ mag. ſen. li. iij. d. iiij. non dicitur
filius ſpūſſancti licet operatione ſpūſſancti conceptus ne ex hoc generaretur confuſio perſonaruꝫ in di
uinis. ¶ Queritur quare hoc totum crucifixus mortuus ⁊ ſepultus dicitur vnus articulus. Solutio q2
hec omnia facta fuerunt in vna die. ¶ Queritur quare non dicitur in illo ſymbolo deſcendit ad inferna
ſicut in illo apoſtolorum. Solutio. Quia pauci dubitauerunt in hoc articulo. Alia ratio fuit ne daretur
occaſio aliquibus dicendi eſſe detentū in inferno. ¶ Queritur quare xp̄s reſurrexit. Solutio. Primo
vt ſcripturas impleret vt nos ad reſurgendum ſpūaliter ꝓuocaret: quia turpe eſt vt ſeruus ſedeat q̄n
coram eo ſurrexit dominus. Item reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. ¶ Queritur quare re
ſurrexit tertia die. Solutio propter triplicem ſtatum iuſtorum quem tangit. Grego. ſuꝑ Ezechielem
di. ſexta feria xp̄us paſſus eſt. Sabbato quieuit in ſepulchro. Dominico reſurrexit a morte preſens
enim vita adhuc nobis eſt ſexta feria quia anguſtijs ⁊ doloribus cruciamur. Sabbato quaſi in ſepul
chro quieſcimus: quia requiem aīe poſt mortē inuenimus. Dn̄ico autē vna cū corpore a morte reſur
gemus ⁊ in gloria gaudebimus. Alia ratione reſurrexit tertia die ad oſtendendum ꝙ ſicut in ore triū
firmiter ſtat omne verbum ita in tribus diebus experitur omne factum p̄ma ad Corinth. xv. Reſurre
xit tertia die gloſa ꝓbata vera morte. ¶ Queritur quare xp̄us non expectauit communem reſurrectio
nem. Solutio propter ſui corporis dignitatem vnde p̄s. Non dabis ſanctum tuum videre corruptio
nem. Secundo propter fidei veritatem. Vnde apoſtolus ſi xp̄us non reſurrexit inanis eſt fides no
ſtra. prima ad Corinth. xv. Tertio propter noſtre ſpecialis reſurrectionis exemplaritatem vt ſcilicet ſi
cut chriſtus cito reſurrexit a mortuis ita et nos in nouitate vite ambulemus ad Epheſeos quinto.
Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis. ¶ Queritur quare dicitur in iſto ſymbolo ſm̄ ſcripturas.
Solutio intelligitur ſm̄ ſcripturas. id eſt ſm̄ veritatem. Quia omnis ſcriptura diuinitus inſpirata
eſt vtilis ad docendum. ⁊ erudiendum in iuſticia ſecunda ad Thimotheum tertio. ⁊ Auguſtinus in
libro de trinitate diuinarum ſcripturarum a veritate mens noſtra deuiare non debꝫ. ¶ Queritur qua
re chriſtus aſcēdit. Solutio propter ianue celeſtis apertionem. vnde cantat eccleſia. tu deuicto mor
tis aculeo aperuiſti credētibus regna celorum. Item aſcēdit vt ſpiritūſanctum mitteret. Iohānis. xvi.
ſi non abiero paraclitus non veniet ad vos. Item aſcendit vt deſideriuꝫ noſtrū poſt ſe traheret can.
trahe me poſt te. ¶ Queritur quare non aſcendit ſtatiꝫ poſt reſurrectioneꝫ. So. ꝓpter probādam ve
ritatem ſue reſurrectionis que erat articulus inter ceteros diſcipulos ad credenduꝫ. ¶ Queritur quo
modo intelligitur illud ſedet ad dexteram patris. Solutio dicēduꝫ eſt ꝙ duo intelliguntur per dexte
ram. vnum: ſcilicet equalitas maieſtatis ad quā chriſtus ſedet ſm̄ deitatem de hoc apoſtolus Hebre.
viij. Talem habemus pontificem qui concedit in dextera maieſtatis in excelſis. Aliud quod intelligi
tur ſunt potiora bona glorie in quibus chriſtus ſedet ſm̄ humanitatem: q2 collatum eſt ei a deo patre
quicquid conferri potuit. Et ſi dicatur illa habuit chriſtus ab inſtanti ſue conceptionis bene concedi
tur. tamen in aſcentione fuerunt manifeſta ⁊ in congruētia loci completa ſm̄ compendium theolo ad
dexteram dei patris ſedet: q2 diu laborauit in ſiniſtra mundi. vnde p̄s. In laboribus ſui a iuuentute
mea. ⁊ alibi. Afflictus ſum ⁊ humiliatus ſum nimis ⁊c̄. ¶ Queritur an conueniat alij ſedere ad dexte
ram patris. Solutio ſedere ad dexterā patris ſoli xp̄o conuenit: q2 ſedere ad dexteraꝫ importat equa
litatem ſm̄ glo. ſuper illud ad Ro. viij. Qui eſt ad dexteram dei patris: eſſe auteꝫ ad dexteram dei eſt
eſſe in eterna beatitudine. ⁊ ſic non conuenit alijs a chriſto. ¶ Queritur cū chriſtus ſedeat ad dexterā
patris quare dicebat beatus Sephanus. Ecce video celos apertos ⁊ ieſum ſtantem a dextris dei.
actuū. vij. Solutio beatus Stephanus in tribulatione poſitus vidit ieſum ſtantem quem nos credi
mus regnātem ⁊ quieſcentem eo ꝙ ieſum habebat propugnatore ⁊ ſuſceptore. ¶ Queritur quare di
citur ⁊ iterum. Solu. propter primum aduētum per incarnationem dicitur ⁊ iteruꝫ ꝓpter aduentum
eius ad iudicium. actu. primo. Sic veniet queādmodum vidiſtis eum eūtem in celum. ⁊ Math. xiiij.
Vidiſtis filiū hominis venietem in nubibus celi. ¶ Queritur quare dicitur qui locutus eſt per prophe
tas. Solutio. ad denotandum ꝙ maior fides ſit eis adhibenda cū ſint verba diuina: quia ſpiritusſan
ctus loquebatur per prophetas. ¶ Queritur quare non dicitur ⁊ in vnam ſanctam eccleſiam catholi
cam ⁊c̄. Solutio non debet poni quia eccleſia non eſt finis vltimus: ſed potius via ad finem: ideo non

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

dicitur in ſecus eſt quando dicitur credo in ſpiritum ſanctū: qz in ibi notat finem tripliciter vt ſit ſen
ſus credo in ſpm̄ ſanctum.i.credēdo tendo in eum ſicut in finem. ¶ Queritur quare dicitur articulꝰ cre
do vnā ſanctam eccleſiā ⁊c. Solutio ſm̄ Innocen. quia eccleſia eſt corpus chriſti miſticū ⁊ xp̄s eſt ca
put vt ergo plene habeatur fides de capite neceſſarium eſt credere corpus quod eſt eccleſia catholi
ca. vnam enī dicitur ratione vnitatis fidei ⁊ charitatis ad Philip.iiij. Unus deus vna fides. ſanctam
dicitur ratione puritatis ſanctitatatis ⁊ bonitatis. vnde Leuitici.xi. Sancti eſtote: quoniam ego ſan
ctus ſum. Catholicā dicitur ratiōe vniuerſalis conformitatis: qz vniuerſi debent conformari in fide iu
xta illud ps. Omnes gētes quaſcūqꝫ feciſti venient ⁊ adorabūt coram te domine. Apoſtolicā dicitur
quia per apoſtolos ſumus edocti in doctrine veritate ad Ephe.iiij. ¶ Queritur quare dr̃ confiteor vnū
baptiſma. cum nō ſit articulus. Solutio ꝗuis non ſit articulus fidei ſm̄ Inno. tn̄ eſt annexū articu
lo quare dicitur confiteor ⁊c. idem poſſet dici de alijs ſacramentis. ¶ Queritur quare dr̃ vnū baptiſmū
cū a doctoribꝰ enumerētur tres ſpēs: ſcꝫ flaminis fluminis ⁊ ſanguinis. Solutio vnū dr̃ ꝓpter altiſſimā
vnitatem ad phil.iiij. vnū baptiſma ⁊c. Item dicitur vnum ꝓpter quorūdam hereticoꝝ prauitatē qui
dicebant hominem eſſe rebaptizandum quotienſcūqꝫ caderet in pctm̄ mortale ⁊ hec fuit hereſis donati
ſtarum vt recitat beatus Auguſti. in li. de hereſi. c.lxvi. Alio modo dicēdū eſt ꝙ ſolꝰ baptiſmꝰ flumi
nis eſt ſacramētum ⁊ non flaminis nec ſanguinis quare bene dicitur vnū. ¶ Querit̃ quare hic nō dici
tur communionem ſanctoꝝ ſicut in alio ſybolo. Solutio ſatis intelligitur per hoc ꝙ dr̃ vnam ſanctā ec
cleſiam ⁊c. Dicto ſymbolo ſequitur offertorium: vbi primo fit populi ſalutatio cum ſacerdos dicit dn̄s
vobiſcum ⁊ eſt tertia ſalutatio hic quā facit ſacerdos. Nam prima fit in collecta. Secunda in euange
lio. Tertia in offertorio: ⁊ hoc ꝓpter expreſſionem trinitatis perſonarum ante oblationē ſacrificij. Et
dicitur offertorium de offero: quia tunc offerimus noſmetipſos ⁊ ea que ſunt neceſſaria ad miſſā: ſci
licet panem vinū aquam ⁊ oblationes ad ſuſtētationem miniſtroꝝ eccleſie. Exodi.xxiij. Non appare
bis coram me vacuus. Deinde ſequitur orationis promiſſio cū ſacerdos dicit oremus ad denotandū
ꝙ niſi dn̄s fuerit nobiſcum ad ſalutem noſtrā orare non poſſumus. Et ſi queratur quare non ſtatim
poſt promiſſionem ſequitur oratio. Solutio quia iſti oremus qd̄ dicit ſacerdos correſpondent ſecre
te que poſt lotionem manuū dicūtur ⁊ hoc fit ꝓpter ſignificationē ad denotādū latibulū xp̄i quo la
tuit ante tempus paſſionis: quia non iam palam ambulabat apud iudeos: ſed abijt in regionem iux
ta deſertum in ciuitatem que dicitur Effren. ⁊ ibi morabatur cum diſcipulis ſuis ſicut dicitur Johan
nis vndecimo. Vel illud fit vt tam ſacerdos ꝙ̄ populus recolligant ſe in illo intermedio ad de
uotius orandum. Deinde ſacerdos offert panem vinum ⁊ alia ſibi oblata. d. ſuſcipe ſancta trinitas
⁊c. Et facit ſignum crucis ſuper panem ⁊ vinum ad hoc ꝙ deus eos ſanctificet. tamen ſacerdos ſi re
cte agat benedicit aquam ⁊ non vinum: quia aqua ſignificat populum qui [illegible]diget benedictione dei.
vinum autem ſignificat xp̄m qui eſt ſuper omnia benedictus ⁊ hoc pro prima parte miſſe. ¶ Sequi
tur ſecunda pars miſſe que eſt ad materie conſecrationē cuius ſecunde partis quattuor ſunt particu
le. prima particula dicitur ſecreta. ſecunda prefacio. tertia canon. quarta oratio dominica ſm̄ compē.
theologie. li. vi. ſecreta ſignificat ſtatum vie. prefatio ſtatum patrie. canon ſignificat tranſitum mem
brorum in corpus chriſti miſticum. oratio dominica ſignificat filiationem per gratiam. Recepta obla
tione ſacerdos lauat manus ad denotandum ꝙ ſacerdos ſit interius lotus per confeſſionem ſicut ex
terius manus mundantur per ablutionem. Et lauantur extremitates digitorum ad deſignandum
emundationem a minutis peccatis que quidē emundatio fit ad altare per confeſſionem in introitu
miſſe. vel prima lotio que fit ante miſſā ſignificat ꝙ ſacerdos accedens ad altare dꝫ de pctīs ſuis ple
nam feciſſe ſatiſfactionē. Et ſecunda lotio que fit poſt offertoriū ſignificat ꝙ ſacerdos dꝫ habere ſan
ctam affectionem. Jo.xiij. Et dum lauat manus poſt offertorium dicit ſeptem verſus vnius pſalmi ad
poſtulandum ſeptē dona ſpiritusſancti quibꝰ indiget. Et redit ad altare ⁊ inclinat ſe profunde: dicēs
in ſpiritu humilitatis ad deſignādū ꝙ per mūdicia cordis innocētiā vite ⁊ humilitatē efficit̃ quis di
gnus miniſterio huius ſacramenti Iſa.i. Lauamini ⁊ mundi eſtote. deinde erigit ſe ⁊ vertit ad popu
lum dicens. Orate pro me fratres: per qd̄ deſignatur ꝙ xp̄s dixit diſcipulis ſuis. orate fratres ne intre
tis in tētationē. Lu.xxij. ⁊ Mat.xxvi. Et illi q̄ audiūt miſſā debēt dicere tūc ſm̄ Greg. Acceptabile
ſit oīpotenti deo ſeu acceptū ſacrificiū tuū. Alij dicunt dn̄s ſit in corde tuo ⁊ in ore tuo ad digne pera
gendū hoc ſanctū ſacrificiū. Alij dicunt illū verſum. Memor ſit dn̄s ſacrificij tui ⁊ holocauſtū tuum
pingue fiat. Alij dicunt ſpiritusſanctꝰ ſuperueniat in te ⁊ virtus altiſſimi obumbret tibi. In miſſali ve
ro Ro. habentur hec verba: ſuſcipiat dominus ſacrificium de manibꝰ tuis ad laudem ⁊ gloriā nomi
nis ſui ad vtilitatē noſtrā totiuſqꝫ eccleſie ſue ſctē amen. Hoc ꝓmiſſo ſacerdos ſub ſilētio ſecretā dicit

Pro quo eſt notandum ꝙ totidem ſecrete in eodem ordine ⁊ de eodē debent dici quot collecte pre
ceſſerūt ante in exordio miſſe. ſ. ante epl̄am neqꝫ plures neqꝫ pauciores: ⁊ dicit̃ ſecreta: qz ſecrete pro
nunciatur: vl' qz ſecrete ſignificant tempus quo xp̄s latuit ꝓpter metum iudeoꝝ ꝗuis olim alta vo
ce dicerentur. Unde ab omnibus laycis ſciebantur ſm̄ ꝙ narrat magiſter Arnoldus boleti in ſua
ſumma: ⁊ ſimiliter Johannes beleth. Unde contigit ſemel ſuper hoc vnum magnū ſcandalum tale
quod ſequit̃. Paſtores quadam die ſup quēdam lapidem poſuerunt panem ⁊ ſup panē dixerūt ver
ba canonis ⁊ panis in ꝓlatione verborum conuerſus eſt in carnem ⁊ ſtatim ictu fulminis ꝑcuſſit pa
ſtores ⁊ mortui ſunt: ⁊ ideo a ſummis pontificibus ſtatutū fuit ꝙ decetero verba canonis ſubmiſſe
ſeu ſub ſilentio dicerent̃. Alia cauſa aſſignat̃ a docto. ſ. ne talia verba canonis vileſcant: ſicut ſacra
ſcriptura data eſt obſcure ne vileſcat. Tamen notandū eſt ꝙ in diebus aliquorū ieiuniorum dicunt̃
plures collecte ꝙ̄ ſecrete. Secundo eſt ꝓpter lectiones ante epiſtolam dictas que quidem lectiones
ſignificant predicationem: modo predicationē debet precedere oratio ſm̄ beatum Auguſtinum in
libro de doctrina chriſtiana. Ideo illis diebus dicuntur plures collecte ꝙ̄ ſecrete. In paraſceue vero
quod dicitur de paro as ⁊ cena: ne qz iudei parabant ꝑ ſabbato ea que decebāt comedere. Et in ſab
bato ſancto lectio prima precedit orationem ad oſtendendum ꝙ tunc fit renouatio teſtamenti: ⁊ qz
vetus precedit nouum: lectio que deſignat vetus teſtamentum precedit orationem que deſignat no
uum teſtamentū: vel alia de cauſa lectio precedit orationem ad denotandum ꝙ in illo triduo habe
mus chriſtum crucifixum tanꝙ̄ aduocatum fidelem ⁊ bonum: ex cuius confidentia prime lectioni
non eſt oratio premittenda. Et finit celebrans orationes ſecretas dicendo Per dominum noſtrum
ieſum chriſtum filiū tuum qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritusſancti deus. vſqꝫ ad illam par
tem per omnia ſecula ſeculorum. Prefacio incipit ibi. Per omnia ſecula ſeculorum: alta voce pronū
ciando vbi ſunt duo notanda. primum ꝙ prefatio eſt idem ꝙ prelocutio ſeu preparatio: quia accedē
tes ad illud ſacrificium debent diligentiſſime ſe preparare. Aliter iudicium ſibi manducant ⁊ bi
bunt. pma ad Corinthi.xi. Probet autē ſeipſum homo ⁊c. Aliud quod eſt notandum eſt ꝙ dicendo
per omnia ſecula ſeculorum ſm̄ beatum Augu. in libro de ciuitate dei intelligitur eternaliter capien
do eternaliter a parte finis. Uel ſic per omnia ſecula ſeculorū. i. hoc ſacrificium cuius effectus eſt in
finitus vſqꝫ ad finē ſeculi adminiſtrabitur ſub iſtis ſpeciebus panis ⁊ vini in commemoratione paſ
ſionis ſaluatoris noſtri. iuxta illud Mathei.xxviij. Uobiſcum ſum omnibus diebus vſqꝫ ad cōſum
mationem ſeculi: ⁊ poſt celebrans non vertens ſe ad populum dicit. Surſum corda. quaſi dicat ha
bete ad dominum corda ſurſum eleuata. iuxta verbum apoſtoli ad Coloceſes tertio dicentis. Que
ſurſum ſunt querite: quia ꝗuis in ſignum humiliationis proni aliquando oremus. tamen in ſignum
attentionis manus ⁊ oculos ſurſum attollimus: vt poteſt videri Heſdre.x. ⁊ populus quaſi conſen
tiens dicit habemus ad dominum: ⁊ quia pro omnibus que deus contulit nobis gratias ei impēde
re debemus. Subiungit ſacerdos gratias agamus ⁊c. Et populus quaſi conſentiens reſpondit. Di
gnum ⁊ iuſtum eſt. Deinde ſacerdos dicit prefationem in qua nominantur aliqui ordines angelorū
qz in miſſa āgelos p̄ſentes eſſe credimus ⁊ aſſiſtere ſacerdoti. Et ſunt decē p̄fatōes: vt habet̃ de con
ſecratione diſtinctione. Deinde dicitur ſanctus ter ad denotandum trinitatem perſonarum: ⁊ ſumi
tur Yſaie.vi. vbi Yſaias dicit ſe vidiſſe ſeraphin clamantia ſanctus ſanctus ſanctus. et Apocalipſis
iiij. habetur ꝙ Johānes euangeliſta audiuit quattuor animalia que nō ceſſabant dicere illud canti
cum ſanctus ſanctus ſanctus. poſtea dicitur verſus. Benedictus qui venit in nomine domini: quem
cantabant pueri hebreorum in die ramis palmarum quando ſaluator noſter venit hieruſalem qui
quidem verſus ſcribitur Mathei.xxi. ⁊ cum cantatur debet fieri ſignum crucis in ſignum ꝙ ille ver
ſiculus ſumitur de euangelio quod eſt liber crucifixi. Canon incipit. Te igitur ⁊c. vbi ſacerdos de
bet ſe inclinare ante altare ad denotandum ꝙ Petrus apoſtolus inclinauit ſe dum proſpexit in mo
numentum ſm̄ rationale: vel ſacerdos inclinat ſe ſignificans chriſtum orantem proſtratum quando
ſudor eius factus eſt ſanguineus. Luce viceſimoſecūdo. Et factus ſudor eius ſicut gutte ſanguinis
decurrentis in terrā. ⁊ Mathei vigeſimoſexto. Legitur ꝙ chriſtus procidit in faciem ſuam orans: ⁊
dicitur canon regula: quia ex regularibus inſtitutionibus patrum ſanctorum componitur ⁊ oſcula
latur ſacerdos altare ad denotandum veram amorem concordiam ⁊ dilectionem canticorum pri
mo oſculetur me oſculo oris mei. ¶ Item. T. debet figurari in ſignum crucis eo ꝙ illud ſacramen
tum ſit commemoratiuum paſſionis iheſu chriſti: vel quia in veteri teſtamento dictum fuit angelo
bono percutienti egyptum ꝙ ipſe occideret ſenem adoleſcentulum virginem ⁊ paruulum: et mulie
res interficite ⁊ a ſanctuario meo primo incipite. Super quem autem videbitis tau. non occida

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

tis. Ezechielis.ix. Niſi ſcriptum eſſet in frontibus eoꝝ tau. quod hebꝛaice ſignum eſt crucis in quo ca
none oꝛatur pꝛo eccleſia catholica. pꝛo papa. pꝛo epō ⁊c. Et ſi ſacerdos celebꝛet pꝛo aliquo ſpecialiter
debet virtutē ſacramenti referre ad ipſum. Tamen ꝑpter hoc non excluditur quin poſſit ⁊ debeat oꝛa-
re ꝓ alijs. Itē ſacerdos anteꝙ dicat miſſam dicit vel dꝫ dicere dñe deus ego in miſſa intēdo tibi recō
mendare iſtū ⁊ iſtū. Et poſtea in miſſa ſufficit ꝙ dicat memento dñe illoꝝ quos tibi recōmendaui an-
tea cum magna maturitate ⁊ attētione pꝛonūciando verba canonis: non nimis moꝛādo ne dyaboli-
ce tentationes interueniāt. Et ideo in figura dictū fuit filijs iſrael ꝙ comederēt agnū paſchalem feſti
nanter. Item oꝛatio debet eſſe mētalis: vt ſacerdos ſit magis attentus. qꝛ ſermo impedit aliquotiens
attentionē: etiā deus pꝛecipue attēdit ad petitionē coꝛdis ⁊c. ¶ Queritur quare in canone nulla fit mē
tio de confeſſoꝛibus. Solutio ſm Innocē. qꝛ canon pꝛius fuerat editus ꝙ memoꝛiā confeſſoꝝ eccle-
ſia celebꝛaret. Sancti enī qui in canone cōmemoꝛātur pꝛeceſſerūt ſilueſtrū pꝛeter Iohānem: ⁊ Pau-
linum marcellinū ⁊ petrū qui pꝛoximo ſucceſſerūt. Eccleſia vero poſt tēpoꝛa beati ſilueſtri cepit cōfeſſo
rum memoꝛiā venerari tñ vt dicit Innocen. traditur gelaſium papā quinquageſimūpꝛimum a petro
canonem pꝛincipaliter oꝛdinaſſe. ¶ Queritur quare iſti martyres potius nominātur in canone ꝙ alij
Solutio ꝑpter miraculū: quia aliqui ſancti patres deleuerūt nomina iſtoꝝ de canone: ſed dum mane
ſurgerēt iteꝝ noīa iſtoꝛū quos deleuerūt litteris aureis inuenerūt iteꝝ in canone ſcripta ⁊c. Cōſequē
ter accedit ſacerdos celebꝛās ad conſecrationem dicēdo verba effectiua conſecrationis ſuper vtrāqꝫ
ſpeciem panis ⁊ vini. Super ſpeciē panis dicit. Hoc eſt enī coꝛpus meū ⁊c. Et deinde eleuat in altum
ſignificās eleuationē chꝛiſti in cruce. Deinde ſuper vinū dicit. Hic eſt enī calix ⁊c. ⁊ eleuat in altum ad
denotādum ꝙ totus chꝛiſtus fuit eleuat⁹ in arboꝛe crucis pꝛo redēptione totius humani generis: et
quare ſanguis ſeparatim a coꝛpoꝛe ad denotādum ſepationeꝫ ſanguinis a coꝛpoꝛe chꝛiſti in paſſione
vt clarius videbitur inferius ⁊c. Deinde celebꝛās extendit bꝛachia ad denotādum extenſionem bꝛa-
ſpoliatus: ad ſtipitem ligatus: ⁊ vſqꝫ ad magnam effuſionem ſanguinis flagellatus ⁊ tandem mor
ti adiudicatus ⁊ eductus de atrio pylati veſte purpurea indutus ⁊ poſt iterum illuſus facie velatus
ſpinis coronatus: et ſuper coronam ſpineam arundine in capite flagellatus ſputis ⁊ guttis ſangui
nis cum liuore faciei per mixtis leproſo ſimilis effectus. Item qualiter poſt hec omnia opprobria
et ſupplicia fuit crucis patibulo ſuper humerum proprium oneratus per vicos ciuitatis proclama
tus ſm̃ illud. Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in portat in me pſallebant qui bibebant
vinum. Item qualiter fuit de ciuitate turpiter eiectus et in monte caluarie vbi decapitaban
tur latrones ſpoliatus in cruce: nudus extentus in pedibus ⁊ manibus clauis ferreis crucifixus

⁊ in medio latronũ leuatus ⁊ ſuſpenſus a principibus ſacerdotum a latronibus ⁊ tranſeuntibus ſub
ſannatus:⁊ in ſiti ſua felle ⁊ aceto potatus:⁊ ex eius paſſione eclipſatis cunctis celi luminaribus tene
bris contectus. Et ex pietate matris ſue coram ſe languentis ⁊ tabeſcentis. Et ſuper dolorem par
turientium fatiſcentis totis cordis precordijs vulneratus ⁊ anxiatus. Debemus cogitare qualiter
inter illas penales ⁊ extremas anguſtias que omnium martyrum ſuperauerunt ſupplicia orauit de
um patreꝫ pro ſuis crucifixoribus:dedit paradiſum latroni penitenti. Matrem ſuam virginem diſci
pulo virgini ſcilicet Johanni euangeliſte commendauit. Et tandem poſt ineffabilem agoniam quã
patiebatur propter compaſſionem populi iudayci quem ꝓpter infidelitatem perire intuebatur cuꝫ
clamore valido ⁊ lachrymis reddidit animam deo patri:qualiter in morte eius tota terra tremuit:⁊
centurio clamauit. Vere filius dei erat iſte:qualiter mortuus fuit in latere tranſlanceatus:⁊ exierũt
inde ſanguis ⁊ aqua quibus purificatur eccleſia chriſtianorum ⁊ ſaluatur. ¶ Qualiter coram oculis
matris fuit de cruce depoſitus ſudario inuolutus in ſepulchro ſub lapide verus lapis incluſus. Hec
omnia debet chriſtianus recogitare deuote. Et hoc tangit apoſtolus in epiſtola. i. ad Corin. xij. Quo
tienſcunqꝫ manducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec ve
niat. Item homo debet per veram dilectionem ſe huic pani incorporare. i. capiti chriſto ⁊ eius corpo
ri miſtico quod eſt eccleſia vnire. In hoc enim differt cibus iſte a cibis corporalibus:qꝛ in comeſti
one corporali comedens incorporat ſibi cibum. i. tranſmutat in corpus proprium:⁊ hoc eſt qꝛ ibi ma
ior ⁊ nobilior eſt virtus cibati ꝙ cibi. In comeſtione vero ſpirituali cuiuſmodi eſt iſta. cibus. i. xp̃us
incorporat ſibi cibatum. i. illum qui digne recipit panem hunc dominicũ facit in ſeip̃m tranſire ⁊ eſſe
corporis ſui miſtici quod eſt eccleſia membrum cuius ip̃e xp̃us eſt caput. Et hoc eſt quia in hac co
meſtione ſpirituali maior ⁊ nobilior eſt virtus cibi quam cibati. Et ſicut in comeſtione corporali in
corporatio fit virtute caloris naturalis:ita in comeſtione ſpirituali fit virtute veri amoris qui eſt qui
dam calor ſpiritualis tranſformans amantem in amatum ſm̃ illud quod dicit Hugo de ſancto victo
re in li. de arra. ſponſe. Scio anima mea ſi quid diligis ip̃a vi dilectionis in eius ſimilitudinem tranſ
formaris. Quis eſt enim ſi veraciter recogitet exceſſiuum amorem domini noſtri ieſu chriſti: quẽ ad
nos habuit qui nõ debeat totus igniri ⁊ totus in eum xp̃m per amorem tranſformari ⁊ chriſto capiti
⁊ membris eius per veram charitatem vniri. Ad hanc enim ſpiritualem ⁊ excellentiſſimam ſumptio
nem requirit̃ ſm̃ beatuꝫ Aug. deuota ⁊ intenta recogitatio ⁊ hoc loco maſticationis. ſ. qualiter chri
ſtus ſe pro nobis expoſuit in precium ad redimendũ ⁊ in cibum ad reficiendum. Item feruida ⁊ in
tenſa dilectio:⁊ hoc loco incorporationis ⁊c̃. ¶ Queritur vtrum neceſſarium ſit accedere ad iſtud ſa
cramentum. Et videtur ꝙ ſic per illud quod habetur Johan. vi. Niſi manducaueritis carnem filij
hominis ⁊ biberitis eius ſanguinem nõ habebitis vitam in vobis. Sed contra arguitur ſic. Pueri
baptizati ſalutem ꝯſequuntur cum gratia in baptiſmo datur:ſed eis nõ datur corpus xp̃i manducã
dum:ergo nõ eſt de neceſſitate. Solutio dicendũ ẽ ꝙ hoc ſacr̃m q̃tum eſt de ſe nõ eſt de neceſſitate
ſalutis:ſed ex ordinatione eccleſie homines adulti obligantur corpus chriſti ſemel in anno. ſcꝫ in pa
ſcha recipere in. c. oĩs vtriuſqꝫ ſexus. de pe. ⁊ re. Qui enim nõ cõicat ſuo tempore multa mala incur
rit. primo qꝛ inſtitutionem eccleſie tranſgreditur. Statuit enim eccleſia vt ille qui non cõmunicat in
paſcha viuens ab ingreſſu eccleſie arceatur ⁊ moriens eccleſiaſtica careat ſepultura. Secundo quia
talis maledictionem incurrit. ꝓuerbioꝝ vetali. i. illi qui chriſtum non habet. Tertio qꝛ verecundum
eſt illi hoſpitium denegare qui ſolet omnem pulſantem admittere. Quarto qꝛ vires ſpirituales per
dit. nam qui ſine peccato mortali eſt:eſt membrum corporis chriſti miſtici. Membrum autem debet
ſubſtẽtari alimento corporis chriſti. Alioquin efficitur aridum ſicut membrum corporeum ad quod
nõ tranſmittitur corporalis cibi nutrimentũ. Quinto incurrit incuriã ſue ſalutis. Si enim raab ſalua
ta eſt qꝛ ſuſcepit nuncios dñi:multofortius qui ip̃m dominũ ſuſcipit digne ⁊c̃. ¶ Circa cõmunionem
cõmittitur peccatũ tribus modis. Uno modo cũ quis ſtatuto tp̃e cõmunionem dimittit. Jo. vi. Niſi
manducaueritis carneꝫ ⁊c̃. Alio modo cũ quis ſuo tp̃e cõmunicans male accedit. Apoſto. prima ad
Corinth. xi. Qui autẽ ſumit indigne ⁊c̃. Alio modo cũ quis poſt cõmunionẽ a peccatis non ſe cuſto
dit. Etiam in morte tenet̃ recipere corpus dñi niſi fuerit preuentus ⁊c̃. ¶ Tunc ad rõnem ante oppo
ſitum quando arguit̃ niſi manducaueritis ⁊c̃. Dicendũ eſt ꝙ illud intelligit̃ de manducatione ſpũali
que eſt ꝑ fidem ⁊ charitatem ſine qua nemo adultus ſaluat̃ ⁊c̃. ¶ Querit̃ vtrum peccator manducet
corpus xp̃i ſacramẽtaliter:⁊ videt̃ ꝙ nõ:qꝛ habet̃ Sapi. i. In maliuolã aĩam non introibit ſapientia
nec habitabit in corpe ſubdito peccatis:ſꝫ xp̃s qui eſt res contenta in hoc ſacramẽto eſt dei ſapiẽtia
vt habetur prima ad Corinthiorũ. i. ergo a peccatore nõ poteſt ſumi. Sed contra arguitur ſic malus

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

videtur conſecrare corpus chriſti ꝙ̄ ſumere. ſed peccatoꝛ poteſt cōſecrare vt viſum fuit ſuperius ergo et ſumere. Itē coꝛpꝰ xp̄i nō ē magis nobile ſub ſacramēto ꝙ̄ in ſpecie ꝓpria: ſed in ſpecie ꝓpria ꝑmiſit ſe deus a peccatoꝛibus tractari: ergo etiā ſub ſpecie ſacramēti a peccatoꝛibꝰ ſumi pōt. Solu. dicēdū eſt ẜm omnes doct. theologie ⁊ iuris canonici. Et vt habetur per mag. ix. di. iiij. circa finem: ꝙ ⁊ iuſtꝰ ⁊ peccatoꝛ ſumit coꝛpus xp̄i ſub ſacramento: ſ3 modo differēti: qꝛ boni ſumūt ſacramētaliter ⁊ ſpūaliter ⁊ ſic ad eoꝛum ſalutem: mali ſolū ſacramētaliter ⁊ ad eoꝛū perniciē. ¶ Pro cuius declaratione eſt premittendū ꝙ coꝛpꝰ xp̄i a viatoꝛibꝰ ſumitur quattuoꝛ modis. Uno modo ſpūaliter tm̄: vt ab illis bonis qui accipiūt rem ſacramēti. i. gratiam ⁊ non ipſum ſacramentū coꝛpoꝛis xp̄i. de quo Aug. crede ⁊ mā ducaſti. i. coꝛpoꝛi xp̄i myſtico incoꝛpoꝛatꝰ es ẜm cōpen. theologie. Ab alijs ſumiť ſacramentaliter tm̄ vt ab illis qui cōmunicant in moꝛtali pctō. Ab alijs ſumitur ſpūaliter ⁊ ſacramentaliter vt ab illis qui cōicant in grā qui accipiūt rem ⁊ ſacramētum. Ab alijs nec ſumitur ſacramentaliter nec ſpūaliter: vt ab illis qui nec rem nec ſacramentū ſuſcipiūt. ¶ Queritur vtrū angelus poſſit māducare coꝛpꝰ chriſti ſpūaliter: qꝛ dicitur ſup illud p̄s. Panē3 angeloꝝ ⁊c. ꝙ coꝛpus xp̄i vere eſt cibus angeloꝝ. Solu. dicēdum eſt ꝙ māducare hoc ſacramentū ſpūaliter non cōpetit angelis: qꝛ xp̄s ſub ſacramēto nō ꝓponitur eis: ſed in nuda veritate. ¶ Tunc ad rōnem in principio dicēdū eſt ꝙ xp̄s dꝛ eſca angeloꝝ ⁊ ẜm diuinitatē ⁊ ẜm humanitatē ẜm diuinitatē inq̄ntum angelos reficit: ẜm humanitatē ẜm qđ in ipſum deſiderant angeli ꝓſpicere. Adhuc ſi angelus aſſumpto coꝛpoꝛe ſpēs maſticaret nō tamen manducaret ſacramētum: qꝛ nō māducaret ſacramētum ẜm rōem ſacramēti cū non habeat fidē ſed manifeſtā viſionem. Itē non h3 confoꝛmitatē nature ideo ⁊c. ẜm. b. Tho. ſup. ix. di. iiij. ſen. Huiꝰ em̄ ſacramēti gemina eſt res: ſc3 vna cōtenta ⁊ ſignata vt caro xp̄i quā de virgine traxit: ⁊ ſanguis quem pro nobis fudit Alia res eſt ſignata ⁊ nō contēta: ſc3 vnitas eccleſie in predeſtinatis vocatis in iuſtificatis ⁊ gloꝛificatis ẜm Aug. ſup Iohan. ad Roma. viij. ⁊ per mag. ſen. ix. di. iiij. Unde Ieronimꝰ ſuper epiſtolam ad ephe. Dupliciter inq̄t intelligiť caro xp̄i ⁊ ſanguis: ſc3 vel illa q̄ crucifixa eſt ⁊ ſepulta ⁊ ſanguis qui militis effuſus eſt lancea vel ſpūalis illa ac diuina de qua ipſe xp̄s ait. Caro mea vere eſt cibus ⁊ ſanguis meus vere eſt potꝰ. Ioh. vi. Ex premiſſis ſatis pōt inferri ꝙ hic ſunt tria diſtinguēda. Na3 quoddam eſt tm̄ ſacramentū vt ſpēs panis ⁊ vini. vn̄ ſacramentū eſt ẜm magi. ſen. in. i. di. ⁊ in. ix. quarti. eſt ſacre rei ſignū vel inuiſibilis gratie viſibilis foꝛma vt foꝛma panis ⁊ vini q̄ hic videtur ſacramentū eſt. i. ſignum ſacre rei qꝛ preter ſpēm quā ingerit ſenſibꝰ aliquid aliud facit in cognitionē venire. quoddā eſt res tm̄: vt coꝛpus xp̄i miſticū qđ eſt vnitas fideliū. quoddā eſt ſacramentū ⁊ res: vt caro xp̄i ꝓpꝛia quā traxit de virgine ⁊ ſanguis: illud eſt res pꝛimi ẜm cōpen. theolo. ⁊ ſacramētum ſecūdi. In hoc concoꝛdant doct. ſup. ix. di. quarti ſen. ⁊c. ¶ Tunc ad rōem ante oppoſitū dicēdum eſt ꝙ illa auctoꝛitas ſapiētie intelligitur ſeu loq̄tur de ſpūali inhabitatiōe: ⁊ nō de ſacramētali qꝛ etiā xp̄s coꝛpus ſuū peccatoꝛibꝰ tractandū exhibuit ⁊c. ¶ Queritur vtrū hoc ſacramētū habeat efficatiā in aliquo peccatoꝛe qui eſt in moꝛtali. Solutio ẜm Bonauen. non debemꝰ limitare largitatem dei quin in hoc ſacramento poſſit remiſſionem omnis culpe dare: ſed ẜm cōmunem modū dicēdi. iſtud ſacramētum eſt datū in cibu3 illis qui ſunt de coꝛpoꝛe xp̄i: modo omnes tales habēt charitatē: ⁊ ideo iſtud ſacramētum habet effectum in ſolis iuſtis: qꝛ tales ſunt in charitate ⁊ iſtos hoc ſacramentum liberat a culpa veniali ⁊ preſeruat a moꝛtali: ⁊ ſic intelligitur illa collecta in qua dꝛ fit abſolutio ſceleꝝ ⁊c. quoniā temerariū eſſet dicere ꝙ illud ſacramētum liberaret a pctō moꝛtali p3: qꝛ vſus eius ſacramenti eſt per māducatione3 qui non debetur niſi rei viuenti. Et ideo effectus huius ſacramenti preſupponit vitam in ſumente: modo pctm̄ moꝛtale vitā tollit ſpiritualē: ideo hoc ſacramētum non eſt ad abluenda peccata moꝛtalia in ſumentibus: ſed ad abluendos illos ſolos defectus qui cum vita ſpirituali eſſe poſſunt: vt venialia ⁊c. Et ſi quis obijceret ſic. Si hoc ſacramētum preſupponat vitam in ſumente: tunc ſequeretur ꝙ non ꝓdeſſet moꝛtuis cuius contrarium tenet tota eccleſia. Solutio dicendū eſt ẜm beatū Tho. ſuper. xij. di. iiij. ꝙ euchariſtia inquātum ſacramentū pro pꝛincipali effectu habet vnire hoiem ad xp̄m ⁊ ideo non aufert niſi ea que in habente vitā inuenit oppoſita tali vnioni. Talia autē ſunt venialia ⁊ pene debite pro peccatis confeſſis ⁊c. qꝛ exiſtens in peccato moꝛtali moꝛtuus eſt ſpiritualiter: ſed euchariſtia inq̄tum eſt ſacrificium accipit rōnem ſatiſfactionis: ⁊ ẜm hoc penā tollit in parte vel in toto ẜm limitationem diuine oꝛdinationis ⁊ ẜm mēſuram pene ⁊ deuotionis: qꝛ ſacrificiū offertur ⁊ ſic prodeſt moꝛtuis in purgatoꝛio detentis ⁊c. etiam tales ſpiritualiter viuūt quia in charitate deceſſerunt ⁊ ſunt ⁊c. Etiam per illud ſacrificium quandoq3 exiſtentibus in peccato moꝛtali contritio impetratur per quam ſequitur ablutio ſcelerum moꝛtaliū ⁊c. ¶ Queritur vtrū iſtud ſacrificium pꝛofit beatis ad augmentum gloꝛie ⁊ videtur ꝙ ſic per illud quod habetur in collecta leonis pape vt narrat Innocenti. Anime

nobis dn̄e vt anime famuli tui Leonis hec pꝛoſit oblatio: ſed beatus Leo papa eſt in paradiſo vt tenet eccl'a ergo. In oppoſitū arguiť ſic. Sacramenta nō ꝓſunt alicui qui nō eſt in ſtatu ꝓficiendi ſed ſancti in patria ſunt huiuſmodi. So. dicendū eſt ꝙ premiū ſanctoꝛum eſt duplex ſeu gaudiu3. ſ. eſſentiale quod de diuinitate habent ⁊ q̄ntum ad hoc eoꝛū gloꝛia augeri nō poteſt. Aliud eſt gaudiū accidentale quod habēt de quocunq3 bono creato. Et q̄ntum ad hoc gloꝛia eoꝛum vſq3 ad die3 iudicij augeri poteſt: alioquin tunc nō augereť gloꝛia coꝛpoꝛis. Tunc ad rōnem ante oppoſitū dicendu3 eſt ꝙ vbicunq3 reperiť talis modus loquendi ꝓ beatis debet intelligi ad illum ſenſum qꝛ ſequiť ad hoc ꝓſit vt a fidelibus magis ſancti honoꝛificenť in terris. ¶ Queritur vtru3 illud ſacr̄m habeat ſemper efficaciam in viro iuſto. Solu. dicendū eſt ꝙ ſic ſi illud ſacramētum recipiat iuſte ſancte ⁊ deuote ſicut p̄miſſum eſt. ¶ Queriť vtrum iuſtis ſit melius frequentare illud ſacramētum ꝙ̄ tarde accedere. Solu. ẜm Bonauē. dicendū eſt ꝙ ſi quis ſemp eſſet paratus ſemp eſſet ei vtile hoc ſacramētum recipere: qꝛ ẜm beatum Aug. Plus ꝓdeſt manducatio ſpūalis quādo cōiuncta eſt ſacramētali ꝙ̄ quādo eſt p ſe quod ſit multū vtile bene diſpoſitis accedere ad iſtud ſacramentū: patet qꝛ reducit ad memoꝛiam paſſionē xp̄i fidem ꝯfirmat: ſpem auget: charitatem inflāmat: dat v. tam gratie: xp̄o vnit māducantem ſpūaliter: eterna cōſolatione reficit: ip̄m ſumentē roboꝛat ad operationē: ſuſtentat ꝯ cauſam ꝓuenientem ex ꝓpꝛia infirmitate: munit cōtra impulſum demonis remittit ardoꝛem cōcupiſcētie: purgat peccatū veniale: preſeruat a moꝛtali ⁊ infinita alia bona cōfer rite ⁊ ſancte cōmunicantibus. ¶ Queriť vtru3 peccatoꝛ ſumendo coꝛpus xp̄i ſemp moꝛtaliter peccet. Solu. quidā ſufficiēter p̄parant ſe ẜm veritatē ⁊ hi digne manducant. Quidā ſufficienter ẜm ꝓbabilitatem. ſ. ẜm dictamē conſciētie ſue: nō tamē ẜm veritatem. Et tales q̄uis nō recipiant gratiā nō tamē incurrunt offenſa3 qꝛ nullus pōt ſcire vtrum ſufficienter p̄parauit ſe quidam neutro modo preparauit ſe: ⁊ hi ſumendo moꝛtaliter peccant: ideo auertant incōtriti ⁊ nō vere penitentes in acceſſu ad tam ſanctiſſimū ⁊ excellentiſſimū ſacramentū. ¶ Queriť vtrum quis videns ſe incōtritum debeat abſtinere a cōione illius ſacramenti. So. quidam abſtinent a cōmunione ꝓpter culpam ꝓpꝛiam puta moꝛtalē: quidā abſtinent ſine culpa moꝛtali: ſed ꝓpter ſacramenti reuerentiā ſicut ſunt illi qui ſentiunt ſe minus mūdos mente vl' carne vl' etiam indeuotos. Et iſti bene faciunt dummodo poſſint ſine ſcandalo alioꝛum ſupſedere: maxime quando pctm̄ eſt manifeſtum. Talibus eni niſi inſtaret neceſſitas cōſulendum eſt vt de cōicando expectent quouſq3 parati deuoti ⁊ circunſpecti accedere poſſint. tamen iſta abſtinentia a p̄ceptione ſacramenti debet fieri cōſilio dyoceſani: vl' illius cui cōmiſerit vices ſuas qꝛ nullus cenſetur iudex in cauſa ſua in. c. ſi quem. de ſen. ex. Tamen nulla neceſſitas debet cōpellere vt aliquis in peccato moꝛtali ſcienter cōmunicet. Peccatū enim facit indignū cōmunione tribus modis: aut inhabitu vt qn̄ quis accidit nō cōtritus ⁊ incōfeſſus de peccato preterito: aut in actu vt qn̄ quis immutat foꝛmam ſacramēti ⁊ irreuerēter ip̄m tractat: aut in ꝓpoſito vt qn̄ quis habet voluntatē peccandi in futuro. Similiter defectus iudicij ⁊ rōnis excludit a cōmunione vt in pueris ſub duodecimo ⁊ quartodecimo annis niſi appareant in eis ſigna diſcretionis ⁊ reuerētie: qꝛ ſic prudē ſeu diu ante iſta3 etatem poſſunt ſumere coꝛpꝰ dn̄i al's non. Item vt in furioſis mente captis qui excluduntť tm̄ qn̄ habēt lucida interualla poſſunt tales furioſi cōicare. Tria enim genera hoīum excludebanť ab eſu agni. ſ. incircunciſi qui ſignificant eos qui accedunt ad cōmunionē irreuerēter. lib. reg. ij. c. vi. Percuſſus eſt oſſa: qꝛ illa nocte nō abſtinuerat ſe ab vxoꝛe ſua: qꝛ tetigit archam dn̄i: alij qui excludebanť erant alienigene qui ſignificant infideles. De talium cōmunione diciť Gen̄. xxxvij. Fera peſſima deuoꝛauit filium meū Ioſeph. Alij qui excludebanť erant immundi qui ſignificant habentes pctm̄ moꝛtale. De quibus ꝓpheta mundamini qui fertis vaſa dn̄i. Unde verſus. Indigne ſumis ſi non ſumis reuerenter. Uel nō catholice vel habens moꝛtale ſcienter. ¶ Queriť vtrum manducare coꝛpus xp̄i indigne ſit maius peccatū quod ſit. So. ẜm beatum Tho. ſup. ix. di. iiij. ſen. Contēptus ſeu peccatū in quo ip̄e deꝰ in ſeip̄o contēnitur eſt peccatum grauiſſimū ſicut peccatū infidelitatis ⁊ blaſphemie: poſt grauiꝰ peccatū illud in quo contēnitur deus in ſacramēto ⁊ inter alia preciſe in iſto in quo eſſentialiter xp̄s deus ⁊ homo cōtinetur: nō tamē eſt contētus iſte circa xp̄m: vt eſt deus ⁊ homo ſ3 ꝓut in ſacramento. maius peccatū poſt eſt in membris ſuis. Et aliud poſt in quo contēnitur deus in p̄ceptis ſuis qđ cōmune eſt omni peccato moꝛtali. Ex quo patet ꝙ peccatū de quo nunc agitur: nec in oīum grauiſſimum neq3 oīum minimū: ſed eſt mediū inter peccata que cōmittunť in deum ⁊ illa peccata que committunť in ꝓximū ⁊c̄. Qui enim xp̄m occiderūt magis peccauerūt ꝙ̄ illi qui indigne coꝛpus ſuū ſub ſacr̄o recipiunt: patet qꝛ illi qui xp̄i occiderūt cōmiſerunt in ip̄am xp̄i pſonam: indigne aūt ſumentes cōmittunt in ip̄m ẜm ꝙ eſt in ſacr̄o. Item ille qui coꝛpus xp̄i in lutū ꝓijceret magis peccaret ꝙ̄ man

ducans indigne q: magis abutitur ſacramento ſm ꝙ longius a debito vſus ſacramenti recedit quo
ab hoie iuſto ſumendū eſt. ¶ Queritur vtruȝ hereticus manducās corpus xp̄i minus peccet ꝙ fidelis
peccator. Solutio ſm btm̄ Tho. ſup. ix. diſtin. iiij. ſenten. indigne manducare ē duo pctā cōſiderare ſcȝ
pctm̄ quo indignus reddit̄ ad manducandū ꝛ pctm̄ quo indigne manducat q: ergo peccatū infideli-
tatis eſt grau⁹ alijs pctis. ideo infidelis mādVcās indignior eſt ad manducandū. Sed q: non credit
illud quod ſumit eſſe tante dignitatis ꝙte eſt. ideo non tm̄ peccat in abuſu q: ignorantia fidelitatis ꝙ̄
uis non excuſet ſequēs peccatū a toto. excuſat tm̄ a tanto, vt patet de pctō occidentiū xp̄m qui ſi cogno
uiſſent nūꝙ̄ dn̄m crucifixiſſent. i. ad Corinth. i. Et p hāc ignorantiā peccatū eorū alleuiat̄. vt Anſel. di
cit ꝛ apl̄us dicit de ſeipſo miam cōſecutus ſum: q: ignorans feci in incredulitate mea ꝛ ideo infidelis in
digne manducat. ſed pctō: fidelis magis indigne. Indigne ſumentibus multa mala occurrūt q: nul
lus opus placet deo niſi placeat ipſe p̄us. Indigna cōmunio hoiem illaqueat damnationē preparat
primum ſcandalizat: mentē excecat: tētationi ſubiungit: deū irritat: vitā tēporalem breuiat: gratuita
ſpoliat. De his oībus dicitur p ordinē in pſal. Fiat menſa eorū coram ipſis in laqueum ꝓ p̄mo. ꝛ in re
tributionē ꝓ ſecundo: ꝛ in ſcandalum ꝓ tertio. oſcurent̄ oculi eius ne videant ꝓ quarto. ꝛ dorſa eorū
ſemp incurua ꝓ quīto. effunde ſup eos iram tuā ꝛ furorē ꝓ ſexto. fiat habitatio eoꝝ deſerta ꝓ ſeptimo
ꝛ in tabernaculo eoꝝ non ſit qui inhabitet ꝓ octauo. ſm compen. theo. ¶ Qualiter em̄ ſit ad cōmunio
nem accedendū oſtendit̄ nobis in eſu agni paſchalis cū em̄ comedebant iudei accinctis renibus. per
quod deſignat̄ puritas caſtitatis. Lu. xij. Sint lumbi veſtri p̄cincti. cū comedebāt pedibus calceatis
p quod deſignat̄ effectus deuotionis. can. vij. ꝙ̄ pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia p̄ncipis
Item cū comedebant hn̄tes baculos in manib⁹ p qd̄ deſignat̄ mēoria dn̄ice paſſionis. Gene. xxxij.
In baculo meo tranſiui iordanē iſtū. Itē cū comedebāt cū lactucis aggreſtibus. p quod deſignatur
amaritudo cōtritionis p̄s. Cibabit nos pane lachrymaꝝ. Itē comedebant feſtināter. p quod deſigna
tur prōptitudo volūtatis ꝛ opationis. ꝓuer. xxix. Vidiſti hoiem velocē in op. ſ. ſupple glo. coram regi
bus ſtabit de oībus. Exo. xij. Renes vr̄os accingetis calciamēta habebitis in pedib⁹ tenētes baculos
in manibus. comedetis feſtināter. ergo vnuſqſqȝ ſpeculet̄ modū debitū accedēdi ad tā ſaluberrimum
ſacrm̄. Ex p̄miſſis ſatis apparet ꝙ v̄e penitētibus ꝛ ꝯfeſſis ſaltē ſm apparētiā dȝ illud ſacrm̄ admini-
ſtrari: q: ſol⁹ deus eſt ſcrutator cordiū ꝛc. Si ergo ſolis fidelibus ꝛ iuſtis ſit eucbariſtia miſtranda er-
go non dȝ miſtrari pctōribus. Solutio. Verū eſt pctōribus manifeſtis ꝛ per iudiciū eccleſiaſticū con
uictis ſicut ſunt vſurarij manifeſti: raptores: hyſtriones ꝛ hmōi. Etiā ſm cōpen. ſeptē ſacramentorum
ipſis pctōribus manifeſtis petētib⁹ eucbariſtiā eſt denegāda ꝛ dȝ ipſis dici amice nō eſt bonū ſumere
panē filioꝝ ꝛ mittere canib⁹ ꝛc. ¶ Querit̄ ſi aliquis pctō: occultus i penitēs a ſacerdote in die paſche
ſacrm̄ petierit cū alijs nunqd ei eſt denegandū cū notū ſit ſacerdoti eius pctm̄ ꝛ eius cōſcientia nota.
Solutio ſi in ſecreto petat ꝛ occultus ſit peccator dȝ a ſacerdote moneri ne cōtra iudiciū anime ſue ſa
cramentū ſumat ꝙ ſi noluerit deſiſtere cū xp̄ianus ſit ꝛ illud qd̄ ſuū eſt petit nō pōt ei ſacramentū ꝓhi
beri. ſm btm̄ Aug. Tamē poteſt ſacerdos dicere ſubmiſſa voce. Iudicet dn̄s inter me ꝛ te ac ſi dicerȝ
dn̄s ſcit ꝙ tu indigne accedis ꝛ ego non poſſum tibi negare. De hoc habetur ꝙ beatus Bernardus
protulit talia verba cuidā ſuoꝝ monachoꝝ q̄ indigne accedebat ꝛ ſtatim ille indigne accedens mor
tuus eſt: ideo ꝛc. Si v̄o in publico petat ꝛ ſit occultus peccator nullo mō ei eſt ſacramentū illud dene-
gandū ne ſacerdos videatur ꝓditor cōfeſſionis. Sacerdos em̄ debȝ in publico omnes monere ne ac
cedant ad communionē niſi fuerint p̄us vere cōtriti ꝛ confeſſi ꝛ ſi poſtmoduȝ accedat peccator occul
tus ꝛ in publico petat iſtud ſacramentū ſibi miniſtret q: melius eſt ſacerdoti: vt aſſumens peccet mor
taliter ꝙ̄ ei denegando eucbariſtiam ſuam conſcientiam prodere. ¶ Queritur quid fienduȝ ſi quis pe
tat ꝛ loco eucbariſtie panis ſibi miniſtretur: nūquid debet ſacerdos hoc facere. Solutio non in decre
to em̄ cautum eſt ne cuiꝙ̄ hoſtia non conſecrata loco conſecrate miniſtretur publice vel ſecrete: quia
ſic ydolatrare faceret ſumentem maxime ꝛ circūſtantes adorantes panem ꝓ hoſtia conſecrata. Item
cauendum eſt ne fauore vel timore corpus xp̄i cuiꝙ̄ ad examinationem tradatur. q: hoc eſſet tentare
deum. ¶ Queritur vtrum corpus xp̄i ſit dandum excommunicatis. Solutio dicenduȝ eſt ꝙ non ꝙ̄diu
ſunt excommunicati: q: diuiſi ſunt a perceptione ſacramentoꝝ ꝛ communione fideliuȝ niſi in articulo
mortis quando ſigna penitentie apparent ꝛ ꝓmittit excommunicatus per ſe vel per alium emendati
onem iuxta poſſe ꝛc. q: non eſt humanum cognoſcere inter deum ꝛ cōſcientiaȝ hominis: vt dicit Lau
dulphus ſuper. xviij. diſtin. iiij. ſenten. Tamen hoc non obſtante talis excommunicatus non debet in-
humari in terra ſancta q: quo ad eccleſiam militantem vbi agitur inter hominē ꝛ hominē. cui iudiciuȝ
diuinum nō eſt manifeſtū non cenſetur talis abſolutus quouſqȝ abſolutionem obtinuerit ab excōmu

Optima [illegible]

nicatore vel ab illo qui poteſt abſoluere quia p ſententiā excōicationis inficitur aīa ꝛ corpus ꝛ q: non
cōſtat eccleſie militanti de eius abſolutione quo ad deū ſemp cenſetur excōicatus quouſqȝ regrediat̄
ad gremiū eccleſie p abſolutionē iudicis qui in eū tulit ſententiā. Etiā expedit ad terrorē aliorum ꝛc.
¶ Queritur vtrū iſtud ſacramentuȝ debeat dari hereticis: amentib⁹: demoniacis: freneticis ꝛ dānatis
ad mortē. Solutio. Dicendū ꝙ dānatis ad mortē ꝓ criminibus ſuis niſi de gratia ſpeciali non datur
corpus ſicut illis qui ſuſpēdūtur vel cōburuntur vel quomōlibet aliter interficiunt̄. Illis autem qui ꝓ
crimine hereſis cōburuntur ſi cum deuotione ꝛ humilitate petant debet dari corpus xp̄i ſicut habet̄
de hereticis. ca. ſup eo. li. vi. Freneticis amentibus illud ſacramentū non eſt dandū maxime qn̄ ſine in
teruallo infirmantur. Demoniacis tm̄ ſi cū reuerentia ꝛ deuotione petant deberet eis dari cū tales ha
beant vſum rationis ꝛ actualē deuotionē ad ſacramentū. ¶ Queritur vtrū debeat iſtud ſacramentuȝ
dari leproſis. So. Dicēdū eſt ꝙ ſic niſi timeat̄ de vomitu vel ꝙ fuerit talis leproſus ita corroſus ꝙ nō
poſſet corp⁹ recipe in ore ſuo ſicut ſunt plures q̄ amiſerūt labia ꝛc. ¶ Quātū ad nonā partē i qua actor
noſter reſtringit illā ꝑticulā octaue in qua dicit̄ ſumēs xp̄i corpus dȝ eſſe ieiunus ibi pranſus ꝑcipere
ꝛc. dicit ꝙ pranſus pōt percipere iſtud ſacramentū vrgēte neceſſitate ꝛc. Tamen poti⁹ a ieiunis ſumi
decet ſicut apoſtolus docet vt ſingulari reuerentia diiudicet̄. i. diſernatur ab alijs cibis. vn̄ Augu. ap-
paret cū p̄mo acceperūt diſcipuli eucbariſtiā nō eos accepiſſe ieiunos nō tm̄ calumniādū eſt vniuer
ſe eccleſie ꝙ̄ a ieiunis ſp ſumit̄. placuit em̄. ſſ. vt in honore tanti ſacramēti ꝑus in os xp̄m dn̄i cum corp⁹
intraret ꝙ̄ alij cibi ideo vbiqȝ mos iſte ſeruat̄ vt recitat mag. ſen. viij. di. iiij. Itē ſm Inno. ſtatim poſt
eucbariſtiā. i. poſt eius ſumptionē nō debet ſumi alius cibus ꝛc. ¶ Quantum ad decimā parteȝ in qua
actor noſter docet modū quo cōicātes poſt cōionē debent cuſtodire corpus dn̄i ibi corpore percepto
dicit actor noſter ꝙ ꝑcepto xp̄i corpore cauendū eſt ne qd pellatur de ſpēbus vel ſputādo vel alio quo
uiſmodo ꝛc. Undecimā ꝑtem ꝛ finalē exequit̄ in qua ſit hortatio ſuſcipientiū ad gratiarūactōnes poſt
ꝑceptionē, ibi redde deo grates ꝛc. vbi ē notandū ꝙ poſt cōionem omnes debēt vacare aſſidue deuo
tis orationibus vt tantus dominus dignetur habitare in ſuis conſcientijs. Item debent cauere ne
recidiuent in aliquod mortale ſicut canes ad vomitum q: ſic dicuntur incurrere ingratitudineȝ ꝛ mul
ta alia mala quia chriſtum quem ſuſcepit ignomionioſe a ſe expellit ꝛ ſic turpius eijcitur ꝙ̄ non ad
mittitur hoſpes. Item talis aſſimulatur iude: quia Iudas poſtꝙ̄ cum chriſto cenauit ipſum tradidit
ꝛ Ioab fratrem ſuum ad cōuiuium inuitauit ꝛ eum poſt occidit. Itē talis ordinē honeſtatis peruertit
q: vēturo reuerētiam exhibet ꝛ preſenti nullā. Similis illis qui cū ramis oliuaꝝ xp̄o occurrerūt ꝛ ipſȝ
poſtmodū crucifixerūt. Idcirco cū ſumma diligētia perceptus cuſtodiatur ꝛc. ¶ Queritur quare dici
tur illud ſacramentum viaticū. Solutio q: datur tranſeūtibus de hac vita ad patriam. Item dicitur
viaticum q: iſtitutū eſt a xp̄o itinerante.

¶ Sequitur de ſacramento extreme vnctionis.

p Reſbytero debet infirmus adultus inungi
In ſeptem membris oleo certis quoqȝ verbis
Ungitur infirmus vt maior gratia detur
Sit leuior morbus vt pena minor tolleretur.

In iſto capitu. quod eſt de ſacramēto extreme vnctionis actor noſter ſex facit. primo oſtē
dit quis ſit miniſter eius. ſecundo oſtendit qualis debet eſſe ſuſcipiens. tertio oſtendit
que mēbra debēt inungi. quarto docet quid ſit materia extreme vnctōis. quinto quid ſit
forma. ſexto docet vtilitates que aduenuīt infirmo per huius ſacramēti ſumptionē. quo
ad primū ibi preſbytero dȝ ꝛc. quo ad ſcd̄m ibi infirmus adultus. quo ad tertiū ibi in ſeptem mēbris.
quo ad quartū ibi oleo. quo ad quintū ibi certis verbis. quo ad ſextū ibi vngitur infirm⁹ vſqȝ ad fineȝ
capi. ¶ Quātum ad primū eſt notādum ꝙ iſti⁹ ſacramenti adminiſtratio ſolis ſacerdotib⁹ pertinet et
cum intētione vt dicit beat⁹ Iaco. Ia. vlti. Infirmatur quis ex vobis inducat preſbyteros eccleſie ꝛ
orent ſuper eum vngnētes eum oleo in nomine domini ꝛc. ¶ Quātuȝ ad ſcd̄m eſt notandū ꝙ tria ſunt
genera vnctiōis ſm mgi. ſenten. xxiij. diſt quarti. Una eſt principalis que ſit criſmate: q: in ea datur
ꝑaclyt⁹. vn̄ ꝛ ꝓpter habundātiā grē duos liquores mixtos hȝ: ſcilicet oleū ꝛ balſamū oleum cōſcien-
tie ꝛ balſamum fame: nec tamen omne oleum ad vnctionem ſanctificatum criſma vocatur: ſed illud ſo
lum quod miſcetur cum balſamo quo capita regum et pontificum vnguntur quo etiam baptiza-
tos ſacerdos vngit in vertice ꝛ pontifex per impoſitionem manus confirmandos vngit in fronte:
aliud genus vnctionis eſt qua cathecumini et neophiti vnguntur in pectore et inter ſcapulas in
perceptione baptiſmi. Aliud genus eſt oleum infirmorum de qua vnctione hic agitur. Ihe-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſus eñ non ſolū dꝫ mediatoꝛ dei ⁊ hoīm inꝗtū hʒ ſaluare: ſʒ etiā xp̄us inꝗtuʒ hʒ vnctionis gratiam in alios diffundere. Tribus eñ vicibꝰ legiꝛ dauid .i. xp̄us fuiſſe vnctus. p̄ma in domo p̄ris ſui in ſignum regni futuri hoc ſignat vnctionē in baptiſmo. ſc̄da in ebrō ſup iudā ⁊ poſtea multa bella habuit hoc ſignat vnctionē in ꝯfirmatione. tertia iterū in ebꝛon ſup omnē iſrael poſt hanc in pace regnauit. hoc ſignat vnctionē in extremis. Tunc ad ꝓpoſitū dicendū eſt ꝙ tales ꝗ illud ſacr̄m recipiunt debent eſſe infirmi in ſtatu exeūtiū de hac vita. ſanis eñ nō daꝛ qꝛ hn̄t aliud remediū .ſ. pn̄iam. Itē dʒ dari adultis ⁊ nō pueris cū pueri careāt vſu rōnis qꝛ in hoc ſacramento ſuſcipiēdo requiriꝛ actualis deuotio in ſuſcipiente. Itē non dʒ dari furioſis ⁊ ſimilibꝰ niſi ꝑ interualla reſipiſcāt ſeu vtātur rōne. Item nō debet dari ſacr̄m infirmis niſi ip̄m poſtulent. ¶ Queriꝛ vtrū illud ſacr̄m poſſit dari ſepe vni infirmanti. Sol. Dicendū eſt ꝙ ſm cōpē. thꝫ. ꝙ in vna infirmitate nō dʒ ꝗs inūgi bis ſʒ ſi ſanareꝛ ⁊ poſt recidiuaret poſſet inūgi qꝛ nō cenſeꝛ eadē infirmitas. ergo in moꝛtis articulo ſeu laboꝛantibus in extremis dʒ iſtud ſacramentū miſtrari. ¶ Queriꝛ an ſacerdos miſtrans illud ſacr̄m infirmis debeat eis aliꝗd de fide dicere. So. ſm cōpen. theo. ſeptē ſacramentoꝝ dicendū ē ꝙ ſic: qꝛ dʒ eos interrogare de oꝛone dn̄ica de ſymbolo ⁊ eos monere vt dicant ⁊c. ¶ Quantū ad tertiū eſt notādū ꝙ infirmis dʒ inūgi in ſeptē locis In auribus: in oculis: in oꝛe: in naribꝰ: in manibus ⁊ in pedibꝰ: ⁊ hoc ꝓpter quiqꝫ ſenſus ꝗbus peccata ꝑpetrauit. Et in pectoꝛe ꝓpter prauas cogitatōes. in vmblico ꝓpter ardoꝛē luxurie. ꝗuis dicaꝛ a pluribus nobilibus ꝙ maſculis dʒ dari in renibus ⁊ femellis in vmbilico ⁊c. Sacerdos infirmus non dʒ inūgi infra manus qꝛ ſunt ſacrate in ſacramēto oꝛdinis ſʒ dʒ inūgi exterius. genitalia nō inunguntur ꝓpter reuerentiā ſacramenti ⁊c. Etiā ꝓpter feteditatē ⁊ verecundiā infirmoꝝ. Intrantibꝰ bellū non daꝛ illud ſacramentū qꝛ nō ſunt in articulo ſm naturā ſʒ ſm foꝛtunā ⁊ ſacramenta ſequūtur naturā nec dānatis ad moꝛtē daꝛ illud ſacramentū qꝛ infames ſunt ⁊c. ¶ Queriꝛ ꝗd ſit fienduʒ de illis ꝗ non hn̄t illa membꝛa de ꝗbus ſupꝛa. So. ꝗuis nō habeant oculos aures ⁊c. dico ꝙ debēt inūgi illa loca ꝗbus fuerunt illa mēbꝛa vel debuerūt fuiſſe: qꝛ licet ex eis peccare nō potuerint ſeu poſſint exterius hn̄t tñ illa mēbꝛa interius in radice aīe quare ⁊c. ¶ Quantū ad quartū eſt notādū ꝙ materia huiꝰ ſacramēti ē oleum oliuarū ab ep̄o ꝯſecratū. ¶ Quantū ad quintū ē notandū ꝙ foꝛma huiꝰ ſacramenti eſt iſta. ꝑ illam ſanctā vnctionē ⁊ ꝑ ſuā piiſſimā miam indulgeat tibi dn̄s quicꝗd peccaſti ꝑ auditū: viſum: guſtū: odoratum: tactuʒ: ⁊ ſic de alijs. Et eſt iſta foꝛma vt pʒ dep̄catiua. In hoc eñ ſacramēto ſicut i alijs tria ſunt ſacramenta tñ qđ eſt vnctio exterioꝛ. res tñ qđ eſt effectus duplicis ſanitatis .ſ. ſp̄ualis ⁊ coꝛꝑalis vt diciꝛ inferius. ſcr̄m ⁊ res .ſ. quedā vnctio ſp̄ualis interioꝛ ꝗ eſt mētis iocunditas ⁊ ſolatiū. De eſſe huiꝰ ſacramenti ſunt quinqꝫ p̄ncipaliter. Primū ꝙ vnctionē faciens ſit ſacerdos. Secundū ꝙ ſit intentio. tertiū ꝙ ſit materia .ſ. oleū oliuarū ſeu infirmoꝝ. quartū ꝙ ſit foꝛma verboꝝ quā dʒ dicere inūgens. quintū eſt locus inungendus ⁊c. ¶ Quantū ad ſextum eſt notandū ꝙ ſm mag. ſenten. xxiij. diſtin. iiij. ꝙ plures vtilitates conſequuntur infirmi ꝑ ſumptionem huius ſacramenti ſi digne recipiant. conſequuntur eñ liberationē ab infirmitate ſpirituali que contrahitur ꝑ venialia quibus anima debilis efficitur ad exequendum actum gratie ⁊ gloꝛie qꝛ ſacramentū illud eſt cōtra reliquias peccatoꝝ ꝗ non ſufficiēter per penitentiam ſunt ſublate aut ꝑ negligentiā. Itē illud ſacramentū diſponit tanꝗ vltimū remediū ad gloꝛiā ⁊ ꝑ modū curatōis exhibet. Itē ꝑ illud ſacramentū infirmi ſi ipſum recipiant deuote ꝯſequūtur ſanitatē coꝛpoꝛalē: ⁊ hoc ſi ſanitas coꝛꝑalis expediat ſanitati ſp̄uali tūc eñ illud ſacramentū cauſat vtrūqꝫ qꝛ aliquando ſanitas coꝛꝑalis eſt vtilis ad meritum gloꝛie cumulandum. Item illud ſacramentum valet ad excitandum deuotionem. Item ad velocioꝛem tranſituʒ ad celum ⁊ ad plura alia que remitto pericie lectoꝛū. Item eſt notandum ꝙ illud ſacramentū fuit inſtitutū ab apoſtolis vt habetur Iaco. vlt. Infirmaꝛ quis in vobis inducat p̄ſbyteros eccleſie ⁊c.

¶ Sequitur de ſacramento oꝛdinis.

Ordo ſeptenus eſt claro munere plenus
Tres ſunt maioꝛes: ſed bis duo pꝛimo minoꝛes
Ianitoꝛ eſt pꝛimus lectoꝛ vult eſſe ſecundus
Exoꝛciſta ſubit hinc accolitus ſibi nubit
Subleuita ſubeſt: leuita ſanctioꝛ hec eſt
Septimo collatus eſt oꝛdo pꝛeſbyteratus
Gratia cum poſſe datur: impꝛimiturqꝫ caracter

Cuſlibet iſtoꝛum qui ſit ſuſceptoꝛ eoꝛum
Ad ſacra pꝛomotus debet necnon titulatus
Hoꝛas quotidie ſeptenas dicere rite
Ut collaudetur chriſtus ⁊ moꝛs memoꝛetur
Nocte ieſus captus damnatus iudice pꝛima
Ducitur in terna: ſexta crucifigitur hoꝛa
Moꝛtuus in nona: fit lancea veſpere fixa
Conditur extrema: cur ſeptem dicimus hoꝛas
Clerice pauſando: dic hoꝛas non pꝛoperando
Dicas attente: dic totum ſupplice mente
Dic iuxta moꝛtem: pꝛimo dicaſqꝫ pꝛioꝛem
Cum domino loqueris: oꝛans non ergo vageris
Sincopa vitetur: verſus non anticipetur
Donec finitus: omnino ſit bene pꝛimus
In templo vagum: fuge cantum dilige planum
Non clames tantum: coneris linquere cantum.

In iſto capitulo actoꝛ noſter determinat de ſacr̄o oꝛdinis diuidens ſuū capl̄m in ſex partes. In p̄ma ꝑte docʒ numeꝝ oꝛdinū in generali. In ſc̄da ꝑte docʒ qui iſtoꝝ oꝛdinū ſint digniores. In tertia determinat de oꝛdinibꝰ in ſp̄ali ip̄os enumerādo. In quarta parte docet q̄uo caracter impꝛimiꝛ in quolibet oꝛdinū. In quinta docet ad quē teneniꝛ ꝓmoti ad ſacra. In ſexta docet ac. noſter modū dicendi ea ad que teneniꝛ ꝓmoti cū aliquibꝰ annexis ⁊c. p̄ma in p̄n. oꝛdo ſeptenꝰ. ſc̄da tres ſunt maioꝛes. tertia ianitoꝛ eſt p̄mus. quarta gr̄a cū poſſe. v. ad ſacra ꝓmotus. vi. ibi clerice pauſando vſqꝫ ad finē. ꝗtum ad p̄mum eſt notandū ꝙ .vij. ſunt oꝛdines .ſ. hoſtiarij: lectoꝛes: exoꝛciſte: accoliti: ſubdyachoni: dyachoni: ⁊ p̄ſbyteri. Et diciniꝛ ſeptem ꝓpter ſeptiformē gratiā .ſſ. cuius qui nō ſunt ꝑticipes ad gradus eccl̄aſticos indigne accedunt. Illi vero in quorum mētibus diffuſa eſt ſeptifoꝛmis gratia .ſſ. cuʒ ad eccl̄aſticos oꝛdines accedūt in ip̄a ſp̄ualis gradus ꝓmotione amplioꝛē gr̄am ꝑcipere crediniꝛ ꝑ mag. ſen. xxiiij. di. iiij. Oꝛdo enim ſm Hug. de ſancto victoꝛe eſt ſignaculum quoddā in quo ꝑtās ſp̄ualis tradiꝛ ⁊ officium ſuſcipienti ſeu oꝛdinato. Et huic diffinitioni ꝯcoꝛdat mag. ſen. xxiiij. di. iiij. In hoc enim ſacr̄o quoddaʒ eſt ſacr̄m tñ vt viſibile ſignum quo ꝑtās tradi oſtendiꝛ: quoddā eſt res tñ vt gratia que conferꝛ: quoddam eſt ſacr̄m ⁊ res: vt caracter. Huius enim ſacramenti materia eſt illa res que ꝑtinet ad oꝛdinē qui ſuſcipiꝛ ſicut calix cuʒ vino ⁊ patina cum pane que poꝛriguniꝛ ſacerdoti. Dyochono calix ſine vino ⁊ patina ſine pane accolyto candelabꝛū ⁊ cereus ⁊c. Foꝛma vero huius ſacri ſunt verba que ep̄s dicit in poꝛrectione illarum reꝝ ea dirigens ad eos qui oꝛdinaniꝛ ⁊c. Quātum ad ſc̄dam partē in qua acꝛ. noſter docet qui ſint digniores iſtoꝝ oꝛdinū ibi tres ſunt maioꝛes eſt notandū ꝙ p̄ſbyteratus dyachonatus ⁊ ſubdyaconatus ſunt digniores alijs quattuoꝛ: ideo diciniꝛ. ſacri reſpectu alioꝝ: qꝛ eis annexa eſt continentia illud eſt ſatis notū. Nota ꝙ oꝛdo pōt dici ſacera caſtitate ⁊ ꝯtinentia ⁊ ſic ſubdyaconatus dyachonatus ⁊ p̄ſbyteratus diciniꝛ ſacri. infra qui cle. vl̄ vo. c. i. aliter diciniꝛ ſacri a caractere quē recipiunt oꝛdinati: ⁊ ſic oēs ſunt ſacri. xxv. di. in ſumma. ⁊ h̄ tenet Hoſti. Quātum ad tertiā partē in qua actoꝛ noſter docet de oꝛdinibus in ſp̄ali ip̄os enumerando ſm ſuos gradus eſt notandū ꝙ pꝛimus diciꝛ hoſtiarius ab hoſtio: qꝛ in veteri teſtamēto electi erant ad cuſtodiā templi. Iſti enim debēt cuſtodire locum ſacroꝝ ⁊ cuſtodire ne immūdus ingrediaꝛ tēplum: ideo dantur eis claues cuʒ oꝛdinaniꝛ ab ep̄o qui eis dicit tradendo claues ſic agite tanꝗ deo rōnem reddituri ꝓ rebus que clauibus iſtis recludiniꝛ hoc officium dn̄s noſter ieſus xp̄s exercuit qñ ementes ⁊ vendētes de templo eiecit. ſc̄dus oꝛdo diciꝛ lectoꝛatus a legendo: qꝛ ꝑ ſacre ſcripture lectionē illuminat intellectū fidelium. Officiuʒ enī iſtius eſt legere ꝓphetias ⁊ lectiones: ideo ei daꝛ ab ep̄o codex diuinaꝝ lectionū: ⁊ diciꝛ ei accipe ⁊ eſto verbi dei relatoꝛ habiturus ſi fideliter impleueris officiū partē cū his qui bene verbū dei miniſtrauerunt qui enī ad hunc gradū cōuehiꝛ litteraꝝ ſcia debet eſſe inſtructus vt ſenſum verboꝝ intelligat vim accentuū ſciat diſtincte legat ne ꝯfuſionem ꝓlationis intellectū auditoꝛibus auferat attēdat quid indicatiue ꝗd interrogatiue ſit legendū. Hec enī male ſeruata intellectū turbāt ⁊ alios ad

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

riſum ꝓuocant. hoc officiũ xp̃us exercuit cũ in medio ſeniorũ librum yſaie aperiens diſtincte ad intelligendum legit ſpũs dñi ſuper me. Ex quo datur intelligi lectoribus ꝙ ſpũali gratia clarere debẽt qui alijs verbum dei annunciant. Hic ordo formam ⁊ initium a ꝓphetis accepiſſe videtur quibus dicitur clama ne ceſſes ⁊c. Tertius ordo dicitur exorciſtatus ſeu exorciſta: ab exorciſo quod idem eſt ꝙ adiuro ſeu coniuro quia actus eorum exorciſtarũ eſt repellere ptãtes demonis ab energumnis ſeu demoniacis ꝑ cõiurationẽ vel arcere demones ne dñentur in corpore nondũ baptizati. Talis eñi exorciſta debet habere ſpũm mũdum qui ſpiritibus immundis impat ⁊ malignũ expellere de corde ſuo quez expellit de corde alieno ſeu de corpore ne medicina quam alij facit ſibi non proſit ⁊ dicatur ei medice cura teipſum. Hi cum ordinantur accipiunt ab epõ librũ exorciſmoꝝ ⁊ dicitur eis accipite ⁊ habete poteſtatem imponendi manus ſup energaminos ⁊ cathecuminos. Hoc officiũ exercuit dñs qñ ſaliua ſua tetigit aures ſurdi ⁊ linguam muti dicens. effeta. qđ eſt ad aperire: ⁊ hoc docens nos ſpũaliter debere ad apire aures p̃cordiorum hominum ad intelligendũ ⁊ ora ad confitendũ vt pulſo demone vas ſuuz ſpũſſancti recipiat hoc officiũ dñs exercuit cum demoniacos multos ſanauit ⁊c. Quartus ordo dicit̃ accolitatus ⁊ eſt accolitus ceroferarius q: debet ferre cereum quando euangeliũ eſt legendum vel ſacrificium offerendum per quod deſignatur excitatio fidelium ad deuotionẽ ⁊ cordis accenſio. non eñi accenduntur luminaria ⁊ deportantur ab eis ad effugandas aeris tenebras cũ ſol eo tempore rutilet ſed ad ſignum leticie demonſtrandũ vt ſub tipo luminis corpalis illa lux oſtendat̃. De qua legit̃ erat lux vera que illuminat omnẽ hoĩem ⁊c. Officiũ eñi accoliti eſt p̃parare luminaria in ſacrario portare cereum vrceolos cum vino ⁊ aqua ꝓ eucharistia. Hi cũ ordinant̃ cũ edocti fuerint ab epõ qualiter in officio ſuo agere debeant ab archidyacono accipiunt candelabrum cũ cereo ⁊ vrceolũ vacuum. Hoc officium dñs ſe habere teſtatur dicens. Ego ſuz lux mundi qui ſequit̃ me nõ ambulat in tenebris ⁊c. Quintus ordo dicit̃ ſubdyaconatus ⁊ actus iſtius ordinis eſt vaſa dñici corpis ⁊ ſanguinis portare ⁊ tradere leuitis. i. dyaconibus vt ipſi dyacones miſtrent ſacerdotibus materiã cõſecrationis. ideo ſubdyaconi accipiunt calicẽ de manu epĩ ſed vacuũ. ipſis competit oblationes in templo a fidelibus recipere. legere eñi epiſtolã non eſt actus principalis ſubdyaconi. His eñi imponitur lex continẽtie vnde debẽt implere illud. mũdamini qui fertis vaſa dñi. His eñi ꝯpetit lauare corpalia ⁊ pallas altaris. hoc officium exercuit dñs qñ lintheo ſe p̃cinxit ⁊ mittens aquã in peluim pedes diſcipulorũ lauit ⁊ lintheo terſit. Sextus ordo eſt dyaconatus ⁊ eſt actus iſtius ordinis ordinare hoſtias in altari ⁊ vinũ p̃parare epiſtolã ⁊ euãgeliũ legere ⁊ miſtrare ſacerdoti ĩmediatius ceteris officiãtibus. legere eñi euãgeliũ eſt actus cõſequens. Hic ordo a veteri teſtamento nomẽ traxit. ſ. a tribu leui. Hic ordo ab apoſtolis ẽ celebratus quãdo vt legit̃ in actibus apoſtolorum ſeptem viros plenos. ſſ. ad hoc officium elegerunt ⁊ oratione p̃miſſa manus eis impoſuerũt. Hi eñi ſunt ſeptem angeli tuba canentes in apocalipſi. quales eñi debeant eſſe dyachoni apoſtolus docet thimoteo ſcribens. His cũ ordinãtur epũs manum imponit q: ad miniſterium applicantur ponit eis orarium. i. ſtolam ſuper leuũ humerum: vt per hoc ĩtelligant ſe accepiſſe iugum dñi ſuaue accipiunt ⁊ textũ euangelij: vt intelligant ſe eſſe p̃cones euangelij xp̃i. Hi eñ anteꝙ ordinent̃ ꝓbent̃ vt docet aplus ⁊ ſic miniſtrẽt nullum crimẽ habentes. Hoc officio vſus eſt xp̃us quando poſt cenam ſacramentum diſcipulis diſpenſauit ⁊ quando ipſos dormiẽtes ad orationem incitauit dicens. Vigilate ⁊ orate ne intretis in tentationem. Septimus ordo eſt preſbyteratus ⁊ eſt eius officium conſecrare corpus ⁊ ſanguinem xp̃i ⁊ hic actus eſt principalis. Alius eſt conſequens ⁊ interpretatur preſbyter ſenior ꝓpter honorem ⁊ dignitatem quam accipit. Debet eñi ſacerdos ſeu p̃ſbyter precellere morum prudentia ⁊ maturitate conuerſationis in populo. vñ ſcriptum eſt ſenectus venerabilis eſt non diuturna nec annorum numero computata cani ſunt ſenſus hominis et etas ſenectutis vita ĩmaculata. per mag. ſententiarum. xxiiij. diſtinctione quarti ſententia. Sacerdos eñi interpretatur ſacra dans ſeu ſacer dux. Sacerdotibus enim cum ordinantur iniunguntur manus vt intelligant ſe accepiſſe gratiam conſecrandi ⁊ charitatis opera debere ad omnes extẽdere accipit eñi calicem cum vino ⁊ patinam cum hoſtijs vt per hoc ſciat ſe accepiſſe poteſtatez placabiles deo hoſtias offerendi. Hic ordo a filijs aaron ſumpſit initium. Deus enim inſtituit per moyſem ſummos pontifices ⁊ minores ſacerdotes cum inſtituit. Aaron in ſummum pontificem ⁊ filios eius in minores ſacerdotes. Chriſtus enim duodecim elegit quos apoſtolos vocauit quorum vicem gerunt in eccleſia maiores pontifices. deinde. lxxij. diſcipulos deſignauit quorum vicem tenent in eccleſia preſbyteri. Vnus autem inter apoſtolos princeps extitit petrus cuius vicarius ⁊ ſucceſſor eſt ſummus pontifex Vnde dicitur apoſtolicus qui etiam papa vocatur. qualiter debet ſe habere ſcribitur per apoſtolum

thimoteo. Hoc officio vſus eſt xp̃us cum ſeipſum in ara crucis obtulit idem ſacerdos ⁊ hoſtia. ⁊ quando poſt cenam panem in corpus ſuum ⁊ vinum in ſanguinem commutauit. De his omnibus per magiſtrum diſtin. xxiiij. iiij. ſenten. Aliqui enim dicunt ꝙ tonſura ⁊ dignitas epiſcopalis ſunt ordines infra de eta. ⁊ qualita. or. ca. cum contingat de tonſura infra de con. ⁊ vel alter. capi. aqua de epatu. ⁊ ſic eſſent plures ꝙ ſeptẽ ordines. Tamen cõmunior opinio eſt ꝙ tonſura ⁊ dignitas epiſcopalis non ſunt ordines immo corona ſeu tonſura eſt quoddam ſignum diſtinctum miniſtrorum eccleſie a plebe communi. In omni enim tranſitu a ſtatu in ſtatum conuenienter interponitur alia diſpoſitio media vt in tranſitu a ſtatu laycorum ad ſtatum miniſtrorum eccleſie ⁊ dei prima tonſura interponitur ⁊ ſit corona circulariter admodum corone q: reges ſunt ſui ⁊ aliorum ⁊ ille ad cuius ſeruitium deputantur rex eſt ſcz deus cui ſeruire regnare eſt. Fit in tonſura ſeu corona raſio capillorum ad denotandum ꝙ qui vult ſeruire deo debet renunciare ſupfluitati terrenorum quia clericus dñi partem ſue hereditatis cõſtituit ⁊ ſe heredem dei fecit. ideo dicitur clericus a cleros quod eſt ſors ⁊c. Itez iſta raſio fit in ſummitate capitis ad denotandum ꝙ clerici mentem debent habere ad deum eleuataz vt reuelata facie gloriam dei contẽplẽtur ſm mag. xxiiij. di. iiij. ſen. ẽ Ex his eñi apparet ꝙ tõſura nõ ſit ordo: ſed diſpoſitio ad ordinem non neceſſitate ſm compendiuz theologie. ſed congruitate. Dignitas epiſcopalis nõ eſt ordo vt tenetur communiter a doctoribus. Super quo eſt notandum ſm compendium ſeptem ſacramentorum ꝙ dupliciter dicitur ordo. Vno modo ſm quod eſt officium reſpectiue ad corpus xp̃i verũ ſcz ad cõſecrationem hoſtie ⁊ illo modo epiſcopatus non eſt ordo quia epũs nõ habet poteſtatẽ ſuperiorem ſacerdote ꝙtum ad conſecrationem corporis xp̃i. Alio modo dicit̃ ſm ꝙ eſt officium reſpectu quarundã actionũ ſacrarũ ſupra quas hʒ diſponere p̃ ceteris ſacerdotibus ⁊ ſic dicitur improprie ordo ratione iuriſdictionis ſed tamen non eſt ſacramentum ſed vt quoddam ſacramentale. Idcirco dignitas epiſcopalis non eſt ordo immo preſupponit ordinem ſacerdotalem: ſed eſt ordinis eminentia vel dignitas ſm Bonauenturam ideo dicit magiſter ſenten. xxiiij. diſtinctõne. iiij. Sunt ⁊ alia quedã non ordinum ſed dignitatum vel officiorum nomina vt epiſcopatus ab epy quod eſt ſupra et ſcopin quod eſt intendens. ¶ Quantum ad quartam partem in qua auctor noiter docet quomodo caracter imprimitur in quolibet ordine ibi gratia cum poſſe eſt notandum ꝙ ſacramentum ordinis dicit̃ vnum vnitate perfectionis: quia omnes ordines tendunt ad vnum vltimum actum qui dicitur eucharistia: non tamen dicitur vnũ ſacramentũ vnitate indiuiſibilitatis vel continuationis: quia vnus ordo poteſt eſſe ſine alio. Tunc veniendo ad propoſitũ dicẽdum eſt ꝙ ſingulis ordinibus ſinguli caracteres imprimũtur ⁊ diſtinguũtur inter ſe ſicut ordines diſtinguũtur ⁊ ad vltimũ caracterem: ſcilicet preſbyteratus vniuntur ⁊ imprimũtur caracteres a quolibet ordine in traditione inſtrumenti apti ad illũ ordinẽ qui recipitur cũ debita forma verborum que ab epiſcopo ꝓferũtur ſicut in traditione clauium eccleſie dicendo ſic. agite tanꝙ rationez deo reddituri imprimitur caracter hoſtiarijs. Lectoribus qñ eis porrigitur liber ab epiſcopo dicendo accipite ⁊ eſtote verbi dei relatores: exorciſtis quãdo datur eis liber exorciſmorum dicendo accipite habete poteſtatẽ imponẽdi manus ſuper energuminos ⁊c.. Accolitis in traditione cãdelabri dicendo verba ⁊c. Subdyacono in traditione calicis vacui conſecrati cũ verbis epiſcopi ⁊c. Dyacono ⁊ preſbytero imprimitur caracter ſm cõpen. theolo. quãdo epiſcopus imponit manũ capiti cũ verbis ad hoc ſtatutis: tamen illud non placet alijs: quia dicit cõpen. ſeptem ſacramentorũ ꝙ caracter imprimitur in traditione alicuius rei cõpetentis ad illud ſacramentum. vnde licet ꝑ manus impoſitionẽ det̃ plenitudo gratie ad ſacramentoꝝ adminiſtrationẽ: ſcilicet ſacerdoti tanꝙ principali ⁊ dyacono tanꝙ miniſtro: tamen caracter imprimitur in traditione rerum ad illos ordines ptinentium. vnde ꝙuis principalis actus dyaconi ſit portare hoſtiã ſupra patinam ⁊ in calice vinum tamen in ſua ordinatione non põt exprimi per traditionẽ vaſoꝝ tñ cum hec debetur ſubdyacono nec per traditionẽ materie: ſcz corpis ⁊ ſanguinis xp̃i cũ ſacerdoti q̃ eſt principalis ſolum detur panis ſup patinam ⁊ vinũ in calice ⁊ non corp⁹ ⁊ ſanguis: ideo ꝙtum ad actũ ſecũdarium q̃ eſt legere euãgelium dicitur caracter imprimi dyacono in traditione libri euãgeliorum cum debita forma verborum epiſcopi. Similiter imprimitur ſacerdoti in traditõe panis in patina ⁊ vini in calice cum debita forma verborum epiſcopi ⁊c. quia principalis poteſtas ſacerdotis eſt conſecrare corpus chriſti ⁊ ſanguinem. Et hanc poteſtatem dedit chriſtus prius ante paſſionem ſuã diſcipulis ſuis cum dixit: Facite hoc in meã cõmemoratõnem. i. ad Corinth. vndecimo. Actus ſecũdarius ſacerdotis eſt ſoluere ⁊ ligare fideles ⁊ diſponere ad eucharistiam: id eſt ad eucharistie ſumptionem cuius poteſtatem accipit per manus impoſitionem cum dicit epiſcopus accipite ſpiritũſanctum quorum remiſeritis ⁊c.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Job.xx.⁊ hoc ꝑtinet ad corpus xp̄i miſticū ⁊ q: ſacramētum ordinis ꝓus reſpicit corpus xp̄i verum ꝙ̄
miſticū ideo d̄r imprimi in traditione rerū cū forma verboꝝ ep̄i ex q̄bus reb⁹ ſacrm̄ eucbariſtie confici
tur ſcꝫ pane in patina ⁊ vino in calice. Itē in vnctione manuū ſacerdotis nō impm̄it̄ caracter:ſed ſolū
fit vnctio manib⁹ ſacerdotis vt cū eis tangat corpus xp̄i ſicut calix vngit̄ vt contineat ſanguinē.⁊ pati
na vt contineat corpus xp̄i. Itē veſtimentis ſacris nō imp̄mitur caracter ſed ſolū ex eis ſignātur ea q̄
in ſacerdote ⁊ miniſtris eccleſie debent eſſe. De iſtis veſtimentis dictū fuit in ſacramento eucbariſtie.
De ſubſtantia huius ſacramenti ſunt ſex poteſtas ordinantis:q: debet eſſe epiſcopus materia. ſcilicet
vnctio in ſacerdotibus ⁊c̄.⁊ tactus illorum que tangenda ſunt forma verborum ſexus virilis:q: muli
er non recipit caracterē ordinis. Item intentio. Item ꝙ ordinandus ſit baptizatus:quia baptiſmus
eñ eſt ianua omnium ſacramentoꝝ ſm̄ compendium theologie libro ſexto. ¶ Quantum ad quintam
partem in qua actor noſter docet ad que dicēda tenetur promotus ad ſacros ordines.i.ad ſacra ꝓmo
tus ⁊c̄. Eſt notandū ꝙ ſubdyaconus dyaconus ⁊ preſ byter tenetur ſingulis dieb⁹ ad ſeptenas horas
ſcꝫ matutinas.primam:tertiam:ſextam:nonam:veſperas:⁊ completorium.⁊ hoc totuꝫ dicitur vt xp̄s
collaudetur ⁊ mors eius ſepius memoretur:⁊ modus talis eſt iuxta verbum ꝓphete dicentis ſepties
in die laudem dixi tibi domine quare ſepties vna ratione dicitur ſepties eo ꝙ homo occidetur a dya
bolo ſeptem vitijs mortalibus a quibus liberauit nos donuꝫ ſeptiformis gratie.ff. Alia ratio ſm̄ Jo.
Beleth. Quia dies etatem vniuſcuiuſqꝫ repreſentat.modo etas hominis eſt ſeptuplex. Infantia:pue
ritia:adoleſcentia:iuuentus:virilitas:ſenectus:⁊ decrepitudo. Per matutinas denotatur īfantia ⁊ ſic
de alijs. Matutinum dicitur in memoria q: xp̄us hora matutinali captus ⁊ victus fuit duct⁹ ad annā
principem ſacerdotum vbi fuit multipliciter deluſus ⁊ debet dici matutinum media nocte iuxta illud
p̄s.cxviij. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſticie tue. Unde patris ſapiē
tia veritas diuina:deus homo captus eſt ⁊c̄.. Prima d̄r in memoria:q: xp̄us illa hora in domo caypbe
ligatus fuit ad columnam ⁊ duriſſime illuſus ⁊ inde ductus ad pylatuꝫ iuxta illud. Hora p̄ma ductus
eſt ieſus ad pylatum ⁊c̄.⁊ ibi fuit flagellatus iuxta illud. In collo percutiunt manibus ligatum ⁊c̄.
Unde yſaie. A planta pedis vſqꝫ ad verticē capitis non erat ſanitas in eo. Tertia dicit̄ in memoria q:
in illa hora fuit crucifixus linguis iudeoꝝ clamantium ⁊ dicentium:tolle:tolle:crucifige eum. Juxta il
lud p̄s.xxi. Aperuerunt ſuper me os ſuū. Un̄ cantat eccl'ia. Crucifige clamitant hora tertiaꝝ. Sexta
dicitur in memoria q: illa hora illuſus flagellatus ⁊ expoliatus fuit ⁊ in cruce eleuatus ⁊ inclinatus.⁊
tunc fuit impletū illud.p̄s.xxi. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos. Un̄ cantat eccleſia. Hora ſexta
dn̄s ieſus eſt cruci conclauatus ⁊c̄. Nona dicit̄ in memoria q: in illa hora xp̄us expirauit dicēs. In ma
nus tuas dn̄e cōmēdo ſpm̄ meū ⁊c̄. Illa hora fuit a milite lanceatus. Un̄ cantat eccl'ia. Hora nona ie
ſus expirauit ⁊c̄. Veſpere dicunt̄ in memoria:q: in illa hora xp̄us datus fuit a pylato nobili decurioni
Joſeph ⁊ tūc depoſuerūt de cruce corpus eius.vn̄ cantat eccleſia. De cruce deponit̄ hora veſptina ⁊c̄.
Cōpletoriū dicit̄ in memoria:q: in illa hora corpus xp̄i datur ſepulture aromatibus conditum. Unde
cantat eccleſia. Hora completorij datur ſepulture corpus xp̄i nobile ⁊c̄. Et ſic eſſet bonuꝫ ꝙ illi qui te
nentur ad has horas dicendas eas dicerent horis determinatis.iuxta illud ſepties in die laudem dixi
tibi. De illa materia videatur extra de cele.c.preſbyter niſi legitimum obſtaret impedimentuꝫ ꝓpter
quod non valerent dici ſicut p̄mittitur. ¶ Quantum ad ſextam parteꝫ in qua actor noſter docet modū
dicendi ea ad q̄ tenentur ibi clerice pauſando ⁊c̄. Eſt notandum ꝙ hore debent dici cum nobilib⁹ pau
ſis non ſe feſtinando ⁊ hoc vt dicens intelligat ſententiam verborum:aliter non poſſet habere saporeꝫ
Item debent dici attente ita ꝙ aduertat circa illa que dicit. Item debent dici mente ſupplice.i.humili
Item debent dici ſeriatim.ita ꝙ p̄mo matutine.deinde prima ⁊c̄. Itē dn̄t dici ſine euagatione mētis
ita ꝙ non habeat mentem circa aliud ⁊c̄.quia quando quis orat cum domino loquitur.g̊. Item voca
bula non debent ſincopari. Iteꝫ vnus verſus non debet incipi quouſqꝫ alius verſus finiatur. Et quia
ſit hic mentio de euagatione mentis dicitur ꝙ decantus euitetur quia reddit animum cantorum va
gum eo ꝙ non ad laudem dei ſed ad vanam gloriam cantat:vt patet ſatis per experientiam.⁊ ſubdit
actor noſter ꝙ̄ planus cantus exerceatur qui non ſic facit hominem vagari. Item ꝙ planus cantus ꝓ
nuncietur moderate ſine exaltando vocem nimis exceſſiue. Unde cantorem oporteat ſiſtere cum ma
gna confuſione ⁊ deriſione ⁊c̄.⁊ de illa materia extra de celebra.miſ.c.dolentes. ¶ Queritur qui ſunt
illi qui poſſunt conferre ordines. Solutio dicendum eſt ꝙ collatio ordinis poteſt alicui conuenire
dupliciter aut iure communi ratione ſue ordinarie poteſtatis ⁊ ſic ſoli epiſcopi poſſunt cōferre ordīes
quia ab ipſos ſolum pertinet miniſtros in eccleſia inſtituere. Alio modo poteſt collatio ordinis alicui
conuenire ex indulgentia p̄uilegio vel ſpeciali commiſſione pape ⁊ ſic alij ab epiſcopis poſſunt con

ferre minores ordines:vt abbates alicui vel priores ⁊c̄. vigeſimatertia diſtinctione pſalmiſta ⁊
lxix. diſtinctione quoniam. ¶ Queritur quo tempore debent ordines conferri. Solutio. Maiores or
dines in ſabbatis quattuor tempoꝝ ⁊ ſabbato paſche in eccleſia ⁊ in miſſa. Sed minores ordines poſ
ſunt conferri alijs temporibus de tempori.or.c.i.ij.iij.iiij.⁊.c.litteras.⁊.lxxv.diſtinctione.ca.quod die.
Epiſcopalis dignitas poteſt cōferri ⁊ debet in die dn̄ica.lxxiij.di.c.i. ¶ Queritur qualiter ſit facienda
ꝓmotio ordinandoꝝ. Solutio. Ordinandi euocandi ſunt ad ciuitatem ⁊ tunc ep̄us debet eligere ſa
cerdotes ex latere ſuo ⁊ alios prudentes viros doctos diuine legis ⁊ exercitatos in eccleſiaſticis ſan
ctionibus qui ordinandorum vitam genus primam etatem inſtitutionum inueſtigent. Item ſi ſint
bene litterati ſi in lege domini inſtructi ſi fidem catholicam firmiter teneant vigeſimaquarta diſtin
ctione quando. Item ſi ordinandi ſint de legitimo matrimonio extra de elec. capi.cū in cunctis. Illi
enim quibus cōmittitur examinatio caueāt ne fauoris precis aut mūeris gratia indignum ad ſacros
ordines ꝓmouēdū manibus ep̄i applicēt in glo.prealleg.c.quādo.xxiij.d. grauiter.n.peccāt ⁊ epiſco
pi ⁊ examinatores qui ꝓmouēt indignos. ¶ Queritur vtrū epiſcop⁹ debeat aliquē promouere ad ſa
cros ordines ſine titulo. Solu.ſi epiſcop⁹ aliquē ſine titulo de quo neceſſaria vite percipiat ad ſacros
ordines puta ſubdyaconatum:dyiaconatum ⁊ preſ byteratū ꝓmouerit ſeu ordinauerit tādiu ei neceſ
ſaria ſubminiſtret donec in aliqua eccleſia ei conuenientia ſtipendia militie clericalis aſſignet niſi talis
ordinatus de ſua vel paterna hereditate ſubſidiū vite poſſit habere in ca.ep̄s. de preben.⁊ in glo. eiuſ
dem ⁊c. ¶ Queritur quid iuris ſi aliq̄s ſit epiſcop⁹ p̄termiſſo ſubdyaconat⁹ vel dyaconat⁹ ordine nun
quid poterit conferre oēs ordines. Sol.dicendū eſt ꝙ non pōt cōferre illū ordinē queꝫ non hꝫ.i.q.vij.
dyabertū.de con.di.iiij.capitu.quomodo.q: quod quis non habet dare nō poteſt.extra de elect.ſuffra
ganeos. Item pro nō dato habetur q̄d datur ab eo qui dare nō poteſt.extra de iu.patro.capitu. quod
autem. ¶ Sed queritur q̄d fiendum ſi q̄s prius efficiatur ſacerdos ꝙ̄ dyaconus. Solu. dicēduꝫ eſt ꝙ
ab officio ſacramentali debet prohiberi donec proximo ieiunio quattuor temporum ordinem dyaco
natus vel illum quem pretermiſit receperit quo recepto redeat ad officiuꝫ ſacerdotale ſicut ceteri pe
nitentia tamen ei iniuncta de cle.per ſal.promo.c.vno.⁊.lij. di.c.ſollicitudo. Et ſi ex certa malicia hoc
fecerit debet deponi ſm̄ compen.ſeptem ſacramentorum. ¶ Queritur vtrū non baptizatus ⁊ non con
firmatus poſſit ordinari. Solu.ſacramētum ordinis de neceſſitate preſuppouit ſacramētuꝫ baptiſmi
ideo nō baptizatus non pōt promoueri:q: baptiſmus eſt ianua oīm ſacramētorum. Item ſi ante ba
ptiſmū promoueret̄ in ep̄m non eſſet ep̄s. Et ſi aliquos crederet ordinare nō eſſent ordinati. Quantū
ad ſacramētum cōfirmatiōis ſec⁹ eſt:q: nō preſupponit̄ de neceſſitate.iō non opꝫ ꝙ ille qui ſuſcipit or
dines ſit ꝯfirmat⁹.verūtamen cōgruuꝫ eſſet ſm̄ cōpen.ſeptē ſacramētorum. ¶ Querit̄ vtrum heretici
ſciſmatici degradati ⁊ ab eccleſia preciſi poſſint cōferre ordines. So. dicēdū eſt ꝙ ſic ſi ab ip̄is forma
eccleſie ſeruetur ſm̄ mag.xxv.di.iiij.⁊.i.q.i.dominus declarauit. Tamen in c.p̄ter hoc.§.veꝝ.xxxij.di.
dicitur dum tales heretici ⁊c.ab eccleſia tollerātur ſecus ſi ſint notorij vel coniuncti per eccleſiaꝫ. Ta
men ſi conſtet promouēdis ſeu ordinādis ep̄m eſſe hereticum ⁊c. deberēt ab ip̄o elōgari ꝓpter ꝑicu
lum ⁊ ꝓcurare ab alio ordinari:quia ſm̄ cōpen.ſeptem ſacramētorum illi qui ordinātur ſcienter ab he
reticis degradatis ⁊c. non ſuſcipiunt gratiā cū illis ordinibus quos ſuſcipiunt ab illis epiſcopis he
reticis ⁊c̄. Et hec q: ab eis ſciēter recipiūt ſacramēta poſt eccleſie ꝓhibitōem. Ordines tn̄ recipiūt ⁊c̄.
Idem credo tenendū de ſymoniacis vt notat̄.ꝑ doct.ſupra.xxv.d.iiij. ¶ Queritur vtrū leproſus poſſit
eſſe prelatus. Solutio. Dicendū ꝙ non ꝓpter ſcandalū ⁊ horrorem populi tn̄ ſi poſt ꝓmotionē ſupue
nerit infirmitas dabitur ei coadiutor ⁊ ꝓuidebit̄ ei de bonis eccleſie ꝙ̄diu vitam duxerit in humanis
de cle.egro.c.tua.⁊.c.ex pte.⁊c̄. ¶ Querit̄ quot ſunt q̄ ipediūt ſuſceptionē ordinis. Solutio. Sexus fe
mineus nō pōt ſuſcipe ſacros ordines q: feia ē imago viri ⁊ vir imediate ymago dei.i.ad Corinth.xi.
cap. Un̄ ſi mulier vocet̄ dyconiſſa ī religione ⁊c̄.hoc eſt rōne officij legendi omelias ⁊c̄.⁊ non ratione
ordinis. Itē vſurarij ⁊ filij eoꝝ non debēt promoueri niſi reſtituant vſuras ⁊c̄. arg.xiiij.q.iiij.c.§.ergo
Itē incognitus ⁊ vagabundus non dꝫ ordinare de peregri.c.ij. Itē impedit homicidiū ꝓpter horrorē
effuſionis ſanguis. Itē ſeruitus ipedit executionē q: ſeruus nō pōt ſe alteri mancipari abſqꝫ licentia
dn̄i cuius eſt ſeruus:verūtn̄ ſi ordinet̄ erit ordinat⁹ ſꝫ executōe ordinis carebit de ſer.nō ordi.capi.i.⁊
ij. De ſeruis ꝓmotis ad ordines ſacros videat̄ q: ē magna cōtrouerſia inter docto.q: ſi ſit ſeruitus ꝑ
ſonalis ordinatus ſeruiet dn̄o ſuo iuxta ſuū officiū vel ſoluet talliam ſuam dn̄o ſuo ⁊c̄. Si vero ſit ſer
uitus realis ſeu p̄dialis poteſt renūciare ordinatus dictis rebus ſeruilibus ⁊ vti libertate.retinere au
tem non poteſt niſi ſoluat dn̄o ſuo talliam ⁊c̄.⁊ intelligat̄ ſi dn̄s ſciat ⁊ cōtradicat ⁊ ſimiliter ſi neſciat.
Et ſi ep̄us ſciat eum eſſe ſeruum ⁊ ordinet tenetur reddere domino ſeruū eque bonum ⁊ hoc intelligi

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tur in maioribus ordinibus: quia ſi epiſcopus ordinet in minoribus ordinibus deponitur et remanet ſeruus.liiij.di.nulli. Item bigamia impedit:quia per bigamiam tollitur ſacramentum vnitatis cuȝ bigamus carnem ſuā diuiſerit.xxvi.di.c.acutus. Item ꝓpter ſignum incontinētie ex eo ꝙ bigamus de vna trāſiuit ad aliā vt.lxxij.diſtin.capitu.propoſuiſti. Item quia bigamus non babet frontē bortandi viduitatem.xxvi.di.c.vna. Itē neophitus non poteſt ꝓmoueri vel non debet.xxvi.di.c.a cunctis. Item corpore viciatus.i.in mēbris manifeſtis oculo manu naſo ⁊ ceteris que generant difformitatem magnam in bomine de corpo.vi.c.i.⁊.ij.xvi.q.i.legi de claudo.ſi poteſt accedere ad altare ſine baculo dicēdum ē ꝙ poteſt promoueri ſinautem non ſm Hoſtiē.ſuper rubricā de corpo.vicia. Item illegitimi non debēt ꝓmoueri:qꝛ requitur claritas fame q̄ viciatur ex viciosa origine:vt.c.i.de filijs preſ by. Verūtamen ſi illegitime nat⁹ ſuſcipiat ordines caracterē ordinis ſuſcipit: ſȝ executiōe caret niſi fuerit diſpenſatum cum eo. Item obligati ad ratiocinia cuiuſmodi ſunt tutores procuratores ad negocia ante redditam rationē promoueri non debent. Primo quia tales non voto religionis tranſeunt ad clericatum:ſed vt fugiant reddere rationeȝ.li.di.capitulo primo. Secunda cauſa eſt: quia quando tales promouentur multum moleſtatur eccleſia ⁊ multa incōmoda patitur quando tales impelluntur a dominis ſuis quibus tenentur.li.di.capitu.preterea. Item ſm aliquos qui ſemel egerit penitentiam ſolennem non poteſt promoueri vel non debet nec etiam miles.xxxiij.q.ij.admonere. Item iudices aduocati accuſatores notarij ⁊ teſtes in cauſa criminali ſeu ſanguinis non debent promoueri vt.l.di.capitulo ſi quis viduam. Item milites qui effuderunt ſanguinem bumanum non debent promoueri.li.di.capitulo ſi quis. Item impedit matrimonium ordinis ſuſceptionem. Item impedit defectus cognitionis vel diſcretionis:vt in pueris dementibus ⁊c. Item impedit etas. vnde minores ordines non debent conferri ante.xiiij.annum. Subdyacbonatus et dyacbonatus a.xxi. vſqȝ ad.xxv.in.xxv.preſ byteratus. Epiſcopatus vero ſm iura non confertur alicui ante.triceſimum annum.tamen propter neceſſitatem eccleſie et ydoneitatem perſone poteſt tempus ordinum ex epiſcopi diſpenſatione anticipari:cum etiam quattuor primi ordines eodem die tradantur. In omnibus precedentibus ſi aliquis impeditus impedimento predictis fuerit ⁊ ad ordines accedat ſacramentum recipit: ſed non executionem ordinis:excepto primo impedimento de ſexu femineo: quia mulier nec caracterem recipit nec ordinis executionem. De diſpenſatione ſummi pontificis ſuperſedeo ne videar ſuam poteſtatem limitare vel eam nimis ampliare ⁊c. Ex premiſſis apparet ꝙ dignitas clericalis ſeu ordines non conferuntur a quolibet nec cuilibet nec in quolibet loco nec quolibet tempore nec qualibet bora diei ſed tempore miſſe ⁊c. ¶ Queritur vtrum papa poſſit alicui auferre poteſtatem quam conſequitur ex ſuo ordine. Solutio ſm Bonauenturam.quedam fundantur principaliter ſuper ordinem vt poteſtas conſecrandi:quedam autem ſuper iuriſdictionem canonicam vt poteſtas excommunicandi:quedam ſuper ordinem ⁊ eminentiam vt poteſtas ordinandi:quedam ſuper ordinem ⁊ iuriſdictionem vt poteſtas ligandi ⁊ abſoluendi in foro penitentiali. Et quia caracter auferri non poteſt: ideo poteſtas que conſequitur caracterem auferri non poteſt de facto vt cōficere ⁊ ordinare: poteſtas vero que conſequitur iuriſdictionem vt excommunicare abſoluere poteſt auferri: quia talis iuriſdictio deſcendit ab ipſo papa ⁊c. beatus Tbo.ſuper.xiiij.di.iiij.dicit ꝙ epiſcopus non dedit ordinem:ſed deus per miniſteriū epi:⁊ ſic deus poſſet auferre non epiſcopus: quia eps nō eſt conſtitutus miniſter auferendi ordinem ſicut conferendi. ¶ Queritur quales debent eſſe ordinandi. Solutio debent eſſe pudici boneſti in babitu ⁊ ad eccleſiarum regimen tales perſone ſunt admittende que diſcretione preeminent ⁊ morum fulgent boneſtate. de eta.⁊ qua.or.ca. indecorum.potu et cibo temperati.xv.q.i. ſane ſufficienter litterati. Super eo verbo ſufficienter litterati notetis verbum oſee.iiij.capit. Et erit ſicut populus ſic ſacerdotes menſueti ⁊ modeſti tonſuram deferētes clericalem boſpitales docentes: viliſſimus computandus eſt niſi precellat ſcientia ⁊ ſanctitate qui preſtantior eſt bonore.prima.q. capitulo viliſſimus. Correctores viciorum per viam diſcipline: cum increpare paſtor non vult: ⁊ ipſum et delinquentes occidit.xliij.diſtincti.ignorantia. In bijs que preſunt non eſt digna excuſatione neqȝ venia.diſtin.xxxviij.capitulo ſi laycis. Exemplum bone vite oſtendentes. Prelati enim poſiti ſunt quaſi ſigna ad ſagittum de accu.capitulo qualiter bone fame Debēt vitare om̄e crimē mortalis peccati non litigioſi:non cupidi. Ignorantia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs.duodecima.q.ſecunda.capitulo gloria eſt pauperum neceſſitatibus prouidere.non luſores de vita et boneſta.cle. capitulo.ix.ſunt Non negociatores.clericū negociatorē tanq̄ peſtē fuge.Aug. Nō exerceāt venatiōes clamoſas. Venatorē nunq̄ vidim⁹ ſanctū.xxxiiij di.c.quorūdam. Non cobabitēt cū mulierib⁹.in.c.tua

dē cobabita.cleri.⁊ mulie. Non ſint in comeſſationibus ⁊ fabulis:non interſint ſpectaculis inboneſtis:nō immiſceant ſe negocijs ſecularibus:nō intendant ioculatoribus ⁊ byſtrionibus:nō frequentent tabernas:boras nō negligant:iuſtum iudiciū non debent vendere nec eccleſiaſtica ſacramenta ſed gratis dare:nō ſint excōmunicati ſuſpenſi vel irregulares:nō apoſtate:nō ſymoniaci:nō ſolenniter penitentes:omnia illa reperiunt̃ in decretalibus in decreto.in.iiij.ſen.per docto.in compen.theologie li.vi.⁊ in glo.prime epi.ad tbymo.iij. ¶ Queritur qualiter ſit accedendum ad ſuſceptionem ordinis. Solutio quiſqȝ p cōfeſſionē ſe p̄paret.xxiiij.di.c.vult. In peccato mortali nō accedat. extra d̄ temporibus ordi.c.ad aures.primam tonſuram nō negligat:nullus ordinetur niſi ex animo ꝓcedat xxiiij.di.per totum.non accipiantur ſimul minores ordines cum ſubdyaconatu ⁊c.nec ſimul duo ſacri:vt ſunt tres maiores ſed gradatim.extra de tempo.ordi.ca.litteras. Item per ſaltum non accipiat quis ordinem nec ab alieno epiſcopo.xxv.di.perlectis.nec contra epiſcopi probibitionem nec ſine titulo.de vita ⁊ bo.cle.c.cū ſm apl̄m.nec furtiue d̄ eo q̄ furtiue or.c.i.⁊ vlt. Miſſam in qua ordinatur totaliter audiat.tangat omnia que ſunt tangenta vnuſquiſqȝ in ſuſceptione ſui ordinis.xxv.diſt.perlectis:ieiunus a ieiuno recipiat ordines.de temporibus ordi.c.litteras. Item non recipiantur ordines nec conferantur niſi temporibus ab eccleſia inſtitutis.de temporibus ordi.c.i.⁊.ij. Et boc ſufficiat de ſacramento ordinis.

¶ De ſacramento matrimonij.

Coniugium primo fecit deus in paradiſo
Aſſocians bominem:quos fecerat ⁊ mulierem
Ad prolem dandum legaliter atqȝ fouendum
Sit quoqȝ pro culpa:luxus carnis fugienda
Coniugij bona ſunt proleſqȝ fides ſacramentum
Hec tria nubentes:debent ſeruare volentes
Ut prolem generent:ſemperqȝ fidem ſibi ſeruent
Ut conuerſentur:ſemper ſimul atqȝ iuuentur
Fit quoqȝ coniugium:conſenſu ſed decet ipſum
Conſenſum ſignis:oſtendi ſiue loquelis
Quando tractatur:bene coniugium videatur
Anteq̄ factum ſit ſi patet impedimentum
Nam male peccarent:ſi contra ius ſociarent
Error conditio votum cognatio crimen
Cultus diſparitas:vis ordo ligamen boneſtas
Affinis ſi ſit:ſi forte coire nequibit
Hec ſocianda vetant:connubia facta retractant
Sed ferre vetitum probibent ſed non ea ſoluunt
Aduentus differt:ſponſos felix quoqȝ confert
Septuagena negat:paſce lux nona relaxat
Letaniaqȝ vetat:ſed trinum numen adiuuat.

Iſtud capitulum de matrimonio diuidit̃ in quinqȝ partes p̄ncipales. In p̄ma parte docet actor noſter inſtitutionē matrimonij ⁊ vbi fuit inſtitutū. In ſcd̄a parte docet cauſaȝ quare matrimoniū fuit inſtitutū. In tertia parte docet qūo matrimoniū cōtrabitur. In quarta parte docet que impediunt matrimoniū ↄ̄bendū ⁊ diſſoluunt ↄ̄tum. In quinta docet ac.q̄bus t̄pibus ꝓbibent̃ nuptie ⁊c.p̄ma in p̄ncipio.ſcd̄a ibi. Ad ꝓlem dandū.tertia ibi. Fit quoqȝ ↄiugium.quarta ibi. Quādo tractat̃.quinta ibi. Sȝ ferre vetitū. Quātum ad primā parteȝ q̄ eſt de inſtitutōe matrimonij ⁊ vbi. Eſt notandū ꝙ matrimoniū eſt viri ⁊ mulieris legitima ↄiunctio indiuiduā vite ↄſuetudinem c̄ptum ad ꝓpoſituȝ retinēs ſm mag.xxvij.di.iij.⁊ in rubrica de nuptijs Et ſi querat̃ quare potius dicit̃ matrimonium a matre q̄ a patre. Solutio:qꝛ plura onera matrimonij ſubdit mater. Nam in cōceptu grauida:in partu doloroſa:in lactando laborioſa.xxvij.q.i.in ſumma. Dicit̃ enim matrimoniū quaſi matris muniū.i.officiū:qꝛ dat mulierib⁹ eſſe matres. Sȝ qꝛ ſpon

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſalia precedunt matrimoniũ. ¶ Queritur quid ſint ſponſalia. Solu. Sponſalia de ſpondeo ſunt mu-
tua ꝓmiſſio celebrãdi matrimoniũ. xxvij. q. ij. in ſumma. Aliter dr̃ ꝙ ſpõſalia ſunt futurarũ nuptiarũ ꝓ-
miſſio. ff. de ſpon. l. i. ⁊ . xxx. q. v. c. noſtrates: in quo capi. dr̃ ꝙ contrahẽtes ante debẽt in eccleſia bene-
dici ꝗ̃ carnaliter cõmiſceri. Et cõtrahũtur ſpõſalia quattuor modis. vno mõ nuda ꝓmiſſione: vt ſi ali
quis dicat alicui accipiã te in vxorẽ ⁊ illa dicat accipiã te in virũ meũ. Scdo mõ datis arris ſponſalitijs
ſcz aliqua pecunia vel alijs reb᷑. Tertio mõ anuli ſubarratiõe q̃ vulgariter dr̃ deſpõſatio. xxvij. q. ij. c.
ſi ꝗs deſpõſatam. Quarto mõ iuramẽto extra de ſpon. c. i. de illis. ⁊ ca. ꝑterea. Quadruplex eſt mr̃imo-
nij cãe ẽficiẽs: ſcz aĩorũ conſenſus ꝑ verba de p̃ñti expreſſus. Materialis vt ipſe ſint perſone legitime.
Formalis vt benedictio ⁊ anuli ſubarratio. Finalis ẽ duplex. principalis ſicut ꝓlis ꝓcreactio. Et min᷑
pricipalis ſicut fornicatiõis vitatio. qr̃ matrimoniũ nõ ſolũ ẽ in officiũ ſed etiã in remediũ. Quãtum ad
ſcdam ꝑtẽ qua querebat᷑ vbi fuit matrimoniũ inſtitutũ ẽ dicendũ ꝙ fuit inſtitutũ in ꝑadiſo terreſtri
ante peccatũ ad officiũ vt repararet᷑ lapſus ãgelorũ. et fuit inſtitutũ his verbis. hõ nũc os ex oſſibus
meis ⁊ caro de carne mea ⁊c. Geñ. iij. c. ⁊ ꝑ mag. xxvi. di. quarti. Alij dicunt ꝙ fuit inſtitutũ his verbis
Creſcite ⁊ multiplicamini. ⁊c. ſed ego teneo primũ. Fuit etiã inſtitutũ matrimoniũ poſt peccatũ ad re-
mediũ extra ꝑadiſum vt vitaretur fornicatio. xxxij. q. ij. §. his ita. ⁊ per mag. xxvi. diſtin. quarti ſenten.
Chriſtus enim nuptijs interfuit in chana galilee vbi aquã in vinũ conuertit. Johã. ij. xxvi. di. iiij. ſen.
Quadruplex diſtinguitur matrimoniũ. Carnale inter virũ ⁊ mulierem. Morale inter deũ ⁊ aĩam in ec-
cleſia militãte per gratiam. Allegoricum inter xp̃m ⁊ eccleſiã. Anagogicũ inter deũ ⁊ aĩam in eccleſia
triumphãte per conuũctionem glorie. ¶ Quãtum ad ſcdam partẽ in qua act. noſter docet quare ma-
trimoniũ fuit inſtitutũ ibi. Coniugij bona ſunt. Eſt notãdum ꝙ matrimoniũ fuit inſtitutum tribus de
cauſis principaliter. vna cã prolis ad cultũ diuinũ educãde. alia cã inſtitutõnis fuit fides que conſiſtit
in reddẽdo debitũ vel exigendo: ita ꝙ neuter alieno thoro maculetur: ſed vterqꝫ poſſideat ſuũ vas in
ſanctificatiõe. iuxta Apo. Alia cã fuit ſacramẽtum q̃tuꝫ ad inſeꝑabilitatem vt matrimoniũ non diſſol
uatur quia matrimoniũ ſignũ eſt coniũctionis chriſti ⁊ eccleſie. Et hoc intelligitur ſi matrimoniũ ſit
legitime celebratũ: qr̃ quos deus coniũxit homo q̃tumcunqꝫ ſit auctoritatis non poſt ſeꝑare. Si ve-
ro illegitime matrimonia tractãtur vel fuerint tractata eccleſia prouidere poteſt vt videbitur inferi-
us ⁊c. Iſta eñi tria: ſcilicet proles fides ⁊ ſacramẽtum ſunt bona propter que matrimoniũ fuit princi-
paliter inſtitutũ infra. xxxij. q. i. c. omne. Tamen dicitur ꝙ matrimonij cauſe quedam ſunt per quas vt
ſponſalia ⁊ conſenſus. quedã propter quas. Et harũ quedã ſunt principales vt ſuſceptio ſobolis ⁊ vi-
tatio fornicatiõis. Alie cauſe ſunt ſecũdarie vt pulchritudo femine. vnde Eccleſia. xxxvi. Species mu
lieris exilarat faciem viri ſui ⁊ ſuper oẽm concupiſcentiam hominis inducit deſideriũ. diuitie amicorũ co-
pia pacis reformatio ⁊c. Matrimoniũ cõmendatur multipliciter. Primo propter inſtituentem: quia
deus ipm̃ inſtituit. Secũdo ꝓpter locũ in quo: qr̃ in ꝑadiſo terreſtri. Geñ. ij. Tertio rõne antiquitatis
qr̃ primo inſtitutũ. Quarto rõne ſtatus qr̃ in ſtatu innocẽtie ⁊ in illo felici tẽpore in que nondũ homo
peccauerat. Quinto qr̃ hunc ſolũ ordinẽ deus ſaluauit tẽpore dilunij. Sexto qr̃ Beata virgo mater
ſaluatoris hũc ordinem intrauit. Septimo qr̃ xp̃s voluit honorare nuptias ſua p̃ſentia ⁊ matris ſue ⁊
diſcipulorũ ſuorum ⁊ ibi cõuertere aquã in vinum ⁊c. Octauo ꝓpter excellentẽ benedictionẽ quã ec-
cleſia facit cõiugibus iuxta altare. Nono ꝓpter precioſum fructũ qui ex matrimonio ꝓcedit. Decimo
qr̃ eſt vnũ de ſeptem ſacramẽtis. Undecimo qr̃ ꝓpter matrimoniũ opus carnale quod foret mortale
eſt veniale vel omnino ſine peccato. ¶ De mõ contrahẽdi. Ille qui vult ꝯtrahere matrimoniũ p̃rio dꝫ
hr̃e intẽtionẽ ad deũ: ſcz vt ꝯtrahat aĩo generãdi filios ſm carnẽ qui poſt fiãt filij dei ꝑ adoptionẽ. exẽ-
plo tho. vi. c. cui dixit angel᷑ in eos qui coniugiũ ita ſuſcipiũt vt deũ a ſe ⁊ a ſua mẽte excludãt ⁊ ſue li-
bidini vacẽt ſicut equus ⁊ mulus quib᷑ nõ eſt intellectus hꝫ demoniũ poteſtatẽ ⁊c. ¶ Quãtum ad ter-
tiam ꝑtem in qua act. noſter docet quomodo matrimoniũ ꝯtrahitur ibi. Fit quoqꝫ coniugiũ. eſt notã-
dum ꝙ matrimoniũ ꝑ ſponſalia initiatur per cõſenſum aĩorũ exp̃ſſum per verba de p̃ñti ratificatur ꝑ
carnalẽ copulã conſummatur ⁊ ꝑficitur. Et ſi ꝗs quereret vtrũ carnalis copula ſit de eſſentia matrimo
nij ita ꝙ ſine ipa matrimoniũ eſſe nõ poſſit. Dicẽduꝫ eſt ꝙ carnalis copula nõ eſt de eſſentia matrimo
nij: qr̃ ſi ſic non fuiſſet verũ matrimoniũ inter virginẽ mariã ⁊ Joſeph qd̓ eſt falſum. ¶ Querit᷑ vtrũ cõ-
ueniens fuit ꝙ beata virgo nupſerit. Solutio dicẽdum eſt ꝙ ſic. qr̃ vt. d. Berñ. tolerabili᷑ fuit vt cre-
deretur xp̃s natus de cõiugio q̃ de adulterio: quia tũc iudei habuiſſent colorẽ excuſationis cõtra ipm̃
qr̃ adultere de tribu ſacerdotali comburebãtur. alie vero lapidabãtur ſm cõpen. theolo. Itẽ propter
occultationẽ diuini conſilij: qr̃ vt dicit Ber. non poterat dyabolo latere qd̓ homines ſcirent. vnde qr̃
cõiugata fuit ꝑ hoĩes ſcire nõ potuit nec ꝑ ſe: qr̃ ꝓcul a virgine repellebatur ſm Bona. ⁊ ſm mag.
ſenten. xxix. diſtincti. iiij. Ut virgo ſolatio viri ſuſtẽtaretur vt Joſeph eſſet teſtis caſtitatis defenderis

eam ab infamia ſuſpitõis: ne vt adultera dãnaret᷑ ⁊c. vt ipa btã v̾go deſignaret eccleſiã deſponſatam
xp̃o q̃ ſimiliter v̾go eſt: vt ꝑ Joſeph oñderet᷑ origo eius: qr̃ ꝑ viros genealogia texit᷑ ne legi q̃ cõmẽda
hat matrimoniũ ꝯtrari dñs videret᷑ ſm ꝯpẽ. theo. ¶ Querit᷑ cũ btã v̾go fuerit de tribu ſacerdotali qd̓
cõſtat qr̃ erat cognata elizabeth qualiter nupſit Joſeph q̃ erat de tribu iuda. So. ſm Bo. ex ꝑte ma
tris erat de tribu ſacerdotũ ⁊ ex ꝑte patris erat de tribu dauid: qr̃ puelle de gñe ſacerdotali nõ artabã
tur illa lege qr̃ nõ ſpectabat ad eas hereditas. ⁊ ꝯgruũ erat vt deſpõſaret᷑ ioſeph rõne generis ⁊ fideli
tatis: qr̃ ſctũs ⁊ iuſtus fuit de quo btã v̾go certificata fuerat vt eſſet ei in teſtimoniũ ⁊ ſolatium. Item
ratione pauꝑtatis qr̃ xp̃s qui ſuꝑ oĩa venit ꝯfundere ſupbiã potius voluit dici filius fabri q̃ fili᷑ regis
licet ipſa eſſet ex regali ꝓgenie orta. ¶ Queritur vtrũ virginẽ glioſam decuit vouerẽ v̾ginitatẽ. So.
dicendũ eſt ꝙ ſic vt eſſet mater xp̃i incorrupta ⁊ corꝑe ⁊ voluntate. ꝑfecta eñ incorruptio ꝯſiſtit in vo
to v̾ginitatis. Alia cauſa ẽ vt eſſet mulieribus exẽplũ v̾ginitatis ſicut xp̃us eſt exemplũ viris. Tertia
cauſa eſt ꝓpt̃ ſanctitatẽ ꝓuilegij vt quã altiſſimus fundauit eſſet ſanctior ⁊ amabilior vniuerſis. Et ſi
obijciat᷑ ꝙ ſterilis in lege erat maledicta. So. q̃ legis auctorẽ genuit nõ erat ſub lege. Et rurſus q̃ ſpũ
dei agũtur non ſunt ſub lege ſed btã v̾go erat plena ſpũſancto ⁊ nõ ꝑtinet ad eas ſed ad euangeliũ qd̓
ab infantia ſcriptũ erat in corde ſuo digito dei ſm Bo. Ueniẽdo ad queſitũ dico ꝙ tam ſpõſalia q̃ ma
trimonium efficiũtur ꝑ v̾ba cũ conſenſu animorũ. ſed differunt qr̃ ſponſalia fiunt ꝑ verba de futuro vt
dicendo accipiã te in meã ⁊c. ⁊ mr̃imoniũ fit ꝑ v̾ba de p̃ñti vt dicẽdo accipio te in meã: ⁊ intelligatur
cũ conſenſu vtriuſqꝫ cõiugũ: qr̃ licet v̾ba ꝓlata fuerint ⁊ conſenſus aĩorũ defuerit ex ꝑte vnius ſpõſalia
ſeu matrimoniũ non valent. Ad matrimoniũ eñi requirũtur conſenſus ⁊ v̾ba conſenſum aĩorũ eorum
qui matrimonialiter copulãtur exp̃mẽtia vt dicendo accipio te in vxorẽ meã ⁊ ipſa dicat accipio te in
meũ maritũ. ¶ Querit᷑ q̃d iuris in illis qui ſunt muti et in illis q̃ ſe adinuicẽ nõ intelligũt: qr̃ tales non
poſſunt nec ſciũt exp̃mere mentis conceptũ. Solutio in talibus qui ſe adinuicẽ intelligere nõ poſſunt
ꝓpter ydiomatũ diuerſitatẽ vel q̃ loqui non p̃ñt ſigna ꝓ v̾bis reputant᷑ ⁊ in eis ſigna exp̃mentia con-
ſenſum ſufficiũt. ¶ Querit᷑ vtrum ꝑ verba aliorum q̃ nubentium poſſit effici matrimonium. Solutio
Si puella verecundia taceat nec contradicere videatur ⁊ parentes loquantur ⁊ ipſa verbis eorum
non contradicat nec contradicere videat᷑ verba parẽtũ cõputabũtur ꝓ verbis puelle ⁊ ſic mr̃imoniũ
cõtrahet᷑. Itẽ ſi aliq̃ ꝑtãteꝫ ſui cõſenſus in aliquẽ poſuerũt ꝓcuratorẽ ⁊ cõſenſus inter ꝓcuratores fir-
met᷑ ſeu inter nũcios ad hoc deſtinatos nõ cõtradicẽtibus illis ꝓ quib᷑ mittũtur anteq̃. dictorũ ꝓcu-
ratorũ aut nũciorũ cõſenſus firmet᷑ verũ matrimoniũ ꝯtrahit᷑. Si tñ ꝓbabiliter ſentiretur ꝙ ambo vel
alter eorũ nõ conſentiret priuſq̃ per ꝓcuratorẽ ſuũ preberet᷑ pro ipis cõſenſus nullũ eſſet matrimoniũ
¶ Querit᷑ vtrũ furioſi amẽtes ⁊c. poſſint contrahere matrimoniũ. Solu. circa tales furioſos ⁊c. cadit
diſtinctio: qr̃ aut hmõi furia precedit matrimoniũ aut ſeq̃tur: ſi ſequatur matrimoniũ nullo modo ipm̃
dirimit. Si aũt precedat aut furioſus hꝫ dilucida interualla. tũc lꝫ non ſit tutũ ꝙ ꝯtrahat matrimoniũ
eo ꝙ neſcit educare ꝓlem tñ ſi cõtrahat verũ eſt matrimoniũ. Si aũt nõ habeat dilucida interualla: ſꝫ
ſemꝑ in furia ꝑmanet cũ vſum rõnis nõ habeat per ꝯñs nec conſenſum nec matrimoniũ põt ꝯtrahere
arg. iij. q. ix. c. iudicas. vij. q. i. q̃uis triſte. ⁊ ꝑ ma. ſen. xxxiiij. di. iij. ¶ Queritur vtrũ conſenſus cõditio-
nat᷑ faciat matrimoniũ. Solu. diſtinguẽdũ eſt qr̃ aut cõditio eſt de p̃terito aut de p̃ñti aut de futuro.
Si de p̃terito vt dicẽdo cõtraho tecũ ſi marit᷑ tuus ſit mortu᷑: tũc ſtãte ꝯditiõe tꝫ matrimoniũ. Si cõ
ditio ſit de p̃ñti vt dicẽdo cõtraho tecũ ſi es virgo: tũc ſtãte cõditiõe tꝫ mr̃imoniũ al̓s nõ. Si v̾o cõdi-
tio ſit de futuro: tũc diſtinguendũ eſt: qr̃ aut illa cõditio eſt ꝯtra bona mr̃imonij vt dicẽdo ꝯtraho tecũ
ſi venena ſterilitatis ꝓcures: vel accipio te: qr̃ nũq̃ tibi reddã debitũ ⁊ hmõi: tũc nõ tꝫ mr̃imoniũ. xxij.
q. iij. c. inter cetera. extra de cõ. apo. indeſ. c. vl. Si v̾o cõditio ſit de futuro ꝓ alio ſine inhoneſto q̃ nõ
eſt cõtra bona mr̃imonij: vt dicẽdo ꝯtraho tecũ ſi furtis meis cõſentias: tũc talis cõſenſus nõ impedit
matrimoniũ cũ talis cõditio ꝓ nõ adiecta habeat᷑. Si aũt fuerit cõditio de futuro ⁊ nõ neceſſaria vt
dicẽdo ꝯtraho tecũ ſi ſol oriat᷑ cras: tũc tꝫ qr̃ talia futura ſunt p̃ñtia in ſuis cauſis. Si v̾o cõditio ſit im
poſſibilis tũc tꝫ mr̃imoniũ ⁊ illa nõ pro adiecta habet᷑. Si v̾o cõditio fuerit cõtingẽs vt dicẽdo cõtra-
ho tecũ ſi dederis mihi centũ libras vel ſi patri tuo placuerit: tũc ſtãte cõditione ſtat matrimoniũ al̓s
nõ. ¶ Querit᷑ cũ carnalis copula nõ ſit d̓ eẽntia mr̃imonij abſolute vt dictũ extitit: ſꝫ ſol᷑ cõſenſus ꝑ ver
ba de p̃ñti exp̃ſſus verũtamen ſeq̃tur ad ipꝫ carnalis copula iplicite ſicut effect᷑ ad ſuã cãm ⁊ vſus rei
ad ſuũ effectũ. iõ cũ talis co. car. q̃ eſt act᷑ cõiugalis dei cõſiſtat in petitõe ⁊ redditiõe debiti. Dubitat᷑
vtrũ alter ꝯiugũ teneat᷑ alteri reddere debitũ: ⁊ ſi teneat᷑ vtrũ reddere ſꝑ teneat᷑. Sol. de rõne p̃cepti
alter ꝯiugũ tenet᷑ alteri reddere debitũ: qr̃ vt ait Apo. p̃ria ad Corint. vij. Uir vxori debitũ reddat. ſili-
⁊ vxor viro. mulier ꝑtãteꝫ ſui corꝑis nõ hꝫ ſꝫ vir: ⁊ vir ꝑtãteꝫ ſui corꝑis nõ hꝫ ſꝫ mulier. ⁊ iõ obligatio

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

erddendi debitũ vir ⁊ mulier ſunt equales ⁊ tenentur alter alteri reddere debitũ. Sʒ queritur vlteri
us an ſemꝑ. Rñdetur cũ diſtinctiõe q: incolumitas ꝑſone prius dʒ cõſiderari: q: ſi ex hac redditiõe vi
deret̃ eminere periculũ nõ eſt reddẽdũ debitũ vt ſi ex frequẽtia reddẽdi alter coniugũ incurreret dã
nificationẽ corꝑis ⁊c. ⁊ iõ tale debitũ reddẽdi eſt ſine alteriꝰ ꝯiugũ leſiõe ¶ Querit̃ vtꝝ vir teneat̃ red
dere debitũ vxori nõ petẽti Sol. q: aliq̃ mulieres ſunt verecũde ⁊ nõ audẽt petere dʒ maritꝰ redde
re: q: ꝑ hmõi redditionẽ datur remediũ contra vxoris concupiſcẽtiã lʒ eñ vxores aliq̃ pre verecũdia
non audeãt verbo exprimere illã neceſſitatẽ carnis quã patiũtur tñ ſignis plerũq; illam indicãt quate
mariti poſſunt leuiter percipere ⁊ per ꝯñs reddere ne deteriꝰ cõtingat ⁊c. ¶ Querit̃ vtrũ viro lepro
ſo petenti debitũ teneat̃ vxor reddere. So. dicendũ eſt ꝙ ſic. ſʒ non tenet̃ cũ eo habitare q: nõ ita cito
ex cõcubitu carnali vxor inficitur reddẽdo debitum ſicut poſſet inſici ex frequẽti cohabitatione cum
eo alio mõ: ⁊ lʒ ex tali cõcubitu qñq; proles maculata generetur meliꝰ eſt tñ proli ſic eſſe ꝙ penitꝰ nõ
eſſe. ¶ Queritur vtrũ a muliere menſtruoſa vir debeat petere debitũ an ipſi reddere. Solutio diſtin
guendũ eſt: q: aut illud menſtruũ cõtingit ei naturaliter aut nõ naturaliter: ſi naturaliter qñ eſt ſana ⁊
tꝑibus determinatis in tali fluxu menſtrui ꝓhibitum eſt. ne vir accedat ad mulierẽ menſtruatã cum
in tali fluxu mulier poſſet de facili concipe ꝓlem q̃ de facili corrũpitur. iõ tali tꝑe prohibitum eſt ab ea
debitum petere vel ei reddere. Tamẽ circa h̃ eſt notandũ ꝙ ſi vir hoc ſciuerit ⁊ petierit ab vxore debi
tum vxor dʒ auertere ꝑcibꝰ ⁊ monitis vt deſiſtat a petitiõe: non tñ dʒ ita auertere efficaciter ꝙ poſſit
viro eſſe occaſio incidẽdi in alias tẽtationes culpabiles ⁊ precipue ſi vir ſit ꝓnus ad illa ⁊ fuerit incõ
tinens: q: tunc debet mulier ei reddere. Si vero vir ignoret fluxũ menſtrui naturalis vxoris ſue ⁊ de
bitum petat mulier dʒ aliquem occaſionem ſine mẽdatio pretẽdere vel infirmitatẽ allegare ne debitũ
reddat niſi periculũ emineret vt prius dictũ fuit de incontinẽtia viri q: tunc reddere poſſet cũ dolore ⁊
inuolũtarie infirmitatẽ. tamẽ hmõi viro ſuo nullo modo dʒ indicare ne de ipſa vir abhominationẽ cõ
cipiat niſi de prudẽtia viri vxor ꝓbabiliter ꝑſumat. Si vero fluxꝰ mẽſtrui innaturalis fuerit: q: fit cõti
nue ⁊ immoderate: tũc põt vir petere ⁊ reddere nec ſic eſt ꝓhibitũ q: aliter oporteret virũ ꝑpetuo cõti
nere: etiã q: in tali ſtatu cõtinuo mẽſtrui mulier concipe nõ põt ſic pʒ ꝙ in fluxu naturali vir nõ dʒ pe
tere nec reddere debitũ vxori ipm fluxum patiẽti: ſʒ in fluxu nõ naturali ſeu in naturali põt ⁊ reddere
⁊ petere. ¶ Queritur vtrũ liceat viro querere debitũ a muliere pregnãte. Sol. ſi debitũ poſſit reddi ſi
ne periculo abortiuationis põt vir debitum petere a ſua muliere pregnãte ⁊ ei reddere: q: vſus matri
monij licitꝰ non ſolũ eſt in officiũ: ſʒ etiam in remediũ cõtra caſum incontinẽtie. Si võ nõ poſſit reddi
debitũ ſine periculo fetꝰ non dʒ debitũ exigi nec reddi: q: principalior eſt matrimonij inſtitutio in offi
cium: ſcʒ ꝓpter ꝓlis educationẽ ⁊ conſeruationem ꝙ̃ in remediũ ⁊ ſic intelligit̃ illud Ihero. Poſtꝙ̃
venter intumuerit nõ perdãt filios. ¶ Quãtũ ad quartã ꝑtem q̃ eſt de hijs q̃ impediũt matrimoniũ
contrahẽdũ ⁊ diſſoluũt ꝯtractũ ibi. Qñ tractat̃ ⁊c. Eſt notandũ ꝙ plura ſunt q̃ impediũt mrĩmonium
contractũ ⁊ cõtrahẽdũ. Spõſalia eñ diſſoluũtur pluribꝰ modis. vno mõ qñ vnꝰ ſponſoꝝ altero inuito
vult trãſire ad religionẽ ante carnalẽ copulã ille qui remanet in ſeculo abſoluit̃ a vinculo ſpõſaliũ eti
am ſi ſint ſpõſalia de pñti extra de ſpon. duo. c. lʒ ꝑter ſolitũ. Scdo mõ qñ non inuenit̃ ſpõſus: q: tranſ
fert ſe ad extraneã regionẽ extra de ſpon. c. de illis. Tertio mõ ſi alter lepram incurrat extra de cõiu. le
pro. c. litteras. Quarto mõ ſi ſuperueniat affinitas puta q: ſpõſus cognouit conſanguineam ſpõſe vel
ecõuerſo. xxvij. q. ij. c. quidã deſpõſauit ſi quis ſpõſam. Et ad iſtud ꝓbãdum ſufficit ſola fama extra de
de affi. ⁊ cõſan. c. ſuper eo. Item qñ reperitur inter eos cognatio ſpũalis. Quinto mõ ſi mutuo ſe abſolue
rint extra de ſpon. c. ꝑterea. Tamen aliqui dicũt ꝙ nõ eſt deciſa ⁊ ſic iſtũ caſum non recipiunt. Gratia
huiꝰ querit̃ vtrũ ſponſus ⁊ ſpõſa poſſint ſe abſoluere. Sol. dicẽdum ꝙ ſic quo ad ſponſalia: tñ ille per
quẽ ſtetit ꝙ nõ conſumat̃ matrimoniũ dʒ puniri extra de ſpon. duo. c. i. Hug. tñ dicit ꝙ non poſſunt ſe
abſoluere niſi per eccleſiam in. c. vno allegato. xxx. q. vlti. Sexto modo ſi alter eoꝝ fuerit fornicatus
vel naſum perdat vel oculũ vel palyticus efficiatur vel ſibi aliud horribile cõtingat poſt ſponſalia ex
tra de inter. nup. c. ꝙ̃admodum. Septimo mõ qñ per verba de pñti cõtrahit̃ matrimonium vel ꝑ ver
ba de futuro. ⁊ nõ ſeq̃tur car. co. ꝙ̃uis nõ ſine peccato extra de ſpon. c. cõſuluit. ⁊ extra de ſpon. duo. c.
tua nos. Octauo quãdo minor venit ad etatem adultam ⁊ petit abſolui a vinculo ſponſaliũ ⁊ dari ſibi
licentiam nubendi alteri extra de ſpon. impu. c. de illis a nobis. tan. Gratia iſtiꝰ vltime particule queri
tur quod tempus requirtur ad ſponſalia contrahẽda. Solu. dicẽdum ꝙ tẽpus ſeptẽnij requirit̃ tam
in viro ꝙ̃ in muliere extra de ſpon. impu. ca. litterras. ⁊ de ſpon. capitu. gẽma. ⁊ per magi. xxxvi. di. iiij.
ſentẽ nec ante illud tenent eorum ſponſalia ſi per ſe aut per parentes facta fuerint. iij. q. ij. vbi non eſt
conſenſus nec aliqua affinitas ex illis cauſatur niſi dum ad illud tempus peruenientes ea ratifi

cauerint: q: tunc valerẽt ſponſalia ⁊ oritur affinitas quodãmodo non proprie: ſed propter reipublice
honeſtatis iuſticiam: vt videbitur inferius ita ꝙ ꝙ̃uis ſponſus eam non cognoſcat carnaliter: tñ con
ſanguineam eius nõ poterit habere in vxorem. extra de ſpon. impu. c. litteras. c. acceſſit. ⁊. c. duo pue
ri. ⁊ de ſponſa. c. ſponſam. Unde poſtꝙ̃ vir vel mulier primum ſeptennium tetigerit ſeu attigerit po
teſt ſe per verba de futuro obligare nõ tamẽ matrimoniũ ꝯtrahere: q: mulier in. xij. anno poteſt in
matrimonio copulari ⁊ ad hoc ſe obligare: q: eo tꝑe eſt apta generationi vir aũt in. xiiij. anno põt ſe
obligare matrimonio. de ſpon. c. ꝯtinebat̃. §. ſi aũt. ⁊. §. ſi vero puella. de ſpon. impu. quaſi ꝑ totum.
Quandoq; tñ tꝑs ꝑuenitur ſm corꝑis eoꝝ potentiã ⁊ aptitudinẽ ⁊ vſus rationis accelerationẽ. Ta
men ſi ante dictã etatem. xij. anni. ⁊. xiiij. carnaliter cõmiſcuerũt mrĩmonium erit cũ ſic etatẽ videatur
malicia ſuppleuiſſe. extra de deſpon. impu. c. de illis. ¶ Querit̃ vtrum patres poſſint dare nuptui fili
os ⁊ filias inuicẽ ⁊ ſi ſupra hoc iurauerint. ſ. ꝙ vnus daret filio alterius filiã ſuam ⁊c. quid iuris. So.
põt videri de ſpon. c. ex litteris. xxx. q. ij. c. i. Alienũ enim factũ põt ꝓmitti nec ſunt rei ꝑiuri lʒ filij non
ꝯhant dũmodo parentes dent operã quã poſſunt. xxxi. q. iij. c. ſi quis parentes. ⁊ ſi pena fuerit appo
ſita nõ põt peti: q: matrimonia nõ poſſunt aſtringi vinculo pene. ff. de ver. oblig. l. ticia. ⁊. c. gẽma. de
ſpon. maxime cũ ꝑ parẽtes nõ ſteterit quin matrimoniũ ſortiret̃ effectũ. tamẽ ſi ꝑ extraneas ꝑſonas
pena fuerit appoſita talis pena põt peti: vt tenent Hoſti. ⁊ Hugo. in. c. gẽma. de ſpon. Ad mrĩmoniũ
enim ꝯhendum requirit̃ ꝯſenſus vtriuſq; ꝯhentis pubertas ⁊ potẽtia coeundi. ar. xxxiij. q. i. c. i. Et
hoc de impedimẽtis ſponſaliũ. Item tria ſunt ornamẽta ſponſe: anulus in digito ꝑ quod deſignatur
operis puritas: monile in pectore ꝑ quod deſignat̃ affectus ſinceritas: corona in capite ꝑ quod deſi
gnatur latitudo ꝯtẽplationis: q: in capite eſt ꝑſpicacitas intellectus ſm cõ. pen. theo. Deus eñi dicit
Geñ. ij. Faciamus ei adiutoriũ ſile: vbi innuit̃ ꝙ nobilis capere nobilẽ debet ⁊ ignobilis ignobilem
mãtrimonialr: ⁊ hoc ſignificat̃ nobis in anulo qui ſi ſtrictior ſit nõ congruit digito: ſi largior decidit
a digito: nec debet capi mulier ꝓpter pulchritudinẽ ⁊ delectationẽ carnalẽ: q: illa fuit vna cã diluuij
Geñ. vi. Viderũt filij dei filias hoĩum ꝙ eſſent pulchre ⁊c. ¶ Querit̃ que ſunt illa que impediunt ma
trimoniũ: de illa materia põt videri in ſumma can. in capi. que ⁊ quot ſunt impedimenta matrimonij
⁊c. So. dicẽdum eſt ꝙ illa que impediũt matrimoniũ continent̃ in his verſibus qui ſequunt̃. Error
cõditio votũ cognatio cultus. Diſparitas vis ordo ligamen honeſtas. Si ſis affinis ſi forte coire ne
quibis. Hec ſocianda vetant cõnubia iuncta retractant. Nunc accedendũ eſt ad declarationẽ predi
ctorum verſuũ: ⁊ ꝑmo ad impedimentũ ꝑ errorẽ dicendũ eſt ꝙ quattuor ſunt errores: fortune: qualita
tis: ꝑſone ⁊ ꝯditionis. Error fortune eſt qñ credit aliquis ꝯhere cum diuite ⁊ ꝯhit cum paupe. Error
qualitatis qñ credit ꝯhere cum bono ⁊ ꝯhit cum malo. Iſti duo errores nõ dirimũt matrimoniũ qñ
ſi quis ducit vxorem meretricẽ quã credebat eſſe caſtã vl' virginem nõ põt eam dimittere: ⁊ ille error
vocat̃ error qualitatis. Similiter ſi quis nubit paupi nõ põt ꝓ tanto repudiare: vt notat̃ ꝑ doct. ſup
xxx. di. iij. ſen. xxix. q. i. in ſumma ⁊ ꝑ totũ ⁊ ꝑ Tan. in rubrica de impedimẽto ꝯditionis. Error vero ꝑ
ſone ⁊ ſeruilis ꝯditionis impedit matrimoniũ: rõ eſt q: illud qd̃ impedit cãm ⁊ dirimit impedit effe
ctum illius cauſe. Mutuus aũt ꝯſenſus cã eſt matrimonij qui ꝯſenſus ꝑſupponit cognitionẽ: ⁊ q: er
ror ꝑſone cum qua ꝯhitur tollit ⁊ impedit cognitionẽ illius ꝑſone: ideo impedit ⁊ tollit conſenſum
vt ſi quis intendat ꝯhere cum martina ⁊ ſibi offertur guillermeta nullum eſt matrimoniũ: q: nullus
fuit ꝯſenſus cũ guillermeta. tamẽ ſi quis errat in ꝓprio noĩe dũ tamẽ certũ ſit de quo conſentiat non
impedit. C. de teſta. ſi in nomine. ſecus in nomine appellatiuo. ff. d̃ here. inſti. nõ ideo minus. ⁊. ff. de
leg. i. l. iiij. Error cõditionis: vt ſi quis credit cõtrahere cum libera ⁊ cõtrahit cum ancilla. Ad cuiꝰ eui
dentiam eſt premittendũ ꝙ matrimonium duo includit. ſ. perſonas cõtrahentes: ⁊ ꝙ̃tum ad hoc er
ror perſone impedit matrimoniũ vt dictum extitit. Aliud quod matrimonium includit eſt mutua po
teſtas adinuicẽ: ⁊ q: ſeruus nõ habet poteſtatẽ ſui corporis: ſed dñs eius. ideo nõ põt ſeruus ꝑtãtem
ſui corporis dare alteri ſine licentia dñi ſui: quare error cõditionis dirimit matrimoniũ. Et hoc intelli
gendũ eſt qñ liber ignorat cõditionem ſeruilem eſſe in eo cũ quo contraxit: q: ſi ſciret ille anteꝙ̃ con
traheret iam nõ eſſet error: nec impediret matrimoniũ. xxix. q. ij in ſumma. ⁊. c. ſi quis ingenuus. ⁊ in
ſumma Tan. de impedimento cõditionis. ⁊ ꝑ mag. xxxvi. di. iiij. Si vero poſtꝙ̃ cognouit vnus con
trahentiũ cõditionem alterius eſſe talem ꝯſenſit in eum verbo vl' carnali copula: tunc tenet matrimo
nium. extra de cõiuga. ſer. c. propoſuit. ⁊c. ad noſtrã audientiã. Ex quo infert̃ ꝙ error ſeruilis condi
tionis impedit matrimoniũ ꝯtrahendum ⁊ dirimit iam ꝯtractum: ſed non error paris ꝯditõis vl' melio
ris. extra de diuor. c. ſignificaſti. C. de hereticis qñ multi. ff. ſo. ma. l. viro. Verbi gratia. ſi libera ꝯhe
re vult cũ ſeruo ⁊ cõtrahit cum libero nõ dirimit̃ matrimoniũ: lʒ ibi ſit error ꝯditionis: q: nõ intelligit
illa decepta que cum meliori contrahit quam credebat. Similiter ſi ſeruus credit contrahere cum li-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bera ⁊ cõtrahit cũ ſerua nõ dirimitur matrimoniũ q: cõſentit in feminã ſue conditionis ſcʒ patris con
ditionis. Et idem dicendum eſt ſi ancilla credat contrahere cum libero ⁊ contrahit cum ſeruo. Item
ſi liber credat contrahere cum ſerua ⁊ cõtrahat cum libera tenet matrimoniũ q: vtrobiqꝫ eſt paritas
conditõis.xxix.q.ij.in ſumma. ¶ Queritur hic nunquid põt liber ſine iudicio eccľe dimittere ancillã quã
credebat eſſe liberã. So. dicẽdũ ẽ ꝙ nõ, ex̃ de diuoꝛ.c.poꝛro. Itẽ diuoꝛtio celebrato dꝫ dos reſtituit in
c.ꝓpoſuit:de ꝯiug.ſ.in fi. ¶ Queriť nũqd põt ſeruus cõtrahere matrimoniũ abſqꝫ cõſenſu dñi ſui. Sol.
dicendũ eſt ſm ꝙ hẽtur in.c.vlt.xxix.q.ij. ꝙ ſerui nõ debent ꝯtrahere ſine licẽtia dñoꝝ ſuoꝝ tñ ſi fuerit
inter ſeruos matrimoniũ cõtractũ nõ derimiť. ſed in cõiugio ſuiẽt dñis ſuis.extra de cõiug.ſer.c.i. et
per mag.ſen.xxx.vi.di.iiij vbi dꝛ ꝯiugia ſeruoꝝ nõ dirimãtur ſed in vno cõiugio ꝑmanẽtes dñis ſuiãt
ſuis. ¶ Et cauſa eſt q: matrimoniũ eſt de iure naturali ⁊ diuino ⁊ ſeruitus de iure poſitiuo mõ ius poſiti
uũ nõ põt ꝑiudicare iuri diuino ⁊ naturali q̃re ꝑ hoc videť ꝙ ſuitus lꝫ impediat ꝯtrahendũ matrimo
niũ nõ tñ ꝯtractũ. ¶ Queriť nũqd põt vir ſe ſeruũ facere inuita vxoꝛe. Sol. dicendũ eſt ꝙ ſic nec ꝓpt̃
hoc diſſoluiť mr̃imoniũ q: lꝫ vir ⁊ vxoꝛ in actu mr̃imonij ad paria iudicẽtur ſcꝫ in actu co.car. in oĩbus
tñ alijs vir ẽ dñs ⁊ caput mulieris. ⁊ ideo põt ſe dare in ſuitutẽ nõ cõſentiẽte vxoꝛe. nõ ſic tñ de vxoꝛe
q: inuito marito ſuo nõ põt ſe dare in ſuitutem q: mulier eſt viro ſubiecta ⁊ vir eſt caput eius. ¶ Queri
tur quid iuris ſi ſeruus filiũ generat vtrum ſeq̃tur cõditiones patris an matris. So. ſm iura ꝑtus ſe
quitur vẽtreꝫ ꝗ̃tũ ad libertatẽ ⁊ ſeruit: ⁊ iõ lꝫ ſeruꝰ generet filiũ ex libera matre filiꝰ nõ erit ſeruꝰ: ſed li
ber: tñ in q̃buſdã terris q̃ non regũtur iure ciuili: ſꝫ ſolũ ꝯſuetudine puer ſequiť deterioꝛẽ ꝯditionẽ al
terꝰ ꝑentũ. ¶ Seq̃tur de tertio impedimẽto qđ fit ꝑ votũ vbi eſt notãdũ ꝙ votũ ſimul impedit mr̃imo
niũ ꝯtrahendũ: ſꝫ nõ dirimit iaꝫ ꝯtractũ. vñ qñ vouẽs nõ adimplet qđ ꝓmiſit hñ peccat ꝯtrahẽdo: ſed
poſtꝙ̃ dedit ꝑtãtẽ ſui coꝛpis alteri ꝑ mr̃imoniũ ꝯtractũ iã illđ mr̃imoniũ tꝫ ⁊ nõ dirimiť ſm cõpen.vij.
ſacra.ex̃ q̃ cleri.vel vo.rurſus. Tñ talꝭ vouẽs ꝯtrahẽs dꝫ penitere đ voto ſeu iuramento.xxvij.di.ſi vir.
Et dicũt aliq̃ doc. ꝙ tales vouẽtes ꝯhẽdo peccãt nec pñt cognoſcere ſuas vxoꝛes ſine pctõ moꝛtali vt
recitat cõpen.vij.ſacra.q: talibꝰ reſtabat abhuc facultas adimplẽdi votũ ꝯtinẽtie ꝑ religionis ingreſ
ſum anteꝙ̃ matrimoniũ ꝯſummareť ⁊c. Sꝫ poſtꝙ̃ ꝯſummatũ eſt mr̃imoniũ ꝑ car.co.tenẽtur redde
re debitũ vxoꝛi petẽti expꝛ̃ſſe vel tacite ꝑ ſigna: tñ ꝗ̃uis talis q̃ vouit vt ꝓmiſſuꝫ eſt teneať reddere de
bitũ non tñ põt petere ſine pctõ. Itẽ moꝛtuo altero ꝯiugũ ille q̃ ꝯtinẽtiaꝫ vouerat voto ſimplici ante
matrimoniũ dꝫ ꝑpetuo cõtinere nec alteri dꝫ nubere vt habeť in cõpen.vij.ſacra. votũ vero ſolẽne nõ
ſolũ impedit mr̃imoniũ ꝯtrahẽduꝫ: ſꝫ etiã dirimit iã ꝯtractũ: q: ꝑ votũ ſolẽne hõ dat deo ſui coꝛpoꝛis
ꝑtãteꝫ ad cõtinẽter viuendũ.xxvij.di.c.vouẽtibꝰ. ⁊ idẽ tan. ꝑ mag.xxxviij.di.iiij.ſen. ¶ De iſtis votis ſim
plici ⁊ ſolẽni declaratũ fuit in ſacr̃o penitẽtie vbi videat q̃ voluerit. Seq̃tur de quarto ĩpedimento qđ
fit ꝑ cognationẽ ſuꝑ quo eſt notãdũ ſm cõpen.vij.ſacra. ꝙ triplex eſt cognatio: carnalis: legalis: ⁊ ſpũ
alis. Carnalis eſt idẽ ꝙ cõſanguineitas q̃ ꝑ gradꝰ diſtinguiť. Et eſt ꝯſanguineitas vinculũ ab eodem
ſtipite deſcẽdentiũ carnali ꝓpagatiõe ꝯtractũ vt incipiẽdo a pr̃e ⁊ mr̃e vſqꝫ ad gradũ quartũ nõ aſcẽ
dendo: q: ſm cõpen.vij ſacra. Si hodie adã viueret nõ poſſet ꝯtrahere cũ aliqua: ſcꝫ deſcẽdẽdo: ⁊ illa
cognatio ĩpedit mr̃imoniũ ꝯtrahẽdũ ⁊ dirimit iam ꝯtractũ vſqꝫ ad quartũ gradũ ſm Tan. in ſumma
de cõſan. ⁊ affi. ⁊ intelligať vſqꝫ ad quartũ gradũ incluſiue vt notať ꝑ oẽs doc. ⁊ loquoꝛ hic ſine faciẽ
do diſtinctionem inter ius ciuile ⁊ cano: quia ſm ius ciuile duo fratres attinent ſibi in ſecundo gradu
⁊c. ſecundũ canonicum duo fratres attinent in pꝛimo gradu ⁊c. Et ad hoc concoꝛdat magiſter ſentẽ
tiarum.xl.diſtinctione.iiij. Sequitur de cognatione legali. Pꝛo quo eſt notandum ꝙ cognatio
legalis eſt ꝓpinquitas ex adoptione ꝓueniẽs: ⁊ fit duobus modis: ſcꝫ ꝑ adoptionẽ ⁊ arrogationem.
vnde adoptio ẽ ſm cõpen.vij.ſacra. Extranee ꝑſone in filiũ vel nepotẽ ſeu deinceps legitima aſſum
ptio. ſm aũt legiſtas diffinitur ſic. Adoptio eſt legitimꝰ actus ꝑ quẽ quis efficitur filius illiꝰ cuius pꝛi
us nõ erat naturã pene imitãs vbi notať ꝙ tam maſculus ꝙ̃ femella dũmodo ſit minoꝛis etatis ado
ptante vt viſum fuit põt adoptari. ff. de adop. l. adoptio. vnde vbi natura ex generatõe deficit ars ſup
plet per adoptionẽ illum defectũ nature. ⁊ poſſunt perſone libere adoptare: quia poſſunt de ſua here
ditare diſponere: ſerui nec vero minoꝛes.xxv.annis etiã mulieres nõ poſſunt aliquẽ adoptare in filiũ
vel nepotem ⁊c. niſi ex ſpeciali pꝛincipis conceſſione. ¶ Illi vero qui habent impedimẽtum perpetuum
generationis filioꝛum ſicut ſunt frigidi non poſſunt adoptare: quia non indigent ſolatio filioꝛũ. Sed
illi qui habuerunt liberos ⁊ amiſerunt eos: vel qui non habuerunt pꝛopter aliquod impedimentum
accidentale poſſunt adoptare. ff. de adop. l. ſi pater. §. vlti. ¶ Itẽ iunioꝛ ſenioꝛem adoptare non poteſt:
ſed oppoꝛtet ꝙ pꝛecedat tempoꝛe adoptatũ tanto ꝙ ipſum generare potuiſſet naturaliter: ſcꝫ.xiiij.an
nis vel.xv. ⁊c. eo ꝙ adoptans debet adoptato dominari quod non eſſet cõueniens ſi iunioꝛ ſenioꝛem

adoptaret: ⁊ ſic fit adoptio ad exemplũ generationis naturalis aliqualiter. ¶ Arrogatio enim differt
ab adoptione pꝛimo q: ille q̃ eſt ſui iuris arrogať: ſꝫ qui eſt alieno iuri ſubiectus adoptať. Scđo q: ar
rogatus tranſit in ꝑtãtem arrogantis adoptatus vero nõ. inſti. de adop. §. ſed hodie. ¶ Tertio q: arro
gatus habet de neceſſitate legitimã. C. e. l. penul. ⁊ l. i. adoptatus vero nõ. Quarto q: arrogatio non
fit niſi auctoꝛitate ꝑncipis: adoptio vero coꝛam quocunqꝫ magiſtratu. inſtit. de adop. §. ij. ⁊ iij. C. de
adop. l. fi. Tunc veniẽdo ad ꝓpoſitum eſt notandũ ꝙ triplex eſt legalis cognatio. pꝛima eſt deſcendẽ
tium que ꝯhitur inter patrẽ adoptantẽ ⁊ filium adoptatũ ⁊ filiũ filij adoptati ⁊ nepotẽ. Scđa eſt in
ter vxoꝛem adoptantẽ ⁊ filiũ adoptatum ⁊ patrẽ adoptantẽ ⁊ vxoꝛeꝫ filij adoptati: ⁊ iſte due cogna
tiões legales ꝑpetuo matrimoniũ impediunt. Tertia cognatio eſt inter filiũ adoptiuuꝫ ſeu adopta
tum ⁊ filium naturalem ſeu filiaꝫ ⁊c. ⁊ hec quãdoqꝫ impedit matrimoniũ ⁊ qñqꝫ nõ: q: manente filio
adoptiuo in ꝑtãte patris adoptantis nõ poteſt ꝯhere matrimonium cum filia naturali: q: illis ſolis
adoptiuus efficiť cognatus qui ſunt in ꝑtãte patris adoptatoꝛis. ff. de adop. l. que in adoptiõe. Si
vero moꝛtuus fuerit pater adoptatoꝛ vꝉ ſi emãcipauerit filios ſuos põt matrimonium cõtrahi inter
ipſos. l. inter liberos naturales ⁊ adotiuos. extra de cogna. legali. c. vno. xxx. q. iij. quaſi ꝑ totum. In
ter enim patrẽ adoptantẽ ⁊ matrem naturalẽ ſiue patrem nulla cõtrahiť cognatio ⁊ huiuſmodi ad
optione nec impediť inter ipſos matrimoniũ cõtrahi. Tamen excipiunť alique ꝑſone que etiam poſt
emancipationẽ ꝯhere nõ poſſunt. ſcilꝫ filius adoptiuus poſt moꝛtẽ patris adoptiui cum ea que fuit
vxoꝛ patris ſui adoptantis ꝯhere nõ poteſt. ff. de ri. nup. l. nam adoptiuus. ¶ Iteꝫ pater adoptatoꝛ nõ
poteſt ꝯhere cum filia ſua adoptata: vꝉ nepte: nec cũ illa que fuit vxoꝛ filij ſui adoptiui etiã poſt emã
cipationẽ. l. vltimate allegata. ⁊ l. qm̃ etiam. ⁊ inſti. e. §. i. ⁊ iij. ⁊ idem ſm Tan. Sequiť de cognatiõe
ſpũali. Pꝛo cuius declaratiõe eſt pꝛemittendũ ꝙ cognatio ſpũalis eſt ꝓpinquitas quedã ꝑſonarum
ꝓueniens ex ſacramenti datione vꝉ ad illud tendẽs ſicut baptizans ⁊ ſuſcipiens de ſacro fonte vter
qꝫ eſt pater ſpũalis baptizati. xxx. q. i. c. oẽs. ⁊ contrahiť iſta cognatio ſpũalis ex duobus ſacramen
tis. ſ. ex ſacramẽto baptiſmi ⁊ ex ſacramento cõfirmationis. xxx. q. i. c. ſi quis filia ſacramẽ. ⁊ c. de his
qui. xxx. q. iij. nõ opoꝛtet. ⁊ extra de cog. ſpi. ꝑ totum. Tan. Item cognationis ſpũalis tres ſunt ſpeci
ẽs. vna dicitur paternitas ſpũalis que attendiť inter baptizantẽ ⁊ baptizatũ ſiue ꝯfirmantem ⁊ con
firmatũ ſeu ſuſcipientẽ ⁊ ſuſceptum. Unde qui baptizat ⁊ qui tenet diciť pater ſpũalis pueri ⁊ ille q̃
generauit filium diciť pater carnalis. Unde verſus. Semper erit pueri pater vnus ſpiritualis. Al
ter carnalis nec fallit regula talis. ¶ Queriť vtrum baptizans poſſit cõtrahere matrimonium cum
illa quam baptizauit. Solutio dicendũ eſt ꝙ nõ: q: eſt filia ſua ſpiritualis: ſicut illa quam ſuſcepit de
ſacro fonte. xxx. q. i. omnes. ⁊ per magiſtruꝫ. xli. di. quarti. ¶ Queritur an filius ſacerdotis poterit cõ
trahere cum illa quam pater ſuus baptizauit. Solutio dicendũ eſt ꝙ nõ: ⁊ matrimonium contractũ
diſſolueretur ſicut inter filiolã ⁊ filium. extra de cogna. ſpũali. c. ex litteris. Alia cognatio ſeu ſpeci
es cognationis diciť compaternitas que ꝯtrahitur inter generatem carnalem. ſcilicet patrem ⁊ ma
trem ⁊ regenerãtem ſpiritualẽ. ſcilicet baptizãtem ⁊ ſuſcipientem. Tertia ſpecies dicitur fraternitas
ſpiritualis que cõtrahitur inter generatũ carnaliter ⁊ regeneratum ſpiritualiter. Hinc reſtat videre
de impedimento talium. Pꝛima eni ſpecies que dicitur paternitas ſpiritualis impedit matrimoniũ
⁊ dirimit: q: pater ſpũalis nõ põt habere filiolã ſuã que eſt eius filia ſpiritualis: nec filius ſpũalis ma
trem ſpũalem. xxx. q. i. de eo quod interrogaſti. xxxij. q. ij. ſi quis cum matre ſpirituali. Sicut eniꝫ eſt
in generatione naturali ⁊ carnali: ſic eſt in generatiõe ſpirituali: q: baptizans ſe habet vt pater ⁊ ge
rit ꝑſonam xp̃i: ⁊ ſuſcipiens ſe habet vt mater ⁊ gerit ꝑſonam eccleſie. Secunda ſpecies que dicitur
cõpaternitas repellit a matrimonio vtroſqꝫ parentes tam carnales ꝙ̃ ſpirituales: q: pater carnalis
nõ poteſt habere in vxoꝛem matrem ſpiritualem filij ſui que eius eſt commater: nec pater ſpiritualis
eius cõmatrem que eſt mater carnalis filioli mei. Tertia ſpecies que eſt fratrenitas impedit ⁊ ex
cludit omnes filios ⁊ filias ſiue ante natos ſiue poſt. ⁊ hoc ſolum reſpectu illius perſone per quaꝫ in
baptiſmo ⁊ confirmatione cognatio ſpiritualis eſt contracta. ſcilicet filioli ⁊ filiole: quia omnes alij
filij parẽtum carnalium poſſunt cõtrahere matrimonium cũ filijs patrinoꝛum ſiue compatrum cuꝫ
per ipſos nulla cognatio ſpiritualis contrahatur. extra de cognatione ſpirituali. c. i. ⁊ c. tua nos. xxx.
q. iij. c. ſuper quibus. ¶ Queritur vtrum cognatio ſpiritualis ab vno coniugum contracta poſſit in
alterum trãſire. Solutio dicendũ eſt ꝙ ſic. Uerbi gratia. Si vir abſente vxoꝛe ſuſcipiat de ſacro fon
te aliquẽ ſicut ipſe ſic efficitur compater patri carnali ⁊ matri illius queꝫ ſuſcepit ſeu leuauit de ſacro
fonte: ita mulier ſua ꝗ̃uis abſens erit cõmater efficitur patris ⁊ matris carnaliũ. Et idem dicendum
eſt de muliere ſi abſente marito leuet aliquem de ſacro fonte: q: coniuges actiones ſuas ſibi cõmuni

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cant.xxx.q.iij.ſciſcitatus:⁊ ca.ſi quis vnus. Sed ponamus ꝙ alter coniugū leuet puerum alicuius de ſacro fonte anteꝙ matrimoniū ſit conſummatū nunqd cōmunicabit alteri cognationem ſpiritualem Solutio Dicendum eſt ꝙ nō q: nondū eſt effectus vna caro cum eo qui puerum leuauit.ideo ꝑ vnionem carnis ſequentē nulla cōmunicatur cognatio ⁊c. ¶ Queritur vtrū aliquis poſſit habere duas cōmatres in vxores vnā poſt aliā. Solutio. Refert vtrū cōmaternitas p̄cedat matrimoniū aut ſequatur. ſi p̄cedat licite poteſt duas cōmatres habere in vxores. Vbi gratia. Maria ⁊ Bertha facte ſunt commatres poſtea Martinus contraxit cum maria ⁊ cognouit eam ea mortua poterit cōtrahere cū bertha ⁊ hec eſt cauſa quia per vnionem carnis ſequentem non tranſitur ad vnionem ſeu cognationem ſpūalem precedentem.xxx.q.iiij.c.poſt obitum. Si vero commaternitas ſequatur matrimonium diſtinguitur:quoniā ſi vxor tua ſuſcipit filium alterius illa cuius filius ſuſcipitur efficitur tibi cōmater per factū vxoris tue ⁊ mortua vxore tua non poteris illam habere in vxorem ⁊ eandem compaternitatem intelligas acquiri vxori per maritum.xxx.q.iiij.ſubcidatur ſi quis vnus extra de cogna.ſpi.martinus bertha Si vero filium vxoris tue quē de alio viro generauit aliqua mulier de ſacro fonte leuauerit vel ad cōfirmationem coram epiſcopo tenuerit illa mulier eſt cōmater vxoris tue ⁊ non tua q: non fuit tibi commaternitas acqſita ideo mortua vxore tua poteris talem eius cōmatrē habere. Idem dicendū eſt ſi filius tuus ab aliquo ſuſcipiatur quē genuiſti ex alia muliere q: talis ſuſcipiens filium tuū ex alia muliere ꝙuis ſit cōpater tuus nō tñ eſt cōmater vxori tue.quare poſt mortē tuam poterit habere vxorem tuā in mulierē:⁊ ſic apparet ꝙ aliquis poterit habere duas cōmatres in vxores ⁊ aliqua duos cōpatres in maritos.xxx.q.iiij.qui ſpūalem. Unde verſus. Que mea vel cuius mea natū fonte leuauit. Hec mea cōmater fieri mea non valet vxor. Si qua mea natum nō ex me fonte leuauit. Hanc poſt fata mee nō inde vetabor habere. ¶ Queritur vtrū aliqua cognatio ſpūalis oriatur inter baptizantē ⁊ ſuſcipientem puerum ſeu inter ſuſcipiētes. Solutio dicendū eſt ꝙ non nec inter virū ⁊ ſuam mulierē ſi ſimul leuent aliquem de ſacro fonte. ¶ Queritur qd iuris ſi vnus coniugum leuauerit filium ſuum de ſacro fonte ſiue baptizauerit. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſiue vir ſiue mulier in neceſſitatis caſu vel ex ignorantia filiū ſuum baptizauerit ſeu ſuſceperit de ſacro fonte non ideo ſunt ſeparandi abinuicē niſi ad conſeruādā continentiā poſſint induci.extra de cogna.ſpi.c.ij.⁊.xxx.q.i.in ſumma ⁊ ꝑ meg.xli.diſtin.iiij.ſententia. Si vero alter cōiugum hoc faciat ex malicia ſcilicet vt elongetur a muliere ſua vel ex alia cauſa malicioſa tunc ille p̄uatur iure petendi debitum ſed tenetur alteri petenti reddere.quia culpa ipſius nō debet contra alium innocentem operari in.c.manifeſta.xxxiij.q.v. Si vero ambo fuerint in culpa.ſcilicet maritus ⁊ vxor debent ſeparari quo ad thorum non quo ad vinculum.tamen mag.in.xli.diſtin.iiij.dicit ꝙ non debent ſeparari:ſed ꝙdiu viuent debent agere penitentiam. ¶ Queritur vtrum quilibet tāgens babtizandum ſit compater vel commater. Solutio. dicendum eſt ꝙ ſic in capitulo ꝙuis. e.t.li.vi. ¶ Queritur quid iuris ſi quis leuauerit filium quem habet ex concubina ſua ⁊c. Solutio. In hoc ē cōpater concubine.i.non pōt eā poſtea habere in vxorē nec debet ſecū amplius cōmiſcere ⁊c. ¶ Queritur quid iuris ſit ſi baptizandus ſit inuolutus lintheo nunqd tangentes lintheum tempore quo immergitur et eleuatur ſint compatres ⁊ commatres. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſic.ff.de religi.⁊ ſump.fu.l.qui religioſis. ¶ Queritur vtrum iudeus baptizando vel paganus contrahat compaternitatem. Solutio. Dicendum eſt ꝙ non vt notatur in rubrica ex eo ꝙ de reg iuris li.vi.per Johan.anſel. Baptizans enī repreſentat perſonam chriſti. ¶ Queritur vtrum tenendo puerum iudeus vel paganus efficiatur compater. Solutio. Dicendum eſt ꝙ non:quia tenens repreſentat eccleſiam militantem quā iudei ⁊ ſarraceni non poſſunt repreſentare cum non fuerint incorporati. ¶ Queritur quid iuris de excommunicatis ⁊ hereticis. Solutio dicendum eſt ꝙ contrahunt compaternitatē ⁊c.vt notatur.xxxiij.queſtione.iij.in ſumma per Johannē Anſel.capitur.ex eo ꝙ de regulis iuris libro ſexto. ¶ Queritur quid de muto. Solutio. Dicendum eſt ꝙ tenendo contrahit compaternitatē in capitulo nedum.e.t.li.vi. ¶ Queritur quid de monachis qui ſunt prohibiti baptizare ⁊ tenere in.c.monachi de.con.di.iiij. Solutio dicēdū eſt ꝙ ſi leuent oritur cognatio. item ſi baptizent. ¶ Queritur vtrū cōpaternitas cōtrahatur ꝑ procuratorē: Sol.opinio dñi maſſi ij eſt ꝙ ſic. Arch.tenet cōtrariū cōmunis tñ cōſuetudo principū eſt per procuratorē tenere ſuper fontes. Queritur vtrū procurator tenens efficiatur compater. Sol.fredericus de ſenis dicit ꝙ non per.c.confrater. de of.de lega.q: hoc non intendebat. Jo.an.dicit ꝙ ſic.ſed opinio frederici eſt melior. ¶ Queritur vtrum leuatus per me poſſit cum filia mea illegitima cōtrahē. So.dicēdū ē ꝙ nō. Nā textus q loqtur d filijs tenēdis nō diſtiguit q̄re nō fiat differētia an ſit legitimus vl illegitimus. ¶ Queritur vtrū leuatus ꝑ me poſſit ꝯtrahē cū adoptiuo meo, So.dicēdū ꝙ ſic q: cognatio ſpiritualis ortum hꝫ a carnali cognatione non a legali. ¶ Queritur nunquid com-

paternitatē quā contraho leuando puerū alicuius cōmunico cōcubine mee. Sol. aliqui voluerunt dicere ꝙ ſic ꝑ glo. vltimā.c.ſi quid.xxx.q.iij.arch.tenet contrariū ibi q: ego et concubina mea per cōmixtionem nō ſumus vna caro effecti ſicut maritus ⁊ vxor. Item hec coniūctio eſt cū pctō quare nō communicatur concubine hec cognatio. Sequitur de crimine quod impedit matrimonium. Pro quo eſt notandum ꝙ crimina impediunt matrimoniam contrahendum:vt inceſtus ſcilicet cognoſcere cōſanguineam vxoris ſue:extra de eo qui cogno.con.vxoris ſue.ca.i.⁊.ij.ca.tranſmiſſe.in.ſi.xxxij.q.vij.capitulo ſi quis Uiduam ⁊ capitulo conſtituit. Aliud crimen eſt leuare proprium filium de ſacro fonte ad illum ſenſum ꝙ talis perdit ius petendi debitum ſed tamen ſi fuerit coniugatus matrimonium non dirimitur. Si vero tenuerit filium ſuum de concubina ſua non poteſt eam ducere in vxorem.xxx.q.i.capitulo de eo. Aliud crimen eſt vxoricidium.xxxiij.q.ij.c.Admonere ⁊ capitulo interfectores.de hoc dicetur inferius. Aliud crimen eſt raptus aliene ſponſe.xxvij.q.ij.capitulo ſtatutum. Aliud crimē eſt interfectio preſbyteri. Aliud crimen eſt quando aliquis maritum alicuius occidit vt ipſam poſt ducat in vxorem.extra de eo qui dux.in matri.ꝙ prius polluit capitulo ſuper eo.xxxi.q.i.capitulo relatū ⁊ capitulo ſi quis viuente. Aliud crimen eſt quando aliquis egit penitentiam ſolennem. Unde verſus. Inceſtus raptus ſponſe vel mors mulieris. Suſceptus proprie ſobolis mors preſbyteralis. Uel ſi peniteat ſolenniter aut monialem accipiat ꝓhibent hec coniugium ſociandum. De hoc in capitulo cum haberet de eo qui dux.in matri. De moniali tractabitur inferius. ſecundum ꝯpendiū ſeptē ſacramentorum crimina q impediūt matrimoniū contrahendū ⁊ dirimūt iā cōtractū ſunt tria. Primū crimē impediens matrimonium eſt cum adulter machinatur cum effectu in mortem mariti legittimi adultere vel adultera in mortem vxoris adulteri:vt poſtea matrimoniū contrahant inter ſe. Tunc ſi ipſi poſtea coniungantur debet matrimonium dirimi:quia non potuit legittime copulari.per magiſtrum ſenten.xxxv.di.iiij. Secundū crimen eſt qd viuēte legitimo ꝯiuge adultera vel adulter preſtat fidem adinuicem de matrimonio contrahendo per verba de futuro ſcilicet ꝙ ipſa ducet eū in maritū poſt mortem mariti ſui legitimi vel ipſe adulter adultere promittit ⁊c. Tertiū crimē eſt qñ adulter de facto per verba de pñti contrahit matrimoniū viuēte legitimo viro vel adultera. Iſtis tribus caſibus matrimoniū cōtrahendū impeditur ⁊ cōtractū dirimitur.et hoc ſi in vtroqꝫ ſit ipedimētum.ſ.ꝙ adultera habeat maritum ⁊ ꝙ adulter habeat vxorem: q: ſi aliqua contrahat cū aliquo quem credit ſolutum ⁊ ipſe eſt coniugatus poſt mortē mulieris ſue poterit ſubſequi copula carnalis inter ipſos matrimonialiter dū tamen viuēte legitima vxore nulla fuerit inter ipſos carnalis copula ſubſequuta:q: ſi ſit non liceret ca.ſi quis vxorem.extra de eo qui dux.in matri.quam prius pol.per adulte.⁊ ca.cum haberet.⁊ ca.ſignificaſti. Itē intelligitur ꝙ nulla in illo caſu interuenerit mortis machinatio.vt in.c.p̄allegato.⁊.c.ad penitentiam.⁊.c.ſuper hoc.dum tamen ille qui ſolutus erat de nouo conſentiat in matrimonium dum ad eius noticiā peruenerit diſpar cultus impedit matrimoniū contrahendū ⁊ dirimit iam cōtractum ſpōſalia tamen cōtrahere pñt ſub tali cōditione vt īfidelis cōuertatur ad fidē.xxvi.q.ij.c.caue chriſtiane:⁊ ca.non opꝫ.non licet enī fideli cōtrahere cū infideli:q: bonū principale matrimonij eſt ꝓles educanda ⁊ nutrienda ad cultum dei. Et q: talis educatio ⁊ nutritio fit per patrē ⁊ matrē:ideo infidelis conaretur puerum educare ſm ritū legis ſue. Item bonū fidei non ſeruaretur ꝙtum ad deū q: infidelis ſemꝑ niteretur interuertere fidē alterius. Item bonū matrimonij qd eſt ſacramentum nō ſeruaretur:quia matrimoniū infideliū non eſt ſignum perfectum coniūctionis chriſti ⁊ eccleſie cum non ſint baptizati ⁊c.tamen licet inter infideles non ſit matrimoniū completum ꝙtum ad ſacramentū:tamen inter eos eſt matrimonium incꝑtum matrimoniū eſt in officium nature ⁊ in fedus ſocietatis. ¶ Queritur nunquid tenetur fidelis cōuerſus ab infideli coniuge diſcedere. Sol.ſi fidelis conuerſus hꝫ ſpem de ſuo coniuge ꝙ debeat cōuerti ad fidem pōt cum eo manere. Si vero ſciat eius obſtinationem ⁊ ꝙ non poſſit cum eo manere ſine cōtumelia creatoris dꝫ eum relinquere extra de diuor.c.ꝙto.⁊.c.gaudemus.tan.vbi dicitur. Deſerere ſpernētem vel blaſphemare volētē. Uel te credentē ſcelus ad mortale trahentē. Nam ſunt abſqꝫ mora tūc vincula rupta priora. Et ꝑ mag.xxxix.di.quarti ſent. ¶ Queritur nūquid licet fideli qui ab infideli diſceſſit aliud matrimoniū cōtrahere. Sol. dicēdum eſt ꝙ ad matrimoniū tria requirūtur: ſcꝫ ꝙ ſit initiatum ꝑ verba de pñti.ſcdo ꝙ ſit conſummatū ꝑ carnalē copulam:q: aliter poſſet ꝑ religionis ingreſſū diſſolui.tertio reqritur ꝙ ſit ratū ꝑ baptiſmi ſuſceptionem. vñ matrimoniū qd hꝫ hec tria non pōt diſſolui niſi per mortē alterius cōiugis. vñ matrimoniū infideliū cū non ſit ratū ꝑ baptiſmū qd eſt ianua omnium ſacramentorum pōt ſolui conuerſo permanēte in fide ⁊ alio permanente in ſuo errore: ⁊ poteſt fidelis conuerſus nubere cum fideli ⁊ hoc in tribus caſibus. primo quia infidelis non vult cohabitare cū fideli cōuerſo:ſed eū dimittit.in ca.gaudemus.extra de

diuoꝛ.ſecūdo cū infidelis vult cohabitare cū fideli ſ; nō pōt ſine blaſphemia quā fidelis audire abhoꝛ
ret.etiā qñ nō eſt ſpes de cōuerſione infidelis ⁊ ſufficienter fuerit infidelis monit⁹ a fideli vt erroꝛē re
linquat quē nō vult relinquere.⁊ tūc cōuerſus fidelis nubere pōt cum fideli vel religionē intrare vel ſa
cros oꝛdines ſuſcipe nec eſt poſtea infideli cōuerſo ad fidē fidelis q̄ nupſit vel votū religionis emiſit
vel oꝛdines ſuſcepit reſtituēdus:q: tarditas ꝯuerſionis ē ei in penā.Si tñ ꝯuīt infidelis ad fidē con
uertat antēꝙ alter in facie eccleſie matrimoniū cōtraxerit tenet ad ꝯiugē ſuā redire nec aliā pōt duce
re ipſa viuente i.c.gaudemus.allegato.§.penul.⁊ videt nouū matrimoniū.tertio qñ infidelis vult co
bitare cū fideli ſine cōtumelie xpī ſ; nō ſine ſcādalo cōiugis fidelis eū ꝓtrahēdo ad pcm̄.hoc ſm cōpē.
vij.ſacra.⁊ ꝑ mag.xxxix.di.iiij.¶ Querit vtrū cōuerſo ad fidē poſſit opponi foꝛnicatio ꝯmiſſa tpe infi
delitatis.Et videt ꝙ nō cū oē pctm̄ ⁊ ſeq̄la pcti i baptiſmo deleat.xxvi.di.c.de iudeis.xxxij.q.i.c.qđ aūt
q: dona baptiſmi ſunt ſine luctu.de.con.di.iiij.c.ij.⁊.c.ſine pnia.So.dicendū eſt ꝙ oē crimē totaliter
in baptiſmo quo ad deū tollit ſed q̄tū foꝛnicatio reſpiciebat alterū ꝯiugum nō tollit in baptiſmo:⁊ ſic
poteſt q̄tūcūq; pniam pōt maritus cōiugē ſuā accuſare de foꝛnicatione vel ecōuerſo.xxxij.q.ij.admo
nere.nec eā recipe tenet poſt pniam de cōuer.cōiu.gaudem⁹.vñ delictū qđ q̄s cōmiſit in ſe per baptiſ
mum tollit:ſed delictū qđ ꝯmiſit in aliū nō.ff.de his q̄ no.infa.l.penul.⁊.l.athletas.§.pōponius:⁊ illa
dicuntur in glo.⁊ in tex.illoꝝ.c.q̄to.⁊.c.gaudemus.ſupꝛa alleg.videat.xxviij.q.i.ꝑ totū de illa mate
ria ⁊c̄.Sequit de impedimento vis ſeu violentie.Pꝛo quo eſt notandū ꝙ cōſenſus coactus q̄ eſt per
vim abſolutā matrimoniū diſſoluit oīno eo ꝙ talis coactio q̄ cadit in cōſtantē virū tollit amiciciā ſeu
vinculū amiticie qđ eſt ſignū cōiunctionis xpī ⁊ eccleſie.collit etiā ꝑpetuitatē vinculi matrimonij ī quo
animus dꝫ gaudere plena libertate.ex̄ de ſpō.c.cū locū.Adhuc lꝫ culpa alicuius p̄ceſſerit metū tamē
ille metus excuſat in matrimonio ex̄ de ſpon.c.veniēs:⁊ ꝑ mag.ſen.xxxix.di.iiij.Si tamē ſit met⁹ leuis
qui non cadere dꝫ in conſtātē virū ⁊ poſtmodū cōiunx q̄ coactus fuerat libere ꝯſentiat in matrimoniū
Tunc mr̄imoniū ꝯfirmabit nec poſtmodū poterit dirimi ⁊c̄.ſm ꝯpē.vij.ſacra.Circa p̄miſſa de vi me
tu ⁊ coactione ſm Tan.eſt notādū ꝙ differētia eſt inter vim ⁊ viꝫ metū et metū.vñ vis eſt maioꝛis rei
impetus q̄ repelli nō pōt.ff.qđ me.cā.l.i.§.penul.⁊ eſt vis duplex leuis ⁊ violēta leuis nō excludit ma
trimoniū ſeu cōſenſum maritalē.violēta vō excludit vt cū quis trahitur vel capit inuitus vel ligat ex
tra de ſpon.c.veniēs.xxxi.q.ij.c.i.⁊.ij.Metus eſt inſtātis vel futuri ꝑiculi mētis trepidatio.vt in eadē
l.⁊ eſt duplex metus.Nā quidā cadit in ꝯſtantē virū alius nō.ille q̄ cadit excuſet ⁊ excludit conſenſum
matrimonij.extra quod me.cā.c.relatū.ff.qđ me.cā.l.metū.Et ſi q̄ratur qualis ſit ille met⁹.Rñdetur
ꝙ timoꝛ moꝛtis cruciatus coꝛpis extra qđ me.cā.c.dilecti.Item metus ſeruitutis.ff.e.l.ego puto.Itē
metus ſtupꝛi.ff.e.l.iſti quidē.Itē vba terrentia potentū.Tamē ſi poſt cōſentit vel ſubſequuta eſt car.
co.vel ſi ſtetit cū ea vel cū eo ꝑ annū cū dimidio nō dꝫ poſtea audiri allegās vim vel metū ex̄ de ſpon.
cap.ad id extra ď his q̄ matri accu.poſ.c.Inſuꝑ adieciſti.ex̄ ď eo q̄ dux.in mat.quā pol.c.ſignificaſti in
fi.⁊c̄.¶ Querit vtrū parētes poſſint cōpellere liberos ſuos ad ꝯhendū.So.dicendū eſt ꝙ nō ꝓpꝛie.iō
ſi parētes ꝓmittāt inter ſe dare liberos ſuos nuptui intelligit ſi liberi cōſentiāt ſm cōpen.ſeptē ſacra
mentoꝝ.Seq̄tur de impedimēto oꝛdinis ꝑ quo ē notandū ꝙ tres ſunt ſacri oꝛdines q̄ impediūt mr̄i
moniū ꝯhendū ⁊ dirimūt iam ꝯtractū.ſ.ſubdyaconatus dyachonatus ⁊ p̄ſbyteratus.q: in ipſis eſt an
nexa ꝯtinentia.ꝑ mag.xxxvij.di.iiij.Si vō vir ignoꝛante vxoꝛe oꝛdinē ſuſceperit caracterē ſuſcipit:ſed
executione carebit ⁊ vxoꝛi petenti tenet reddere debitū ſed ipſe petere nō pōt ⁊c̄.ſm ꝯpē.vij.ſacramē
toꝝ ⁊c̄.Sequit de impedimēto ligaminis.ꝑ quo eſt notandū ꝙ hō ligatus cū muliere ꝑ matrimoniū
vel mulier cū viro nō pōt alteri copulari alio viuente.¶ Queritur vtrum mulier credens maritū ſuum
moꝛtuū poſſit alteri nubere vel vir alteri vxoꝛi.Solutio extra de nup.c.dñs autem noſter dicit ꝙ nul
lus ad ſecundas nuptias p̄ſumat migrare donec cōſtet ꝙ moꝛtuus ſit cōiunx eius.Unde ex ſola crede
litate moꝛtis alterius vel leui coniectura nō licet alteri matrimoniū cōtrahere:ſed maioꝛ requirit cer
titudo que per iuramenta eoꝝ qui eū nouerunt moꝛtuū habeatur.Dicit tamen Hugo ꝙ iuramentum
vnius teſtis ſufficit cuꝫ atteſtatione publice fame aliter non.Notandū tamen eſt ꝙ quando alter con
iugum credit alterum eſſe moꝛtuum firmiter ⁊ cōtrahit ſi poſtea certitudo vite p̄oꝛis coniugis habea
tur alter qui cum alio contrahit nō poteſt petere nec reddere debitum ſecūdo:ſed ſi hoc faciat peccat
moꝛtaliter ⁊ adulterium cōmittit.Si vero dubitet ſolū ex cauſa rationali:tunc non debꝫ petere debitū
a ſecundo cōiuge ſed pōt ipſi debitū reddere.Si vero dubitet quadā leui ⁊ indiſcreta dubitatiōe dꝫ a
coꝛde ſuo abijcere talem dubitationem temerariam ⁊ poteſt petere ⁊ reddere licite debitum.¶ Querit
nunquid p̄mus vir vxoꝛem que ſic cōtraxit cum ſecundo tenetur recipere.Solutio.Dicendum eſt ꝙ
ſi illa que contraxit cum ſecundo viro ex certa ſcientia ſciens pꝛimum virum viuere adultera eſt,nec p̄

mus vir tenetur eam recipere.Si vero per ignoꝛantiam ꝓbabilem:q: credebat eum eſſe moꝛtuum
quādo cum alio cōtraxit tunc diſtinguendū eſt:q: aut ſtatim fuit reuerſa ad maritū cum vite ſue co
gnitionem habuit:⁊ tūc eam recipere tenet aut ſtatim nō fuit reuerſa:⁊ tunc eā recipere nō tenet:q:
adultera eſt:⁊ hoc ſꝫ cōpē.ſeptē ſacramētoꝝ.⁊ ſm magi.ſen.xxxviij.di.iiij.¶ Querit de affinitate:di
cendum eſt ꝙ affinitas ſit ꝑ cōiunctionem oꝛdinatā ad carnis ꝓpagationem ita ꝙ affinitas eſt ꝓxi
mitas perſonaꝝ ex eodem coitu ꝓueniens omni carens parentela ⁊ ſic apparet ꝙ affinitas ſit me
diante cōiunctione carnali.⁊ dicit Tan.ꝙ idem ſeruandū eſt in affinitate ſicut in cōſanguinitate ⁊ di
cit cōpē.vij.ſacra.ꝙ affinitas ꝯtrahit ita hñ ſeu cauſat ex ꝯcubitu foꝛnicario ſicut ex maritali ⁊ legi
timo.Ex ſponſalibus vero nō ꝯhitur affinitas:patet q: nō eſt ibi carnalis cōmixtio.Gratia vlterio
ris inquiſitionis p̄miſſoꝛum eſt notandū ꝙ in affinitate ſunt gradus:vt dictum extitit ſicut in cōſan
guinitate ⁊ tot gradus ſm mag.ſen.xi.di.iiij.Aut ergo affinitas p̄cedit matrimoniū aut ſequit.Si
pꝛecedit tunc dirimit matrimoniū iam cōtractum ⁊ impedit cōtrahendum poſt illā affinitatem con
tractam.verbi gratia.Aliquis vult ꝯhere cum maria ⁊ pꝛius cognouerat eius conſanguineā carna
liter in p̄mo gradu.ij.iij.aut.iiij.iam factus eſt affinis marie nec pōt eam habere in vxoꝛem:⁊ ſi eam
poſtea acceperit ſeparādus eſt ab ea.Si vero affinitas ſupueniat matrimonio iam ꝯtracto nō diri
mit matrimoniū iam cōtractum:ſed tñ ꝑſona ex cuius culpa affinitas ꝯhitur priuat a petitione debi
ti:ſed nō a redditione ſicut ſi vir poſtꝙ contraxit matrimoniū cum vxoꝛe cognouit ꝯſanguineā vxo
ris ſue ꝑdit amodo ius petendi debitū car.co.ſed tñ tenet reddere debitū vxoꝛi petenti ⁊c̄.Sequit
de publice honeſtatis iuſticia ꝑ quo eſt notandū ꝙ iuſticia publice honeſtatis eſt ꝓpinquitas ex ſpō
ſalibus ꝓueniens robur trahēs ex eccl'ie ꝯſtitutione ſeu inſtitutione ꝓpter eius honeſtatē:⁊ differt
ab affinitate:q: vt dictum fuit affinitas per carnalem copulaꝫ contrahit iuſticia publice honeſtatis
contrahit per ꝯſenſum per verba de futuro expꝛeſſum vl' per verba de p̄ſenti ante carnalem copulā
ſubſequutam.vnde poſt ſeptēnium cauſat publice honeſtatis iuſticia ⁊ nō ante:q: ſi ſponſalia cōtra
cta fuerint ante ſeptenniū nō cauſat publice honeſtatis iuſticia cum etiā ſponſalia ante ſeptennium
nō teneant niſi foꝛte ſpondentes pacto ſeptennio ſponſalia pꝛius facta appꝛobauerint.vnde publi
ce honeſtatis iuſticia impedit matrimoniū queadmoduꝫ ꝯſanguinitas vl' affinitas:⁊ ſm eoſdē gra
dus ſm cōpen.vij.ſacra.vnde ſi quis deſponſauerit puellam ſeptē annoꝝ vl' vltra ꝑ verba de futuro
vl' de p̄ſenti q̄uis eam carnaliter nō cognouerit ⁊ moꝛiat.tñ nullus de ꝯſanguinitate huius poterit
illam puellā habere in vxoꝛem vſq; ad quartū gradum.Et ſi cōtraxerit ſeparādus eſt.xxvij.q.ij.c.ſi
quis vxoꝛē deſpōſauerit.⁊ ſm.cōpē.vij.ſacra.Sequit de īpedimēto quod ꝓcedit ex īpotētia coeū
di.Pꝛo quo eſt notādum ꝙ impotētia coeundi ꝓuenit ex duplici cauſa:videlicet vl' ex frigiditate vl'
ex maleficio.Impotētia coeundi eſt vitium animi vl' coꝛpoꝛis vl' vtrinſq; quo quis impeditur alteri
commiſceri carnaliter.Et iſtius impotentie ſunt plures ſpecies.ſcilicet frigiditas:defectus etatis:ar
tatio in muliere:⁊ illa ſunt naturalia.Caſtratio maleficiū ⁊c̄.⁊ illa ſunt accidentalia.Frigiditas im
pedit matrimonium eo ꝙ alter coniugum dat alteri ſui coꝛpoꝛis poteſtatem ad reddendum debi
tum carnalis copule:ſed frigiditas huiuſmodi redditionem impedit:ideo impedit matrimonium:
quia frigidus ad impoſſibile ſe obligare non poteſt.Pꝛo quo eſt vlterius notandum ꝙ frigiditas
eſt duplex tempoꝛalis ⁊ perpetua.Tempoꝛalis dicitur cui poteſt ſubueniri beneficio artis medicine
vel etatis:⁊ hec matrimonium non impedit:nec pꝛopter ipām diſſoluitur matrimonium ſicut eſt de
fectus etatis:⁊ etiam artatio in muliere ſi poſſit ei ſubueniri arte medicine vel per continuum vſuꝫ
cum homine conuenientis ſtature non impedit matrimonium.extra de frigiditate ⁊ male.capitulo
ex litteris.Si vero ſit talis artatio ꝙ ei ſubueniri nō poſſit impedit matrimonium contrahenduꝫ ⁊
dirimit iam contractum ſicut ipā frigiditas cui non poteſt ſubueniri per aliquam medicinam in ca
pitulo ex litteris allegato.⁊ capitulo frigidi.¶ Queritur quid iuris ſi vir non poſſit cum virgine cō
plere carnalem copulam ⁊ poſſit eam complere cum coꝛrupta.Solutio dico ꝙ pꝛopter hoc matri
monium nō diſſoluitur:quia medicinaliter poſſunt clauſtra pudoꝛis aperiri ⁊c̄.ſm compendium ſe
ptem ſacramentoꝛum.Frigiditas perpetua eſt cui non poteſt ſubueniri:⁊ hec eſt dupliciter conſide
randa:quia aut pꝛeceſſit matrimonium aut ſequitur.Si pꝛeceſſit impedit ⁊ dirimit matrimonium:
ita ꝙ ille qui illud impedimentum habet perpetuo maneat abſq; ſpe coniugij.Ille vero ex parte cu
ius non eſt impedimentum nubat in domino cum voluerit.extra de frigiditate capitulo laudabilē.
xxiij.q.i.c.i.⁊.ij.Si vero impedimentum ſuperueniat poſt matrimonium contractum ⁊ conſumma
tum:vt quia caſtratur vel ex infirmitate frigidus deuenit ⁊ redditur impotens pꝛopter hoc non di
rimitur matrimonium.Et ſi aliquis quereret de ſenibus qui ſunt frigidi.Solutio q̄uis non habe

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ant callidum ſufficiens ad generandum habent tamen ſufficiens ad reddendum debitum carnalis copule:⁊ ideo eis conceditur matrimoniū contrahere ſm ꝙ eſt in remediū ⁊ non ſm ꝙ eſt in officiū nature ad generationem. ¶ Queritur quomodo poteſt cognoſci impedimentum frigiditatis eſſe perpetuum. Solutio ex quo per triennium cohabitauerunt. operam dantes carnali copule ſtudioſe. ſi adhuc durat maleficium preſumitur perpetuum eſſe. ¶ Queritur quomodo fit ſeu celebratur diuortium in tali caſu. Solutio. Si ambo coniuges pariter procedant ad iudicium ⁊ proclamant ꝙ nō poſſunt ambo carnaliter commiſceri q̄uis per triennium ſtudioſam dederint operam carnali copule bona fide ſine fraude. tunc officialis vel cui pertinebit faciet eos iurare: ſuper hoc etiam faciet iurare de credulitate propinquos eorum qui ſtatum eorum cognouerunt ⁊ iſti propinqui non iurabunt niſi ꝙ credunt eos verum dixiſſe. arg. extra de pur. capitulo quotiens. Et iſtis iuramentis preſtitis ſi ꝓpter frigiditatem ſeparantur datur mulieri licentia alteri nubendi: ſed non viro. viceſimatertia queſtione prima capitulo requiſiſti: ⁊ per magiſtrum ſententiarum. xxxiiij. diſtin. iiij. etiam ꝓpter artationem mulieris datur viro licentia nubendi alteri ſed non mulieri. extra de impotentia coeundi ca. fraternitatis Tamen niſi ſignis manifeſtis cōſtet eos. ſ. viros eſſe frigidos vel mulieres artas nō ſunt abinuicē ſeparandi. in auc. de nup. §. per occaſionem. col. iiij. dz tamen maior caliditas adhiberi circa virū q̄ circa mulierem: q2 frigid tas que faceret virum impotentē non faceret mulierē ſm ꝯpen. ſeptē ſacramentorum. Si vero alter tm̄ confitetur ⁊ alter negat quid fiendū. Solutio. Si vir ꝓuocat ad ſeparationem negante vxore viro incumbit ꝓbatio q2 illi ſoli non creditur. Si vero mulier ꝓuocat virum ad ſeparationem viro recuſante ⁊ aſſerente carnalem copulam preceſſiſſe credit̄ viro. q2 caput ē mulieris extra de ſpon. impu. cōtinebatur. xxxiij. q. i. ſi quis acceperit. niſi mulier velit ꝑ aſpectum corporis ꝓbare impedimentum: q2 tunc ſtandū eſt ꝓbationi mulieris arg. xxvij. q. i. c. nec aliqua. Et ſi mulier ꝓbauerit ꝑ inſpectionem corporis ſeparandi ſunt. Ponat̄ caſus ꝙ mulier fuerit corrupta q̄d iuris: q2 tunc aſpectus corporis nihil operat̄. Solutio. Requiritur iuramentum mulieris cū ſeptima manu ꝓpinquorū. ¶ Queritur quid iuris ſi vir ꝓuocat ad iudicium ſuam cōiugem dicendo ſe non poſſe cognoſcere eam carnaliter ⁊ illa dicat ſe cognitam ab eo fuiſſe. Dicendum eſt ꝙ viro nō eſt credendum q̄uis dicatur caput mulieris niſi ſint alie ꝓbationes. tm̄ q2 vir eſt actor ⁊ actori nō incumbit ꝓbatio. vi. q. i. ca. actor. C. de edendo. l. qui accuſare. tum q2 ſi crederet̄ verbo vnius non formidaretur incurrere piurium ꝑ viros vt poſſent ſeparari ab vxoribus ⁊c. Sicut dictum fuit de frigiditate ita dicendū eſt de maleficio: q2 ſi maleficium ſequat̄ matrimoniū iam cōtractū ſiue fuerit conſummatū ꝑ carnalē copulā ſiue nō: nō dirimit Si autē p̄cedit matrimoniū aut illud maleficiū eſt perpetuū: ⁊ tūc dirimit matrimoniū cōtractū ⁊ impedit cōtrahendū. xxxiij. q. i. c. ſi ꝑſociarias. perpetuū dicit̄ quando humano opere ei ſubueniri nō pōt aut temporale ⁊ tunc non dirimit: ⁊ ad hoc experiendum eccleſia inſtituit tempus triū annorū ſicut de frigiditate differentia tm̄ eſt inter frigiditatē ⁊ maleficiū q2 frigus eſt impotens ad omnes mulieres ⁊ ideo non datur licentia nubendi cum alio. Sed ex maleficio poteſt homo eſſe potens ad vnam mulierem ⁊ ad aliam non. ⁊ ideo quando iudicio eccleſie diſſoluuntur ꝓpter maleficij impedimentū maleficij datur vtriq3 licentia ad matrimonium contrahendum. ¶ Queritur vnde procedit maleficium. Solutio ex dyabolo deo permittente: ita ꝙ in ymaginatione hominis dyabolus imprimit ex qua impreſſione tollitur viro concupiſcentia que mouet ad talem mulierem ⁊ non ad aliam: ⁊ ſimiliter poſſz eſſe ad omnes mulieres tale maleficium in viro impediendo excitationem concupiſcentie per quam carnalis copula tollitur. Et poſito caſu q̄ tale maleficium poſſit per aliud maleficium deſtrui ⁊ remoueri ſicut malefici teſtantur nihilominus diceretur perpetuū. quia nullomodo debet quis auxilium demonum inuocare ſm compendium ſeptem ſacramentorum. ¶ Queritur quid iuris de impedimento accidentali vt puta de ſpadonibus. caſtratis ⁊c. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſi ſectio preceſſit matrimonium ſeparandi ſunt. Si autem non preceſſit non ſunt ſeparandi licet vir factus ſit inutilis ad reddēdum debitum. xxxij. q. ij. extra vt libro non con. c. quoniam frequenter. ⁊ illud idem quod dicimus de ſectione ſuperueniente ꝙ non ſeparat matrimonium prius contractum. dicendum eſt de impotentia coeundi ſi ſuperuenit matrimonio conſummato ꝙ nō dirimit matrimoniū ⁊ ſic breuiter dicendum eſt de alijs impedimentis que ſuperueniunt matrimonio iam conſummato ꝙ illud matrimonium nō diſſoluunt. Item ſi contrahentes ſcierint anteq̄ contrahant impedimenta preallegata: ⁊ poſtea contrahant non eſt locus ſeparationi. quia imputatur eis qui ſcienter impotentibus ſe coniunxerunt. ff. de adul. l. ſi vxor. in fi. in capitulo ſi quis vxorem. xxxiij. que. i. tam in ſua ſumma ⁊c. Preter iſta duodecim impedimenta que dicta ſunt: ſunt alia que impediunt matrimoniū contrahendum ſed non dirimunt

iam contractum. ſcilicet tempus feriarum ⁊ eccleſie vetitum. Unde verſus. Eccleſie vetitum necnon tempus feriarum. Impediunt fieri permittunt facta teneri. Hij enī duo caſus ſcilicet prohibitio eccleſie ⁊ tempora feriarum impediunt contrahendum. Prohibitio eccleſie eſt quando timetur de aliquo impedimento inter aliquos ⁊ prohibetur ne contrahant donec conſtiterit de declaratione ſuper hoc facta hac de cauſa matrimonia clandeſtina que fiunt ſine conſenſu eccleſie ⁊ ſolennitate prohibentur vt perſone contrahentes legitime prohibentur. Et dicuntur fieri matrimonia clandeſtina. primo quādo non adhibentur teſtes. Secundo quando non adhibetur ſolennitas quā ſolet eccleſia in nuptijs adhibere ſicut benedictio ⁊c. Tertio quando non eduntur banna ſeu cride: quia conſuetū eſt in eccleſia ꝙ fiant tria banna ſolenniter in diebus feſtiuis inter miſſarum ſolēnia vt emineat ſi ſit aliquod impedimentum inter contrahentes. tamē ſi facta fuerint matrimonia clandeſtina tenent cum ibi ſit ver9 conſenſus per verba de preſenti expreſſus. tamen contrahentes ſic clandeſtine debent puniri per epiſcopum propter prohibitionem. Tempus feriarum continetur in illo metro. Aſpiciens veterem circum quaſi quis benedicta. Per hanc dictionem aſpiciens intelligitur p̄ia dominica aduentus in qua cantatur in matutinis aſpiciens. Per hanc dictionem veterem intelliguntur octaue epiphanie. Per circū intelligitur ſeptuageſima. Per quaſi intelligitur quaſi modo in octauis paſche. Per quis intelligitur dies lune ante aſcenſionem domini. Per benedicta intelligitur dies trinitatis. In prima dominica aduentus non celebrantur nuptie. In octauis epiphanie celebrantur nuptie. In dominica ſeptuageſime non celebrantur nuptie. Dominica quaſi modo celebrantur. die lune ante aſcenſionem qua cantatur in euangelio quis veſtrum habebit amicum ⁊c. nō celebrant̄ nuptie. tamen aliq̄ dicunt ꝙ ſola dies trinitatis ponitur excluſiue ⁊ dicunt cauſam quia dies trinitatis non pertinēt ad ſolennitatem pēthecoſtes cum careat octauis etiam libenter miſſa de trinitate pro nuptijs celebratur: ⁊ hoc videt̄ dicere illa decre. extra de ferijs. c. capellanus ⁊ magiſter ſententiarum. xxxij. di. quarti. tamen ſm compendium ſeptem ſacramentorum q2 quelibet ꝓuincia ſuo ſenſu abundat ſtādū eſt ſuꝑ hoc cōſuetudini ꝓuinciarum ſeu ciuitatum ⁊c. ¶ Queritur vtrum vir ꝓpter crimen adulterij poſſit mulierem ſuam dimittere ⁊ alteri nubere. So. dicendū eſt ꝙ vir pōt vxorem ſuam dimittere ex cauſa adulterij vt ſi inuenit eam ſolā cum ſolo loco ⁊ tempore ſuſpectis ⁊ nudā cū nudo. ſed hoc q̄tum ad thorum. ſ. ꝙ poteſt eam dimittere non tamen poteſt alteri nubere: quia vinculum matrimonij perpetuum manet inter virum ⁊ vxo. q̄diu vixerint ſm cō. vij. ſacramentorū. ¶ Queritur vtrū vir poſſit propria auctoritate vxorem fornicātē dimittere. Solutio dicendum eſt ꝙ poteſt quo ad thorum tm̄ eam dimittere q̄cito cōſtat ei de eius fornicatione nec tenetur ei reddere debitū niſi per eccleſiam cōpelleretur ⁊ tūc nō generat ei preiudiciū quin etiā poſſit eam accuſare de fornicatione. Alio modo intelligitur dimittere vxorem q̄tum ad mutuā cohabitatioē ⁊ ſic vir non poteſt dimittere vxorē ſuā fornicantem niſi per iudicium eccleſie ſm Bonauen. ⁊ compen. ſemptem ſacramētorum. ¶ Queritur nūquid poteſt mulier dimittere virū ſuū ſeu maritū ex cauſa fornicatiōis ſicut vir vxorem. Solu. dicēdū eſt ꝙ ſic. vñ mag. ſen. xxxv. diſt. iiij. cum dn̄s viro cōcedit vxorem dimitti cauſa fornicationis eadem licētia nō tollitur feminis. vnde Inno. Papa xp̄iana religio adulterium in vtroq3 ſexu pari ratione condēnat. Adultera enī vxor nequit dimitti a viro ſuo niſi ⁊ ipſe expers ſit fornicationis. vnde Auguſti. nihil iniqui9 eſt q̄ cauſa fornicationis dimittere vxorem ſi ipſe cōuincatur fornicatione. Ad hoc concordat apoſtolus dicēs in quo alium iudicas teipſum condēnas: tamen quantum ad bonū matrimonij quod eſt proles ma9 pctm̄ eſt ex parte mulieris fornicantis q̄ ex parte viri. ¶ Queritur nūquid ſemper poteſt vir vxorem fornicātem dimittere. Solutio dicēdum eſt ꝙ non in ſeptem caſib9. Primus eſt ſi vir etiam fornicatus fuerit. Scd̄s ſi vir eam proſtituerit vel duxerit eam ad fornicādū. Terti9 caſus quādo vxor ꝓbabiliter credit virum ſuū eſſe mortuū ⁊ alteri nubit ⁊ viro redeūte ſtatim ab illo recedit cū quo poſtea nupſerat. Quart9 quādo eſt ab alio cognita ſub ſpecie viri quem credebat ſuū eſſe virum. Quint9 quādo fuit vi oppreſſa ⁊ intelligitur de vi abſoluta que non fit niſi per metum. Sextus quādo reconciliauit ſibi eam poſt adulteriū cōmiſſum vel publice adulterātem retinuit. Septimus caſus quando infidelis ab alio infideli coniuge dimiſſus ſm ritum ſuū eo dimiſſo alter nubit ⁊ poſtea vtroq3 ad fidē conuerſo cogitur per eccleſiam eam recipere breuiter ſi vir poſt diuortium velit reconciliare ſibi vxorem ſuam poteſt ſm compen. ſeptem ſacramentorū ⁊c. ⁊ per meg. ſen. xxxv. diſt. iiij. vbi. d. poſſunt autem reconciliari ⁊ cohabitare ſicut prius ſi dimiſſam alter reuocare voluerit. Et ſic finit de capitulo matrimonij ⁊ finaliter de ſeptem ſacramentis.

¶ Sequitur de virtutibus ⁊ actibus virtuoſis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

C Riminibus notis de mente tuaqꝫ remotis
Inſere virtutum ſemen qui ſint tibi ſcutum
Ne quando viues in peccatum recidiues
Sintqꝫ tibi lumen quo poſſis cernere numen
Septem virtutes habeas aduerſa refutes
Eſt o fide firmus ſpe rectus amore leuatus
Prudens et iuſtus animo fortis moderatus
Donis impleri procura flaminis almi
Eſto timens pius atqꝫ ſciens fortis bene conſul
Hic intellectus ſapientia dona dei ſunt
Sis bene dotatus vt ſis in fine beatus
Sis pauper mitis flens ius faciens miſerator
Mundus pacificus ſic vult mundi recreator
Per ſeptem merita dantur tot premia magna
Pauper enim regnat mitis poſſeſſor abundat
Flens conſolatur iuſtum faciens ſatiatur
Sit pietaſqꝫ pijs dominum munduſqꝫ videbit
Eſt quoqꝫ pacificus domini proles et amicus.

P Oſtqꝫ actor nr̄ determinauit de ſeptē ſacr̄is hic intēdit determinare de ꝟtutibus diui dens ſuā litterā ꝑma ſui diuiſione in duas ꝑtes. In ꝑma ꝑte determinat de ꝟtutibus donis ꝛ btitudinibus in gn̄ali in ſcd̄a in ſpāli. Prima in principio ſecunda ibi. Vera fides firmat ꝛc̄. Itē ꝑma diuidit̄ in tres. In ꝑma determinat de virtutibus. in ſecūda de donis. in tertia de btitudinibus. ꝑma in ꝑncipio. ſecunda ibi. Donis impleri. tertia ibi ſis bn̄ dotatus ꝛc̄. Itē ꝑma ꝑs in duas. nā ꝑmo ꝓponit. ſecūdo enumerat ꝟtutes ꝑma in ꝑncipio. ſecunda ibi. Septē ꝟtutes. In prima ꝑte actor noſter ꝓponit dicēs ꝙ criminibus. i. peccatis notis. vt ꝑ verā pn̄iam remotis a mēte virtutes debent inſeri. q̄quidē ꝟtutes ſunt tāqꝫ ſcutū ſeu clipeus ad repellendū ictus ꝛ inſultus inimicoꝝ. caueat eñ ꝟtuoſus ne reciduet in aliqđ mortale: q: ſic ꝑuaretur virtutibus ꝛ efficeret̄ cecus. ꝟtutes eñ dirigunt ꝟtuoſum ſurſum a ſtatu gratie ad ſtatum glorie ꝛc̄. Pro quo eſt notanduꝫ ꝙ virtus ſm̄ Aug. in li. de li. ar. eſt bona qualitas mētis qua bn̄ viuitur qua nullus male vtitur quā deus in nobis opatur. ꝛ hec diffinitio dat̄ in cōpatione ad agentē Circa illā particulā ꝑme diffinitionis quā deus in nobis ſine nobis opatur. Poſſet aliq̄s arguere de illa auctoritate Auguſtini. d. Qui fecit te ſine te nō iuſtificabit te ſine te: q: ꝑ illā auctoritatē videt̄ ꝙ deus in nobis nō operet̄ ꝟtutē ſine nobis. So. Deus iuſtificat hoīem ſine hoīe coopante. ſed nō ſine hoīe operante. ſicut ſol illuminat domū cū aliquis aperit feneſtrā tn̄ nō ſine hoīe operante: ſed ſine homine coopante. Homo eñ nō coopatur illuminādo domū ſic verus ſol infundit ꝟtutes nobis ꝑpatis ad earū ſuſceptionē. nō tn̄ coopamur illi in illa infuſione. Aliter diffinit̄ ſic. Virtus eſt habitus mētis bene inſtitute. ꝛ hec diffinitio datur in cōpatione ad ſubiectū in quo eſt. puta ad mentem in qua eſt ꝟtus tanqꝫ in ſubiecto. Et iſte due diffinitiones dātur ſm̄ Aug. Unde mens dicit̄ bene inſtituta quādo ratio cenſulit recte volūtas recte impat ꝛ vires ſubiecte voluntati recte obediunt hāc bonā inſtitutionem virtus in mente facit. nomē ꝟtutis antiquitus fuit ſolius fortitudinis vt ait Tullius cuius ratio hec eſt: q: non ſtatim innotuit hoībus ꝟtuoſitas aliarū virtutū ſed ꝟtuoſi ſemꝑ apparuerūt qui laboribus ꝛ doloribus nō facile vinci potuerunt: ſed poſt experientia docuit animū habere multa certamina contra delitias diuitias ꝛ honores: quoꝝ victoria difficilis eſt ꝛ vtilis. vnde ꝛ virtuoſi nominati ſunt q̄ tales vincere potuerunt. Alia diffinitio eſt ſm̄ philoſophum in ethicis. ꝟtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. Hec diffinitio datur in comparatione ad finem ꝛc̄. qualitas in prima diffinitione ponitur pro genere. bona ponitur ꝓ differentia qualitatum malarum anime mentis dicitur ad differentiā qualitatum que ſunt in corpore: qua bene viuitur ponitur ad differentiam qualitatum quibus recte intelligitur ſicut ſcientia ꝛc̄. qua nullus male vtit̄ ponitur ad differentiū qualitatū quibus ꝛ bene ꝛ male vti poſſumus quam deus in nobis operatur ponitur ad differentiam virtutum cardinalium que habent̄

per acquiſitionem. De iſtis diffinitionibus ſuperſedeo cauſa breuitatis. Virtus eñ ethimologizatur quaſi vis intus: ꝛ hec vis conſiſtit in aggreſſione arduoꝛuꝫ que ſunt ſupra ſe ꝛ intollerantia aduerſoꝝ Act. xiiij. capitulo. Per multas tribulatiōes oportet nos intrare regnum dei: ꝛ in abſtinentia placitorum. Gene. viij. Senſus ꝛ cogitatio cordis humani in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Unde metrificator. Oui. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis. Alio modo dicitur virtus quaſi viroreꝫ tenēs vel quaſi virum tuens. ꝙ virtus dicatur a vi patet. Math. xi. Ubi dicitur violenti rapiunt illud id eſt virtuoſi rapiunt regnum celorum. ¶ Queritur quid dicendum de qualitate virtutum. ad hoc reſpondetur ſub paucis verbis ꝙ virtus in medio cōſiſtit. ꝛ tale medium conſiſtit in tribus. ſcilicet in agendis ſcilicet inter ſupra ꝛ circa modum. vnde paulus rationabile ſit obſequium veſtrum. Item in habendis ſcilicet inter ſuperfluum ꝛ indigentiam. Prouer. diuitias ꝛ paupertatem ne dederis. Item in ſuſtinēdis. ſcilicet inter eleuari in proſperis ꝛ deijci in aduerſis. vnde ſcriptura ſacra. Deuter. v. ꝛ Prouer. iiij. Non declinabis ad dexteram nec ad ſiniſtram. Tres eñ ſunt bone conditiones virtutis ſcilicet tentationis remotio actuum multiplicatio. in bono delectatio. Primum virtutem in radice firmat. Secundum quaſi floribus decorat. Tertium quaſi ſapore fructuum delectat. Item ad conſummationem virtutum concurrunt iſta diſpoſitio imperans habitus informans. operatio probans. premiuꝫ coronās ¶ Queritur de qualitate virtututum pro quo eſt notandum ꝙ equalitas virtutum conſiſtit in multis modis. Equales eñ ſunt virtutes quantum ad eſſentiam quia omnis virtus eſt ſimplex. Secundo q̄tum ad equalem radicationem in anima ſm̄ ꝙ in ipſis virtutibus eſt. Tertio q̄tum ad relationem ad eundē finē: q: oēs ꝓpter deū operantur. Quarto q̄tum ad equalē effectum q: equaliter faciūt hoīem dignū vita eterna. Quinto q̄tū ad equalem facilitatem ad actus ſuos q̄tum in ipſis eſt niſi impediāt̄ ¶ Queritur de ꝟtutū inequalitate. Pro quo eſt notandum ꝙ virtutes ſunt inequales q̄tum ad vſum. Sunt eñ virtutes ſicut arma: ſed ſicut miles neſcit equaliter pugnare cuꝫ omnibus generibus armorum qui habet immo melius pugnat cum illis armis que frequentius vſitauit. ſic eſt de virtutibus. Secundo ſunt inequales q̄tū ad auctoritatē q: ſm̄ hoc maior oībus virtutibus eſt charitas: ꝛ quelibet virtus poteſt eſſe maior alia ſm̄ aliquā ꝑrogatiuā quā hꝫ vel ſm̄ aliquem effectū. Tertio q̄tuꝫ ad feruorem q: vna virtus feruentius operatur alia. Sciendum eſt tamen ꝙ eadem virtus numero non eſt equalis: quia virtutes creſcunt pluribus modis. vno modo q̄tum ad intentionē. Secundo q̄tum ad radicationem. Tertio q̄tum ad potentiam. Quarto q̄tum ad maiorem expreſſionem diuine ſimilitudinis. Quinto q̄tum ad diuturniorem permanētiam. Item creſcēte vna virtute creſcūt oēs. Exemplum habemꝰ in cithara in qua ſi debet eſſe debita proportio ſonorū neceſſe eſt vt quādo vna corda tenditur ꝙ omnes alie tēdantur ne in armonia fiat diſſonātia. ¶ Queritur quare vnus polleat magis q̄ alius vſus vnius virtutis. Solutio plures ſunt rōnes. Prima q: deo ſic placet qui etiam dator eſt virtutis. Secunda ratio eſt natura complexionis que magis eſt conſona operibus vnius virtutis q̄ operibus alterius. Tertia ratio eſt vſitatio: quia vnꝰ magis exercitauit ſe circa vnā ꝟtutē q̄ circa aliā Quarta ratio eſt q: minꝰ impugnatur a vicio cōtrario illi virtuti. Quinta q: maiorē habet diſcretionē in operibus vniꝰ virtutis q̄ alterius. Sexta ratio difficultas ſtatus: q: cū de nouo quis cōuertitur licꝫ maioreꝫ charitatē habeat q̄ aliꝰ qui diu fuit in charitate nō eſt: tn̄ ita expeditꝰ ad bene agēdum ſicut alius ꝓpter reliquias pctōꝝ que adhuc inherēt. ¶ Querit̄ vtrum magnitudini ſciētie debeat rn̄dere magnitudo virtutis. So. dicēduꝫ eſt ꝙ ſic pluribꝰ rōnibus. pria rōne diuini exēpli. Jo. i. plenū gratie ꝛ veritatis. Lu. xxiiij. Potēs in opere ꝛ ſermone. Act. i. Cepit Jeſus facere ꝛ docere. ſecunda ratione exēpli angelici qui quanto plus cognoſcunt tanto plus diligunt. Item ratione exempli humani Mathei. v. qui aūt fecerit ꝛ docuerit hic magnꝰ vocabitur in regno celoꝝ. Item rōne exēpli naturalis q̄m lux ꝛ calor in ſole ꝓportionātur. Item rōne obligatiōis. Luc. vij. Cui plus dimittitur plus diligit. Itē ratione pene declinationis Lu. xij. Seruus ſciens volūtatem domini ſui non faciēs plagis vapulabit multis. ¶ Queritur de cōnexione virtutū ſcilicet vt qui habet vnā virtutem habeat oēs. Sol. dicēduꝫ eſt ꝙ ſic pluribꝰ rationibus. Una eſt largitas dei dātis qui nō dat vnā ſine alia. Alia ratio eſt q: ſicut vnum mēbrum indiget alio ſic ꝛ in virtutibꝰ. Alia ratio eſt q: ſicut in cithara ſi vna corda defuerit nō eſt armonia perfecta: ita nec in anima ꝑfecta erit ſpūalis melodia niſi oēs virtutes ad ſint. Alia ratio eſt q: contra ſingula vitia ſunt alique virtutes. vnde opꝫ oēs habere virtutes vt oīa vitia impugnantur. vnde ſicut miles mūdi nō ē expeditꝰ niſi habeat oīa arma: ita nec miles xp̄i ſi aliqua virtꝰ ſibi defuerit: ꝛ ſicut eñ ſtelle ꝛ planete ſemꝑ in ſperis ſuis ſunt: ita virtutes debēt eſſe in anima. Anima eñ eſt vas auri ornatū omnibꝰ lapidibꝰ precioſis. i. virtutibꝰ. Anima eñ eſt ſicut ortꝰ nobilis cui non deeſt decor alicuius floris ſeu arboris. Ea que dicta ſunt de connexione virtutum intelligantur de virtuti

bus gratuitis que omnes quo ad habitus ſunt connexe. vitia vero non ſunt connexa. ratio eſt: quia vi
tia ſunt in nobis ex operibus noſtris que ſimul non ſunt: virtutes autem theologice nō ſunt in nobis
per acquiſitionem ſed per infuſionē. Alia ratio eſt: qꝛ vitia ſunt oppoſita adinuicē ſicut auaritia ⁊ pro
digalitas quod nō eſt in virtutibꝰ. ¶ Queritur quid dicēdum de cōmendatione virtutis. Solutio dicē
dum eſt ꝙ virtꝰ eſt cōmendabilis. primo ex ꝑte cauſe efficiētis que deꝰ eſt: qꝛ vt ait Aug. ipſam deus
in homine opatur. Secūdo eſt cōmendabilis ex ꝑte cauſe materialis in qua eſt: qꝛ nō niſi bonos in-
habitat non eſt ſic de bonis naturalibꝰ ⁊ fortuitis: qꝛ talia deꝰ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Tertio ex ꝑ
te cauſe formalis: qꝛ virtꝰ eſt decor ſpūalis. ps. Omnis gr̄a eius filie regis. Quarto ex ꝑte cauſe fina
lis. vn̄ Aug. Premiū virtutis eſt ipſe qui virtutē dedit. Per ꝟtutes em̄ diſtinguūtur filij dei a filijs dya-
boli Jo. xiij. In hoc cognoſcēt hoīes qꝛ mei eſtis diſcipuli ſi dilectionē habueritis adinuicē: ideo oēs
ſancti ſtudebāt virtutibꝰ. Commēdabilius em̄ eſt ſtudiū virtutis q̄ ſtudiū ſcientie. primo ratione exē
pli qꝛ ſancti ſic fecerūt. Itez rōne auctoritatis. vn̄ apo. i. cor. iiij. c. Non in ſermone eſt regnū dei ſed in
virtute rōne effectꝰ: quia virtus peccatū expellit: ſcientia vero non rōne originis: qꝛ virtꝰ a deo infundi
tur: ſcientia per ſtudiū acquirit̄. ratione finis: qꝛ virtutis finis eſt gloria ⁊ non ſcientie: rōne obiecti: qꝛ
virtutis obiectum eſt bonū. ſcientie vero obiectū eſt verum: rōne materie in qua eſt: qꝛ virtꝰ non eſt ni
ſi in filijs dei. ſcientia autem non ſemper: ratione ſecuritatis: qꝛ ſecurius eſt eſſe bonum q̄ verum: rati
one honeſtatis: quia maior gloria eſt ſequi deum q̄ Ariſtotelem. rōne vitādi malum: quia primi parē
tes ſi extendiſſent manuz ad lignū vite ſicut ad lignum ſcientie non incurriſſent tot mala in ſe ⁊ in po-
ſteris: virtus em̄ eſt magne dignitatis cum deum habeat doctorē iuxta illud Mathei. xi. Diſcite a me
quoniaz mitis ſum ⁊ humilis corde. Magne ſublimitatis. iuxta illud Tullij. Virtus vera eſt altiſſimis
de fixa radicibus. Magne iocunditatis eſt virtus. vnde in cuſtodiendis illis retributio multa. Virtꝰ
eſt magne vtilitatis. vnde Boetius nunq̄ ſine pena ſunt vitia nunq̄ ſine premio ſunt virtutes. Vir-
tus eſt magne ſecuritatis. vnde Tullius hoc demonſtrat. Sapientia eſt vt omnia tua in te poſita eſſe
dicas. ¶ Queritur quid dicendum de effectu virtutum. Solutio dicendum eſt ꝙ multiplex eſt effectꝰ
virtutis. rationalem illuminat ad cognitionem veri. concupiſcilem excitat ad amorem boni: iraſcibi-
lem confortat ad deteſtationem mali. deo aſſimulat virtus virtuoſum: patri per virtutis amorem: fi-
lio per virtus ſplendorem. ſſ. per charitatis feruorem. Virtus preterita mala expellit: preſentia mala
impugnat. A futuris premunit. Virtus dilectum deo hoīem efficit: fructum adducit: qꝛ premiuz poſt
meritum ⁊c. Sunt em̄ infiniti alij effectus virtutis de quibꝰ ſuperſedeo cauſa breuitatis. ¶ Queritur
de merito virtutū. Solutio dicendū eſt ꝙ meritū eſt boni operis efficatia ad obtinēdum id quod non
habetur vel ad habēdum iuſtiꝰ quod habetur. vn̄ per meritū de non debito fit debitū vel debitum fit
magis debitum: ſicut rex dat equū quem nō meruit miles: ſed per vſum equi meretur eūdem equū iaz
datum. ¶ Ad declarationē premiſſoꝝ eſt ſciēdum ꝙ triplex diſtinguitur meritū: ſcꝫ cōgrui digni: ⁊ cō-
digni. Meritū congrui eſt per qd̄ diſponit̄ ſubiectū vt poſſit recipere gratiā ſm̄ rōem diuine iuſticie.
Iſtud vocatur diſpoſitio materie: ſcꝫ quādo quis facit qd̄ in ſe eſt. Meritum digni dicit ydoneitatem
operātis ad aſſequēdum id qd̄ meretur. Meritum cōdigni dicit equalitem meriti ad remuneratiōez
dico autem equalitatem non ariſmeticam ſeu geometricā. i. non q̄titatis: ſed proportionis: ⁊ illud pa
tet: quia deus ſemper remunerat ſuper meritum ſicut punit circa condignum. vnde non eſt inter pre-
mium ⁊ meritum equalis q̄titas: ſed proportio: qꝛ apud deum non eſt iuſticia cōmutatiua cum nulli
debeat aliquid ſed diſtributiua: vocatur autem iuſticia cōmutatiua iuſticia fori qua datur vnus panis
pro denario. vel vlna panni pro ſolido. Juſticia vero diſtributiua eſt principiuz quo diſtribuuntur do
na ſm̄ proportionem ad merita ⁊ illa eſt apud deū. vnde apo. prima ad cor. iij. Vnuſquiſq; capiet mer
cedem ſm̄ laborem ſuū. Tunc veniēdo ad propoſitum dicēdum eſt ꝙ nullus ſibi meretur primā grati
am merito digni vel merito condigni: ſed tantūmodo merito congrui. Si mulier exiſtens in charita-
te non poteſt alteri mereri primam gratiā merito condigni: ſed merito digni ⁊ merito congrui. vnde
ſi alij modi inueniantur ad iſtos tres ſunt reducibiles. Tunc ad illud qn̄ dicebatur ꝙ beata virgo me
ruit portare xp̄m: intelligēduz eſt comparatiue. i. meruit potius portare. i. debuit q̄ alia. Item mali di
cuntur mereri temporalia: quia nullū bonum irremuneratum: ſicut nullum malū impunituz: ſed illud
dicitur improprie: quia opera in mortali facta non ſunt directe bona cū non ſint informata charitate:
tamē qꝛ talia opera aliqd̄ boni habent dn̄s interpretatur ea vt bona ⁊ aliquid dat pro eis. Itē pecca-
tor aliqn̄ meretur gr̄am occaſionaliter: qꝛ pauperes interdū obtinēt benefactoribꝰ gratiam ſuis preci
bus quarū precū occaſio fuerunt elemoſyne: tamen ſatis improprie ſumitur merituz qn̄ dr̄ felix culpa
que talem meruit habere redēptorem: quia ibi nō ponit̄ meruit pro exigebat: q̄uis nullꝰ ſibi mereat̄

primam gratiā ſicut dictū eſt. pōt tn̄ peccator ſe habilitare ad gratiā faciēdo qd̄ eſt in ſe: qꝛ nulli taliū
gratia denegat̄. hoc aūt nō eſt ex merito digni vl̄ ꝯdigni ſꝫ ꝯgrui. Hec v̄o ꝯgruitas multomagis ē
ex ꝑte bonitatis dei gratiā ꝯferentis q̄ ex ꝑte hoīs ſe ad gratiā habilitātis: qꝛ in p̄paratione ad gra-
tiam ⁊ etiā in infuſione gratie habet ſe aīa ad modū materie ip̄e v̄o deus ſicut primū mouens ⁊ effi-
ciens. Alia rōe pꝫ ꝙ illa ꝯgruitas eſt magis a deo q̄ ab hoīe: qꝛ habilitatio q̄ eſt ex ꝑte hoīs ſolūmo
do dat locū diuine mīe ꝙ ſalua iuſticia poſſit alicui ꝯferri gratia: qꝛ iniuria fieret diuine iuſticie ſi ta-
li daret̄ gratia in quo eſſet adhuc obex gratie. ſ. peccandi voluntas. Sufficiens igit̄ habilitatio ad
gratiā eſt ſi hō facit qd̄ in ſe eſt. Facere aūt qd̄ in ſe eſt tria cōplectit̄. ſ. vt hō actū peccandi ⁊ volunta
tem deſerat ⁊ conet̄ in bonū vt eſt ſibi poſſibile. Omne enī meritū ⁊ demerituz acquirit̄ in hac vita.
Item nō bonū facere ſꝫ bene facere laudabile eſt: nō enī verbis ſꝫ aduerbijs meremur. Opa merito
ria totaliter ſunt a libero arbi. ſꝫ p̄ncipalius a gratia: qꝛ gratia opatur ad libeꝝ arbi. ſicut ſeſſor equi
dirigit equū: ita gratia dirigit libe. arbi. in exercitio virtutū: p nos enī malū facere poſſumus ſꝫ non
bonū ad efficaciā merendi tria valēt. p̄mū eſt difficultas opis qd̄ pꝫ in martyrio: ſcd̄o ꝓmptitudo vo
luntatis. vnde apo. ij. ad Cor. ix. Hilarem datorē diligit deus. tertiū magnitudo charitatis. ip̄a eniz
charitas eſt pōdus ſanctuarij ſm̄ qd̄ oīa q̄ in tēplo erant pōderabant̄. Itez ad hoc ꝙ aliqd̄ opus ſit
meritoriū tria requirunt̄. primū ꝙ ip̄m opus fiat in charitate: qꝛ opa q̄ fiunt extra charitatē mortua
ſunt ſicut carbo extinctus. ſcd̄m ꝙ fiat ex charitate. multa enī fiunt in charitate q̄ tn̄ nō ſunt merito-
ria ex eo ꝙ nō fiunt ex charitate. i. nō fiunt ad finē debitū. tertiū eſt ꝙ ip̄m opus ſit referibile ad deū
hoc ideo dico qꝛ mala nō pn̄t bona intētione fieri. alioquin ſequeret̄ abſurditas. ſ. ꝙ idē opus eſſet
meritoriū ⁊ demeritoriū. Ex ꝑte enī hoīs in merito tria attendunt̄. ſ. ſubiectū qd̄ eſt in aīa libe. arbi.
intentio ſiue finis. His reſpondēt tria ex ꝑte dei. ſ. gratia: virtus: ⁊ charitas. Gratia enī reddit ſubie
ctum deo gratū virtus habilitat libeꝝ arbi. Charitas intentionē dirigit ad finē debitū. Breuiter di
cendū eſt ꝙ nō meremur ſiue demeremur ſine vſu rōnis ⁊ libero arbi. Dicit. n. ph̄s. Natura neq; bo-
ni neq; mali ſumus neq; inuiti: qꝛ. d. b. Aug. Nemo inuitꝰ benefacit: ⁊ ſi bonū eſt qd̄ facit. quicqd̄ enī
nō hꝫ vſum rōnis ⁊ libe. arbi. in eo nō eſt meritū vl̄ demeritū ſicut ſunt infantes dormiētes inſani et
aīalia bruta: qꝛ meritū vl̄ demeritū circa finē actionū attendit̄. ideo nota regulas de illa materia. Ex
fine dicit̄ actus bonus ⁊ malus: malus actꝰ nō fit ex fine bonus: vna intētio multos actus informat
vt ſi aliq̄s intendat dare vnū ſolidū ꝓ deo: ita ꝙ quotidie vnū denariū dat: ſi qn̄q; ſui obliuiſcit̄ ⁊ nō
refert donationē alicuius vl̄ aliquoꝝ denarioꝝ. tn̄ donatio eſt meritoria ꝓpter primā intentionē finē
ſub fine poterit q̄s ponere. verbi gratia. Aliquis intēdit ire ad foꝝ ⁊ hoc intēdit vt emat medicinas
ad hoc emit eas vt curet̄ ab infirmitate: ad hoc curari deſiderat vt deo melius ſeruiat: p̄cedentes vo
luntates ſunt oēs meritorie ꝓpter iſtam vltimā: ideo ſm̄ vltimū finē oēs p̄cedentes volūtates iudi-
cantur bone vl̄ male: tn̄ diuerſi fines nō ſunt faciēdi quoꝝ vnus nō ſit ad aliū referibilis. verbi gratia
Aliquis intēdit ire ad domū ⁊ ad hoc vadit vt luxuriet̄ ad hoc vult luxuriari vt ſanior ſit ad hoc vult
eſſe ſanus vt deo ſeruiat. Iſte finis vltimus illā voluntatē q̄ eſt luxuriari nō informat ſꝫ potius defor
mat: qꝛ vna intētio ꝑuerſa plures difformat volūtates. Nota ꝙ actio carnalis pōt referri ad finē tꝑa
lem dūmodo poſtmodū referat̄ ad deum. Actio aūt ſpūalis vt predicatio nō pōt referri ad finē tem-
poralem: etiam ſi illud tēporale referat̄ ad deum: ⁊ hoc eſt ꝙ dicit Augu. Debemus manducare vt
euangelizemus nō euangelizare vt manducemus. Si aūt in actionibus finis proximus ponat̄ de-
us ⁊ finis vltimus temporale peruerciſſimū eſt. Bene autē licet conſtituere duos fines. ſ. tempora
lem vt ſit primus ⁊ eternuz vt ſit finis vltimus. Opera bona meritoria triuim ſunt. ſ. vite eterne aug-
menti gratie remiſſionis pene. Primum. ſ. premiū ſubſtantiale vite eterne reſpondet radici operis
ſ. charitati premiū accidentale reſpondet generi operis ſicut eſt augmentū gratie: qꝛ operibus excel
lentibus ⁊ opibus ſuperogationis meremur magis augmentū gratie q̄ alijs opibus. Remiſſio aūt
pene reſpondet penalitati opis. Nam opa q̄ magis ſunt penalia magis ſunt meritoria remiſſionis
pene. Nota igit̄ ꝙ lꝫ tota vis merēdi vitā eternā ⁊ etiā alia ꝯſiſtat in charitate nō tn̄ totus effectus
qꝛ merēdi effectus ꝯſiſtit etiā penes magnitudinem opis. ſicut pꝫ in merito remiſſionis pene quod
nō ſolū ꝯſiſtit in charitate ſꝫ etiam in opibus penalibus. Et huius exemplū habemꝰ in xp̄o qui meru
it nobis apertionē ianue paradiſi cū effectu. Hoc aūt meritū nō erat ſolū in charitate: ſꝫ in charitate et
excellentia opis. id eſt in ſua paſſione ⁊c. Virtutes ſm̄ Macrobiū quādoq; dicunt̄ pollitice quādo-
q; purgatorie: qn̄q; purgati animi: qn̄q; exemplares. Politice dicunt̄ ſm̄ ꝙ regūt vitā humanā quo
ad opera exteriora ⁊ ſm̄ ꝙ pugnant contra vicia. Purgatorie dicuntur ſm̄ ꝙ ſunt iam in victoria vi
ciorum ⁊ reſpiciunt partim interiora ⁊ partim exteriora. Purgati animi dicuntur quando iam deu-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

ctis vicijs poſſeſſoꝛ virtutū quieſcit raro inſurgentibꝰ motibus pꝛimis. Exemplares ſunt ſeu dicuntur
que in mēte diuina cōſiſtūt. Nā ydee virtutū in deo ſunt ⁊ ipſe deus oim reꝝ eſt exēplar. Breuiter cir
ca virtutes ē notādū ꝙ ſunt ſeptē. tres theolo: ſcꝫ fides: ſpes: ⁊ charitas ⁊ quattuoꝛ cardiales. ſcꝫ tēpe
rentia: foꝛtitudo: pꝛudentia: ⁊ iuſticia. Et lꝫ virtutes ſint gratuite per infoꝛmētem gratiam. pñt tñ in
foꝛmes fieri ꝑ culpā. ⁊ iteꝝ infoꝛmari ꝑ pniam adueniēte gr̄a q̄ eſt habituū oꝛigo finis ⁊ foꝛma. De hac
lege ſola charitas excipit̃ que infoꝛmis eſſe non poterit ſicut cetere v̄tutes cū ipa ſit virtutū foꝛma. nā
cuꝫ habitꝰ aliaꝝ virtutū habētur ſine gr̄a ⁊ charitate in q̄bus cōſiſtit vita virtutū tūc ſunt infoꝛmes. cū
autē gr̄a ſupuenerit tūc foꝛmātur ⁊ decoꝛātur ac deo fiūt acceptabiles. vñ virtutes foꝛmate ſunt ſicut
coloꝛes in luce. infoꝛmes ſunt ſicut coloꝛes in tenebꝛis. Itē differentia ē inter virtutes dona pꝛecepta
fructus ⁊ btitudines. qꝛ v̄tutes potētias diſponūt. p̄cepta opa reſpiciūt: i dona opibꝰ facultatē addūt
fructus guſtui ſapoꝛē ſpūalē apponūt btitudines p̄miū ſumme patrie ꝯiūgunt ⁊c. Differentia virtutū
theologicaꝝ ⁊ cardinaliū hec eſt. qꝛ v̄tutes theologice mouēt in finē et oꝛdināt aiam ad finē ſupꝛemū
Cardinales mouēt circa ea que ſunt ad finē. Alia differantia ē qꝛ virtutū theologicaꝝ finis eſt deus ⁊
non obiectū ꝓpꝛie. Itē v̄tutes theologice habētur ꝑ infuſionē: cardinales ꝑ acq̄ſitionē. Itē virtutes
theologice attēdūtur q̄ntum ad actus interioꝛes: cardinales q̄ntum ad opa exterioꝛa. Itē theologice
non hn̄tur ſine donis. cardinales v̄o ſine donis hēri pñt. Itē virtutes theologice ſunt directiue actuū
in deū: cardinales vero ſunt directiue actuū in ꝓximū. Itē in theologicis ſic eſt ꝙ habitꝰ generat actꝰ
⁊c. ſic aūt nō eſt in cardinalibꝰ. Anima q̄ntum ad partē ſupioꝛē in qua conſiſtit ymago trinitatis recti
ficari hꝫ per tres virtutes theologicas. vñ ſicut ymago trinitatis cōſiſtit in trinitate ꝑſonaꝝ ⁊ verita
te eſſentie. ſic ymago recreationis cōſiſtit in trinitate habituū cum veritate gr̄e. Per hos aūt tres ha
bitꝰ virtutū aia fert̃ in ſummā trinitateꝫ ſm tria appꝛopꝛiata tribꝰ ꝑſonis. Itē ꝙ fides dirigit in ſum
me veꝝ credēdo ⁊ aſſentiēdo. Spes v̄o in ſumme arduū imitādo ⁊ expectādo. Charitas aūt in ſum
me bonū deſiderādo ⁊ amādo. Virtutes theologice differūt inter ſe multipliciter. pꝛio ſm actꝰ ꝓpꝛi
os. Nam fides facit deo aſſentire: ſpes deo confidere: charitas facit deū diligere. Scdo differūt rōne
ſubiecti. Nam fides eſt in rōnali: ſpes in iraſcibili: charitas in concupiſcibili: ⁊ ambe ſunt in volūtate q̄
ꝓpter ſimilitudinē actuū accipit nomē haꝝ potētiaꝝ. Tertio differūt rōne obiecti. nam fides eſt circa
veꝝ: ſpes circa arduū: charitas circa bonū. Quarto rōne effectꝰ. Nam fides in pñti deū ſequitur: ſpes
vſq̄ in celū cōmitatur: charitas perenniter amplexat̃. Quinto differūt rōne finis: qꝛ ꝑ fidē cognoſcit̃
deus vt veritas per ſpem habet̃ vt eternitas: per charitatē diligit̃ vt bonitas. Fide cognoſcimꝰ ſupꝛe
mum finē ſiue ſummū bonū eſſe bonū ſe cōicans: ex qua cognitione due affectōes oꝛiūtur: ſcꝫ ſpes ex
eo ꝙ cognoſcitur liberaliſſimus bona ſua cōicando: ⁊ deſideriū ex eo ꝙ cognoſcitur eſſe bonū quo ni
hil meliꝰ pōt deſiderari. Vita eñ hois abſq̄ lumine fidei vacua eſt ⁊ neſciēs quo tēdat. Iob. xij. Qui
ambulat in tenebꝛis neſcit quo vadat.

¶ Sequitur de fide.

Vera fides credit que non videt his et obedit
De qua pꝛeſcripſi cur hic plus non tibi ſcripſi

IN iſta pte actoꝛ noſter determinat de vnaquaq̄ virtutuꝫ in ſpeciali. ⁊ pꝛimo de fide ali
qualiter ſe excuſando et eo ꝙ in pꝛincipio iſtiꝰ libꝛi de ea ſufficiēter tractauit: tamē ne vi
deretur nimis crude reſilire materiā intendit de fide aliq̄ua dicere que pꝛopter iſtum te
xtum omiſi in pꝛincipio libꝛi declarare. Et pꝛimo ꝙ fides eſt ſubſtantia rerū ſperandarū
argumentū non apparētium ⁊c. ad Heb. xi. Auguſti. ſic diffinit. Fides eſt illuminatio mētis ad ſum
mam veritatē: ⁊ ideo lux infuſa deſuper eſt pꝛincipalis cā ꝙ intellectꝰ cōſentiat firme in ea que ſunt fi
dei. vñ glo. ſup illud Math. ix. Credo dñe adiuua credulitatē meā ⁊c. dicit crudelitas noſtra infirma
eſt niſi ſit innixa dei adiutoꝛio. Fides dicitur multipliciter. vno modo habitꝰ infoꝛmatus charitate il
luminās mētem ad credēduꝫ actuū. Fide purificās coꝛda eoꝝ. Fides alio modo ē qualitas infoꝛmis
Ia. ij. Fides ſine operibꝰ moꝛtua eſt. ⁊ pꝛima ad Coꝛ. xiij. Alio mō idē eſt ꝙ motꝰ fidei. Aug. Fides
eſt credere qđ nō vides. alio modo idē eſt ꝙ facultas redendi. Mathei octauo. Non inueni tantum
fidem in iſrael. Alio modo idem eſt ꝙ deuotio fidei. Math. xv. O mulier magna eſt fides tua ⁊c.
Nota ſm glo. ſuper illud ſecūde ad Coꝛ. iij. Nō ꝙ ſufficiētes ſimus cogitare aliquid a nobis ⁊c. ꝙ co
gitare eſt initiū fidei aſſentire aūt ſumme veritati ꝓpter ſe ⁊ ſup oia eſt eiꝰ cōplemētuꝫ. ¶ Querit̃ vtrū
fides in patria euacuet̃. Sol. dicendū eſt ꝙ ſic. vñ apo. i. ad Coꝛ. xiij. Cū venerit qđ pfectū eſt euacua
bitur qđ ex pte eſt: ſꝫ fides ē ex pte cū ſit ꝑ ſpeculū in enigmate: ergo. Sicut in alia ſciētia quedā ſunt

antecedentia vt ſupponens: quedā ſequentia vt concluſiones: quedā ſunt media vt ꝓpoſitiōes ꝓ
bātes: ita in doctrina fidei quedā ſunt ad modū ſuppoſitionū vt vniuerſalia q̄ antecedūt articulos: ſcꝫ
ꝙ ſcriptura tradita ⁊ expoſita ſit inſpiratiōe. ſſ. ⁊ hmōi quedā ſunt ad modū cōcluſionū vt ea q̄ ad mo
res ptinēt: ſcꝫ foꝛnicationē eſſe moꝛtale pctm̄ ⁊ hmōi: quedā ad modū ꝓpoſitionū vt ſunt articuli fidei
Quāuis eñ fides rōnibus firmetur: tamen nec talibꝰ nec experimēto ſenſibili dꝫ quis credere ꝯtra fi
dem ſicut pꝫ in euchariſtia vbi ⁊ viſus ⁊ guſtus ⁊ tactꝰ ⁊ olofactus dicūt eſſe panē ⁊ vinū: ſed fides di
cit eſſe coꝛpus ⁊ ſanguinē domini. vñ beatꝰ Augu. Quod intelligimus debemꝰ rōni. qđ credimus de
bemus auctoꝛitati. quod opinamur debemus erroꝛi. Nota ꝙ eſt duplex cognitio de deo: ſcꝫ naturalis
⁊ accidētalis: naturalis cognitio eſt duplex: ſcꝫ ante pctm̄ qua homo cognoſcebat deuꝫ a parte in crea
turis. Item poſt peccatū ⁊ hoc per ſpeculū in enigmate. Accidētalis cognitio eſt triplex. pꝛima eſt ac
quiſita per rationes naturales quā habēt philoſophi ⁊ dicitur ſciētia. ſecūda eſt que habet̃ teſtimonijs
ſcripturaꝝ ⁊ miraculoꝝ ⁊ hec cognitio dr̄ fides infoꝛmis. tertia cognitio eſt que hr̄ per infuſionē gratie
gratū faciētis: ⁊ hec dicitur fides foꝛmata ⁊ ꝑ talem cognitionē aſſentit aia pꝛime veritati pꝛopter ſe ⁊
ſup omnia. vñ adueniēte ea pereūt oēs alie cognitiōes accidētales ad minus quo ad actum: cum eñ
alie cognitiones veniūt in aia: tūc fides tanq̄ velocioꝛ pꝛeoccupat motꝰ omniū: cū eñ fides ſit de non
apparentibus ⁊ difficile ſit occulta credere: neceſſaria ſunt duo ad hoc vt firmiter credatur veritas.
Primuꝫ illuſtratio veritatis aiam eleuās. ¶ Scdm rectificatio auctoꝛitatis aiam firmās quoꝛum pꝛi
mum eſt per fidē. ſecūdū ꝑ ſcripturā autenticā ⁊ p. ſſ. editā. Auctoꝛitas ergo p̄bet fulcimentū fidei ⁊
fides aſſentit auctoꝛitati: vtrūq̄ eñ per xp̄m eſt ꝓpter qđ ⁊ ſplēdoꝛ ⁊ verbū dicitur: qꝛ mētem ꝑ fidē il
luminat ⁊ veritatē per doctrinā oſtendit: ſuper fundamentū fidei edificant quidā auꝝ contēplationis
qꝛ qui cōtemplātur ſine fide quaſi nititur videre ſolē ſine oculis quidā argētum pꝛedicationis: qꝛ
qui p̄dicat ſine fide non loquitur fidelē ſermonē ⁊c. Quidaꝫ lapides pꝛecioſos bonoꝝ operum qꝛ qui
operatur bonū ſine fide eſt ſicut qui facit ſtructurā ſuper arenā: quidā edificat ligna: ſcilꝫ amoꝛē ardē
tioꝛem tēpoꝛaliuꝫ. Alij fenū id eſt fimū delectationū carnaliū. Alij ſtipulā: ſcꝫ ocioſoꝛū verboꝛū ⁊ ope
rum infirmoꝛum. Fides enim habet quoſdam effectus eſſentiales ⁊ pꝛincipales: vt eſt facere fili
os dei facere ſimiles deo ⁊ purgare animam a tenebꝛis peccati ſiue infidelitatis: ⁊ iſti effectus ſunt a
deo. Alios habꝫ effectus voluntarios ⁊ ſecundarios vt eſt credere ⁊ diligere opa aliaꝝ virtutuꝫ ⁊ im
perare oibus ſuo modo ⁊ iſti effectus ſunt a libero arbitrio. ¶ Sequitur de ſpe.

ETernam ſpectat vitam ſpes et meritis ſtat
In domino fixa ſecus eſt pꝛeſumptio dicta
Spernit terrena ſpes celi ſperat amena
Egris ſolamen tribulatis dare reuelamen
Non in diuitijs pꝛopꝛijs ſperes vel amicis
In domino ſpera qui donat gaudia vera
Qui vult pꝛodeſſe ſperanti neſcit abeſſe
Debet quiſq̄ foꝛe cum ſpe ſimul atq̄ timoꝛe
Ut non diffidat peccans nimiuꝫ neq̄ fidat.

IN iſta pte ac. nr̄ determiat de ſpe. Pꝛo cuiꝰ declaratiōe ē p̄mittēdū ꝙ ſm mag. ſen. Spes
eſt certa expectatio future btitudinis ex dei gr̄a ⁊ meritis ꝓpꝛijs ꝓueniēs ⁊ ſumit̃ h̄ ſpes
ſm ſummā v̄tutū ꝓ motu v̄tutis. In hac diffinitiōe nō ſumit̃ certitudo demōſtratiōis in q̄
plene vni pti cōſentit̃: ſꝫ certitudo opinionis qua vni pti ꝯſentit̃: qꝛ rōne ꝓbari videt̃ nec
tm̄ oino ſed cū foꝛmidie. Huiꝰ aūt expectatōis cā p̄ncipalis ē dei gr̄a ⁊ nō nr̄a merita: qꝛ ⁊ opera noſtra
nō ſunt meritoꝛia niſi ex dei gra ſine meritis tm̄ ſperare aliq̄d nō eſt ſpes ſicut dicit Greg. ſed p̄ſumptio
Itē in p̄dicta diffinitiōe diffinit̃ motus ſpei ⁊ nō v̄tus. Virtus eñ ſpei ſic diffinit̃. Spes eſt audacia
mētis de largitate dei ꝯcepta habēdi vitā eternam ꝑ bona merita. Item ſup vocabulo certa expecta
tio ⁊c. Eſt notādū ꝙ eſt quidā certitudo cognitionis q̄ opponitur dubitationi: ⁊ hec ptinet ad fidem.
Alia eſt certitudo fiducie q̄ opponit̃ deſpationi ⁊ hec ptinet ad ſpem: ⁊ eſt certitudo ſecuritatis q̄ op
ponitur timoꝛi. Et hec erit in patria ſm. b. Aug. in ſumma v̄tutū. Inter fidē ⁊ ſpem ē differentia: quia
fides eſt de p̄teritis ⁊ futuris. ſpes aūt de futuris tm̄. Fides ē de bonis ⁊ de malis. ſpes autē de bonis
tm̄ cōueniunt tamē in hoc ꝙ tā ſpes q̄ fides ſunt de inuiſibilibus. Item certitudo ſpei ex tribus oꝛit̃
ſcꝫ ex diuina largitate ex abundātia meritoꝛum ex p̄guſtatione eternoꝝ. Spes eñ eoꝝ qui ſunt i pur

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

gatorio ⁊ qui fuerunt in limbo eſt cum certitudine ſcientie. vnde declinant aliquo modo a ſpe proprie dicta. Spes enī qui fuit in ſtephano qn̄ vidit celos apertos: ⁊ que fuit in paulo qn̄ dixit ſcio cui credidi: ⁊ que fuit in adam an̄ peccm̄ fuit cum certitudine viſionis: tamen ſatis debilioris ꝙ̄ in in celo. Unde ſpes ſic ſumpta adhuc eſt minus ꝓprie dicta. Ex p̄miſſis pꝫ ꝙ in patria non eſt ſpes: qꝛ beatitudo eſt omniū bonoꝝ ſimul tota poſſeſſio. vn̄ ibi nihil eſt futuꝝ qđ ſperetur licꝫ ſanctis futura ſit adhuc reſurrectio corpoꝝ ſm̄ rem: tamen pn̄s eſt eis ſm̄ cognitionem. Spes enī ſic futuꝝ reſpicit ꝙ priuat tam preſentiā rei ꝙ̄ cognitiōis prout ſpes ꝓprie ſumitur. Spes enī eſt duplex: ſcꝫ ſuffragij ⁊ prime auctoritatis. Prima ponēda ē in ſanctis. ſecūda in ſolo deo: ⁊ hec ē triplex: ſcꝫ venie iuxta illud. In te domine ſperaui nō confundar in eternū. Alia eſt gratie. vnde p̄s. Sperātem aūt in dn̄o miſericordia circumdabit. Alia glorie ꝓuer. xvi. Qui ſperat in dn̄o beatus eſt. ⁊ idem Yſa. xxx. Effectus ſpei eſt multiplex a tribulatione liberat p̄s. In te ſperauerūt patres noſtri ⁊ liberaſti eos. exemplū de ſuſanna ⁊ daniele. Dan̄. xiij. ⁊ vlti. Spes confortat. Ioſue primo ca. confortare ⁊ eſto robuſtus ⁊c. mētem eleuat: qui ſperant in domino mutabūt fortitudinem aſſument pennas aquile: current ⁊ non laborabūt: ambulabunt ⁊ nō deficient. Yſaie. xl. ſpes ſaluat p̄s. Qui ſaluos facis ſperantes in te. ⁊ prouerbio. xxviij. Qui ſperat in domino ſaluabitur. ⁊ ad Roma. nono. Spe enim ſalui facti ſumus. Spes temporalia miniſtrat ps. Oculi omniū ſperant in te domine. ⁊ tu das illis eſcam in tempore oportuno. Item ſpes hoſtes confundit. Iob. vi. Cōfuſi ſunt: quia ſperaui. Item ſpes preſtat ſecuritatem p̄s. In deo ſperaui non timedo quid faciat mihi homo. ¶ Queritur vtrum ſpes euacuetur in gloria. Solutio dicendū eſt ꝙ ſic. ad Roma. viij. Spes videtur non eſt ſpes. glo. res ſperata que videtur non eſt ſpes. ¶ Et ſi obijciatur illud Sap̄. tertio. Spes illorum immortalitate plena eſt. id eſt indeficientia. Solutio ſpes capitur ibi pro re ſperata. Nota ꝙ plura aduerſantur ſpei. Unum diffidentia de deo ſiue deſperatio. de tali deſperatione habemus exemplum in Iuda. Cayn. ⁊ pluribus alijs. Deſperatio enī reddit hominem infelicem. vnde Eccleſia. decimoquarto. Felix qui non habuit animi triſticiam ⁊ non excidit a ſpe ⁊c. Aliud eſt confidentia in creatura que eſt triplex. Prima eſt preſumptio ſiue confidentia de ſe Secunda confidentia in homine. Tertia confidentia in re inferiore homine: vt in diuitijs. de prima dicitur Prouerbio. viceſimooctauo. Qui confidit in corde ſuo ſtultus eſt. id eſt vere ſtultus eſt homo de ſe preſumens cum homo ex ſe non ſufficiat neqꝫ ad ſuſtinendum neqꝫ ad bene viuendum. Ad ſuſtinendum primo homo non eſt ſufficiens: quia ſm̄ Grego. Eſſe omnium que de nihilo ſunt in nihilum tenderet niſi ea omnium actor manu regiminis retineret. Item homo non eſt ſufficiens defendere ſe ab hoſtibus immo a demonibus cito perimeretur niſi a domino protegeretur. Trenorum tertio Miſericordia domini ꝙ non ſumus conſumpti. ⁊ Bernar. Si boni ſpiritus ſe a nobis elongauerint impetum malorum ſpirituum quis poterit ſuſtinere. Item ad bene viuendum ſibi homo eſt inſufficiens. primo quia non ſufficit ex ſe bonam vitam inchoare. ſecunda ad Corinth. tertio. Non ꝙ ſufficientes ſimus aliquid ex nobis quaſi a nobis cogitare cogitatio primum opus eſſe videtur. poteſt homo per peccatum ſe occidere: ſed non poteſt ſe occiſum ſuſcitare. Sap̄. decimoſexto. Homo per maliciam occidit animam ſuam. Oſee decimotertio. Perditio tua iſrael tantummodo ex me auxilium tuum. ſecundo homo eſt inſufficiens in bono inchoato perſeuerare. Grego. Cito bonum amittitur niſi a largiente cuſtodiatur. tertio homo eſt inſufficiens in bono inchoato proficere. Bernar. ſuper illud Can. i. Trahe me poſt te dicit in perſona eccleſie domine ſcio me nequaꝙ̄ poſſe peruenire ad te niſi gradiendo poſt te: ſed nec hoc quidem niſi adiuuar a te. Homo preſumens de ſe eſt maledictus. Iſa. quinto. Ue qui ſapientes eſtis in oculis veſtris. De ſecunda confidentia que eſt in homine fallax. Ieremi. nono. Unuſquiſqꝫ a proximo ſuo ſe cuſtodiat ⁊ in omni fratre ſuo fiduciam non habeat. talibus enim infertur maledictio. Ieremie decimoſeptimo capitulo. Maledictus homo qui confidit in homine. ⁊ Iſa. triceſimoprimo capitulo. Ue qui deſcendunt in egyptum ad auxilium ⁊c. ⁊ non ſunt cōfiſi ſuper ſanctum iſrael ⁊ dominum non exquiſierunt. ⁊ pſal. Nolite confidere in principibus neqꝫ in filijs hominum ⁊c. De tertia confidentia que eſt in rebus inferioribus in homine: dicendum eſt ꝙ eſt nimis periculoſa. Prouerbiorum vndecimo. Qui confidit in diuitijs ſuis corruet. ⁊ Eccleſia. triceſimoprimo. Beatus diues qui non ſperauit in pecunie theſauris. fatuus eſt qui in his rebus tranſitorijs vult ſibi capere ſecuritatem: quia ipſam non habent. Iſaie viceſimooctano capitulo. Poſuimꝰ mendacium ſpem noſtram ⁊ mendacio protecti ſumus. De hoc habetur exemplum primo Reg. decimoſeptimo capitulo. de Golia qui confidebat in haſta clipeo ⁊ gladio qui promittebant ei victoriam ⁊ de Dauid qui confidebat in domino ⁊c.

¶ Sequitur de charitate.

Verus amor dictus eſt vere maxima virtus
Qua fit homo gratus domino tandemqꝫ beatus
Conſtat amor plenus virtutibus alter egenus
Nullus habet florem meriti niſi ſit per amorem
Ordo ſeruetur vt primo deus perametur
Poſtea dilige te ſuper omnia ſed mage mente
Proximus eſt hinc plus peramandus iuſtus amicus
Poſtea vult dominus vt ametur ſic inimicus
Inquamtum bonus eſt ⁊ homo ſed non vt iniquus
Poſt corpus proprium perametur ⁊ hinc alienum
Dilige ſic homines ⁊ eorum crimina vites
Ut culpas odias hominis non qui facit ipſas.

Iſta littera diuiditur in tres ꝑtes p̄ncipales. In prima oſtendit quid ſit charitas. In ſecunda ꝑte oſtendit differentiā inter charitatē ⁊ alios amores. In tertia ꝑte oſtendit de ordine charitatis. p̄ma in p̄ncipio. ſcd̄a ibi. Conſtat amor plenus. tertia ibi. Ordo ſeruet̄. In p̄ma ꝑte dicit actor noſter ꝙ charitas ſm̄ apo. p̄ma Thimo. Primo eſt finis p̄cepti d̄ corde puro ⁊ ꝯſcientia bona ⁊ fide nō ficta: ⁊ ſumit̄ hic finis ꝯſummationis: qꝛ charitas eſt ꝯſummatio ſiue ꝑfectio oīs p̄cepti. Poteſt etiā dici finis terminatōis p̄ceptoꝝ: qꝛ oīa oꝑa que ſunt in p̄cepto tendunt ad charitatē: vt magis ac magis habeant̄. Charitas dicit̄ bone oꝑationis principiū: qꝛ mouet ad illud Greg. Charitas oꝑatur magna ſi eſt: charitas dicit̄ mediū: qꝛ oꝑa informat: charitas dicitur finis: qꝛ oꝑa dirigit ⁊ ad finē debitum ꝑducit. Pro quo eſt notandū ꝙ charitas dicit̄ finis conſummptōnis qꝛ peccata ꝯſumit ꝯſummatōis: qꝛ charitas eſt finis p̄ceptorum: qꝛ illa ꝑficit: charitas eſt finis terminatōis: qꝛ tam vita eterna ꝙ̄ ip̄e deus eſt finis noſtri laboris: vn̄ vita eterna debet eſſe terminus quo quieſcit̄. Deus vero terminus in quo quieſcit̄. Item charitas dicit̄ forma virtutū multipliciter: vno modo qꝛ mouet oēs virtutes ad oꝑa exteriora ꝑ que efficiunt̄ virtutes ⁊ merent̄ augeri. Scd̄o modo dicit̄ forma virtutū: qꝛ oēs virtutes mouent ad finē charitatis. ſ. ad bonū. Charitas aūt habet bonū ꝓ fine ⁊ ꝓ obiecto. Alie aūt virtutes habent bonū nō ꝓ obiecto: ſed ꝓ fine tm̄ ⁊ ille finis virtutū ꝑfectionē denotat. Tertio modo charitas dicit̄ forma virtutū: qꝛ augmētat virtutū dilectionē: tollit faſtidiū ⁊ alleuiat onera ꝓpter eius deſideriū. Quarto modo qꝛ cōplet aīam ⁊ ꝑficit nō quidē in eſſe nature: ſꝫ in eſſe gratuito ⁊ meritorio ⁊c. De excellentia charitatis eſt notandū ꝙ excellit alias virtutes in multis. Primo in dei ꝯformitate. i. Io. iiij. Diligamus deū qm̄ ip̄e prior dilexit nos. Scd̄o in ſp̄ali dignitate. vn̄ Richardus. Charitas eſt regula virtutū. Item oſtendit̄ eius excellentia in ſupportatione laboris Aug. Oīa grauia ⁊ immania leuia facit amor. Itē excellit in vigoroſitate. can̄. vlti. Fortis vt mors eſt dilectio. excellit in vtilitate. Aug. Habe charitatē ⁊ fac quicq̄d vis ⁊. i. Cor. xiij. Si linguis hoīm loquar ⁊c. Charitatē aūt nō habeā nihil mihi ꝓdeſt. ⁊ Ro. viij. Scimus qm̄ diligimus deū oīa cooperant̄ in bonū. Itē in dulcedine ⁊ delectatiōe: qꝛ charitas ſm̄ actuꝫ ſuū facit delectari nos in deo: nō ſolum in patria: ſed etiā in via ⁊c. De corde puro ponit̄ ꝓ intellectu ⁊ ſumit̄ hic intellectus ꝓ actu intelligendi ſm̄ ꝙ cauſat̄ motus charitatis. Quāto enim quis deuꝫ intelligit magis tantomagis ip̄m diligit niſi aliunde impediat̄ ⁊ ita illa ꝓpoſitio denotat cām efficientem: conſciētia bona ponit̄ ꝓ ſpe: qꝛ qui puram habet cōſcientiam ſecure ſperat ⁊ fide nō ficta ponit̄ pro ſimulata vel non fragili: ſed inter aduerſa forti. Proſper in libro de vita contemplatiua deſcribit charitatem ſic. Charitas eſt vt mihi videtur recta voluntas ab omnibus terrenis prorſus aduerſa iuncta deo inſeparabiliter: ⁊ ignita quodam igne ſp̄ūſſancti a quo eſt ⁊ ad quem refertur intenſe. omnis inquinamenti extranea: corruptionis neſcia nulli vitio mutabilitatis obnoxia: ſupra omnia que carnaliter diligunt̄ excelſa: affectionum omniū potiſſima diuine ꝯtemplationis auida: in omnibus ſemꝑ inuicta: ſumma actionū bonorum ſalus morū: finis celeſtium preceptorū: mors criminum: vita virtutum: virtus pugnantiū: palma victoꝝ: ſanctaꝝ mentium arma: cauſa bonorū meritorū premium ꝑfectorum: ſine qua nullus deo placuit cū qua non potuit aliquis peccare fructuoſa in penitentibus: leta in ꝓficientibꝰ: glorioſa in ꝑſeuerātibus: victorioſa in martyribus: operoſa in omnibus fidelibus ex qua quicquid eſt boni oꝑis viget. Charitas ſm̄ mag. ſen. in tertio ꝯtum ad actū diffinit̄ ſic Eſt dilectio qua diligit̄ deus ꝓpter ſe ⁊ proximus propter deum ⁊ in deo. ¶ Queritur vtrum motus

charitatis ſit prior in deum ꝗ̄ in proximū. Solu. ſm Bona. motus charitatis in deum prior eſt digni
tate ⁊ origine. Charitatas em̄ facit deū diligi ꝓpter ſe ⁊ ꝓximū ꝓpter deū. vñ dr̄ Math. xxij. Diliges
dn̄m deū tuū ⁊c. ⁊ ſeqtur: hoc eſt maximū ⁊ primū mādatum. ſcd̄m ſimile eſt huic: ſcꝫ Diliges ꝓximū
tuū ſicut teipm̄. Motus aūt dilectionis in ꝓximū prior eſt in exercitatione ſeu executione. Qui enim
vult perfectus dei amator eſſe prius dꝫ exercere in amore proximi. vñ .i. Jo. iiij. Qui fratrē ſuū quē vi
det nō diligit quō poteſt diligere deū quem nō videt. Sequitur ſcd̄a ps ibi conſtat amor plenus: vbi
actor noſter aſſignat differētiam inter charitatē ⁊ alios amores. d. ꝙ triplex eſt amor: ſcꝫ gratuit⁹ na-
turalis ⁊ vitioſus: gratuitus eſt laudabilis q: virtus hꝫ finē principalē bonū incōmutabile. Et diuidi-
tur in amicitiā ⁊ cōcupiſcentiā. ſm amicitiā diligit quis deū puriſſime non reſpiciēs vtilitatē ſuā: ſꝫ bo
nitatem amati: hoc mō plus diligit hō deū ꝗ̄ ſeipm̄. ſm concupiſcētiam diligit quis deū: q: remunera
tionē in eo expectat. ¶ Queritur vtrū ſit ꝑfecte charitatis qui cupit diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o. Solu. ſi de-
ſideriū eſſendi cum xp̄o eſt ꝓpter cōtemptū terrenoꝝ ⁊ abūdantē preguſtationē celeſtiū tūc eſt ſignū
perfectionis: q: ꝑfectus amator dei vix pōt ſuſtinere interpoſitionē corporalis parietis inter ſe ⁊ deū.
Qui aūt cupit eſſe cū xp̄o ꝓpter tediū maloꝝ preſentiū hoc eſt ſignū imꝑfectionis ſm Bonauen. A-
mator naturalis nec laudabilis eſt nec vituꝑabilis: ⁊ hꝫ finē indigētiam vel vtilitatē ꝓpriā. Iſte ſimi
liter diuidit᷑ in amicitiā ⁊ concupiſcētiam. ſm amicitiā diligimus hoc amore nos ⁊ noſtrā perfectionē
⁊ noſtrā cōuerſionē ⁊ magis ea que magis ſunt neceſſaria: vt caput pro quo totū corp⁹ ſupponimus.
ſm cōcupiſcentiā diligim⁹ deū: q: neceſſitati noſtre ſubuenit vel ſubueniet: ⁊ hoc amore nō diligit᷑ res
ꝓpter ſe: ſed ꝓpter vſum eius. vñ hoc mō plus diligit ſe hō dilectiōe naturali ꝗ̄ deū. Amor vicioſus vi
tuꝑabilis eſt q: pctm̄: ⁊ hꝫ finē voluptatē ſiue dilectionē in creatura. Hic amor etiā diuiditur in amici-
tiam ⁊ concupiſcentiā. ſm amicitiā diligim⁹ hoc amore dilectionē creature ꝓpter ſe ꝗ̄uis in nobis nō
habeat᷑ ſm cōcupiſcētiam diligim⁹ voluptatē creature ꝓpter nos. Item differētia eſt inter amorē. di
lectionē ⁊ charitatē: q: amor ꝓprie ē nature: ⁊ dr̄ amor quaſi ammoꝝ vnio: hic querit appetitum in re
amata. Dilectio eſt amor proximi. Et dicitur dilectio quaſi duos ligās ſeu duoꝝ ligatio: ſociat enim
amātem ⁊ amatū in amore: ſcilꝫ vt mutuo ſe diligāt: charitas eſt amor in deū hic amicū determinat et
iudicat omnib⁹ cariorē. vnde dr̄ chariatas quaſi cara vnitas: vel quaſi caꝝ deo faciēs. Alia differētia
poteſt aſſignari: ſcꝫ ꝙ amamus deū propter ſe. diligim⁹ eum ſuper oīa. charitas oīa cōplectitur: ſcꝫ ꝓ-
pter ſe ⁊ ſuꝑ omnia. Diligere deū in hoc differt a dilectione ꝓximi: q: diligere deū eſt velle ei bonū qd̄
habet: ſcilꝫ ꝙ ſit omnipotēs ⁊ ſumme bonus ⁊c. velle eius precepta ſeruare cum intētione fruēdi eo.
Item velle eū poſſidere ⁊ poſſideri ab ipſo. Itē volūtatem dei ſue volūtati preferre. Diligere vero ꝓ
ximū eſt velle ſibi ſummū bonū non per eſſentiā: ſed ꝑ gratiā. Itē diligere proximū eſt ſucceſſum bo-
num ei optare ⁊ querere.. Item diligere proximū eſt ei velle hoc quod ſibi. Item differentia eſt inter
dilectionē dei ⁊ proximi: q: diligim⁹ deū in ſe ⁊ propter ſe proximū diligim⁹ in deo ⁊ ꝓpter deū: quan-
do em̄ dicim⁹ duplicē charitatē: ſcꝫ dei ⁊ ꝓximi. hec duplicitas nō intelligitur ꝗ̄tum ad habitus: ſed
ꝗ̄tuꝫ ad act⁹: q: vno habitu charitatis diligitur deus ⁊ ꝓximus. Super hoc eſt notādum ꝙ charitas
eſt qn̄qꝫ habit⁹ apo. ad Ro. v. Charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ veſtris ꝑ ſ. ſ. qui dat⁹ eſt vobis: qn̄qꝫ
charitas idē eſt ꝙ mot⁹. can. ij. Ordinauit in me charitatem: qn̄qꝫ charitas idē eſt ꝙ ſignū. vnde Jo.
xv. Maiorē charitatē nemo hꝫ vt aīaꝫ quis ponat pro amicis ſuis. i. maius ſignū charitatis: qn̄qꝫ cha
ritas idē eſt ꝗ̄ tertia ꝑſona in trinitate. ſeu ſm aliq̄s. ſ. ſ. vñ .i. Jo. iiij. De⁹ charitas eſt: qn̄qꝫ ſumit᷑ eſſen
tialiter ⁊ ſic tota trinitas dicitur charitas colo. i. tranſtulit nos in regnū filij: quādoqꝫ ſumitur pro feruo-
re charitatis. vnde Luce. vij. dilectionis ſue Auguſti. exponit. i. ſubſtātie ſue dimiſſa ſunt ei pctā mul-
ta quia dilexit multū. De effectu charitatis eſt notāduꝫ ꝙ multiplex eſt eius effect⁹ pctm̄ expellit. vn
de dimiſſa ſunt ei pctā multa: q: dilexit multū. Luce. vij. legem cuſtodit apo. Ro. xiij. Qui diligit legeꝫ
impleuit: deū homini iūgit. i. Jo. iiij. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. mēteꝫ virtuti-
bus ornat. apo. i. ad Corint. xiij. Charitas patiēs eſt benigna eſt ⁊ ꝓuer. vlti. byſſus ⁊ purpura indu-
mētum eius: perfectionē adducit. Apo. i. coꝝ. xij. Adhuc excellētiorem viam vobis dedi. ⁊ Augu. xv.
de trini. gloriā tribuit. Johā. xiiij. Si quis diligit me ſermonē meū ſeruabit. Dilectione dei dignū effi
cit. Johā. xiiij. Qui diligit me diligetur a patre meo: charitas in cordibus noſtris diffunditur cum ad
proximum dilatatur: effunditur per predicationem ⁊ oꝑa miſericordie: infunditur per illuminationeꝫ
gratie: ſuperfunditur per opera ꝑfectionis ⁊ ſuperogationis: per charitatē venit deus ad homines in
incarnatione, in homines in gratie collatione per ipām charitatē currūt homines ad deum bona ope
ratione ⁊ perueniūt ad deū in glorificatione. amoris eſt vulnerare: quia intima cordis penetrat. Cā.
ca. iiij. Vulneraſti charitate ſupple cor meum. amoris eſt lāguidum facere. ⁊ hoc per deſideriū eſſen-

dī cum amato. Cañ. v. Nunciate dilecto q: amore langueo. Item inebriare q: ſic tendit in amatum ꝙ
ſuipſius ⁊ oīum rerum p̄ter illū obliuiſcit᷑ ſimiliter nō recordat᷑ quandoqꝫ bibere ⁊ comedere. Cañ.
v. Item liquefacere: q: cor in diuina dulcedine ſic reſoluit᷑ ꝙ appetitus cū appetibili mirabili amici
tia vinit᷑. Caſi. Anima mea liquefacta eſt: charitas vim habet diffuſiuā: vt pꝫ in rerum creatione: viꝫ
vnitiuā vt in xp̄i incarnatione: vim transformatiuā vt pꝫ in glorificatione. Sequit᷑ tertia pars de or
dine charitatis ibi. Ordo ſeruet᷑. Pro cuius declaratione eſt notandū ꝙ in debito ordine charitatis
deus eſt ſupra oīa diligendus: p̄mo ⁊ principaliter. ⁊ hoc tangit. b. Aug. quando dicit ꝙ primo debe
mus diligere quod ſupra nos eſt. ſ. deum. Deinde qd̄ intra nos eſt. ſ. aīam. Deinde diligendum eſt qd̄
iuxta nos eſt. ſ. ꝓximus. Primo tamē iuſtus amicus ꝗ̄uis ꝯtineatur ſub nomīe ꝓximi ⁊ de illa mate
ria tractaui in titulo de elemoſyna. Deinde diligendū eſt corpus ꝓpꝛium: deinde copus alienū. dein
de diligendus eſt inimicus. ¶ Querit᷑ vtrum corpora noſtra ſint diligenda ex charitate. Solutio oē
illud quod eſt beatificabile eſt diligendū ex charitate. Deus aūt eſt beatus ꝑ eſſentiaꝫ: ſp̄us rationa
lis ꝑ influentiam corpus vero eſt beatificabile ꝑ redundātiam inꝗ̄tum gaudiū redundat ꝑ coniun-
ctionem ſui ad aīam beatam. Et ſi obijciatur ꝙ dn̄s hortatur nos ad vitam carnalē odiendā. Job.
xij. Qui amat aīam ſuā. id eſt vitam carnalē in hoc mundo ꝑdet eam. Solutio dicendū eſt ꝙ in cor-
pore noſtro eſt bonum nature: ⁊ hoc diligendū eſt ⁊ eſt vitioſitas ꝯcupiſcentie: ⁊ hec eſt odienda: q:
caro non repugnat ſpiritui per cōditionem nature: ſed propter vicioſitatem cōcupiſcentie cōtracte.
Bonauen. Amb. tamen ponit talem ordinē. primo diligendus eſt deus. ſecūdo parentes. tertio filij
quarto cōſanguinei iuxta gradus cognationis. deinde illi qui non ſunt de progenie. deinde inimici.
Deum eñi debemus diligere toto corde. id eſt intellectu ſine errore. tota anima. id eſt voluntate ſine
cōtrarietate. tota mente. id eſt memoria ſine obliuione. De iſta materia tractaui ſatis in capitulis đ
preceptis ⁊ concilijs ⁊ de elemoſyna. Tamen nō eſt omittēdum ꝙ aliquid diligit᷑ magis altero mul
tipliciter: maiori affectu ſic ſuper oīa diligēdus eſt deus. inter hoīes magis ſunt diligendi parentes
ꝗ̄ filij. deinde cōſanguinei ⁊c. maiori effectu plus diligendi ſunt filij ꝗ̄ parentes. tamē primum ma-
gis indigenti eſt ſuccurendū: ꝗ̄tum ad maiorem gratiā ſic magis ſunt diligēdi qui magis ſe ad gra-
tiam habilitant. Ad maiorem gloriam ſic diligendi ſunt ſm gradus participandi bonum gratie.
Si obijciatur illud apoſtoli. ij. ad Corinthios. xij. c. vbi dicitur ꝙ filijs debent theſaurizare parentes
non econuerſo. Dicendum eſt enim ꝙ hoc dicitur de naturali dilectione ſm quam magis incli-
natur affectus ad filios ꝗ̄ ad parentes. Ratio huius eſt ꝙ natura appetit conſeruari in ſuo ſimili: ſꝫ
ſm ius diuinuꝫ magis tenemur procurare ſalutem parentum ꝗ̄ filiorum. Ratio huius eſt: q: amor
gratuitus facit memorare cauſe beneficiorū: propterea dominus precepit honorare parentes: quia
plura beneficia recipimus a parentibus ꝗ̄ a filijs. Super hoc notatur ꝑ doc. ſuper. iij. li. ſen. ⁊ per. b.
Aug. in li. de doctrina xp̄iana ꝙ aliquis dicit᷑ magis diligendus quattuor modis. Vno modo maio
ri affectu. Scd̄o maiori effectu. Tertio ad maiorē gratiam. Quarto ad maiorē gloriā. Maiori affe-
ctu magis diligendi ſunt parentes ꝗ̄ filij cū naturalis rō cōſiderat ꝙ tot benefīa ſuſcepit filius a pa
rentibus ⁊ ꝙ paſſi ſunt parentes pro filijs. Maiori effectu magis diligendi ſunt filij: q: filij naſcunt᷑
paruuli: ⁊ ideo magis indigent exterioris beneficij exhibitione. vnde in extrema neceſſitate poſitis
patre ⁊ filio ceteris paribus ſi nō poſſum vtriqꝫ ſubuenire teneor ſubuenire potius filio ꝗ̄ patri: quā
tum ad maiorem gratiā oēs equaliter ſunt diligendi: ꝗ̄tum ad maiorem gl̄iam magis boni diligen
di ſunt. Tamē quidam ſunt effectus quos potius debemus exhibere parentibus ꝗ̄ filijs: vtputa: ti-
mor: reuerentia: honor: ⁊ hmōi ⁊c. ¶ Querit᷑ vtrum mali parētes ſint p̄ferendi bonis extraneis in di
lectione. So. magis debeo ꝓcurare ⁊ deſiderare vt pater meus ſit bonus ⁊ in charitate ꝑmaneat ⁊
hic amor dicit᷑ amor beneficētie. facta tn̄ patris mei nō debeo approbare ꝗ̄diu eſt in ſtatu peccati: ⁊
ſic amore cōplacentie debeo magis diligere bonū extraneū ꝗ̄ patrē meū malū. ¶ Querit᷑ vtruꝫ in pa
tria obſeruet᷑ ordo charitatis ſicut in via. Sol'. ſm Anſel. In illa charitate ꝑfecta innumerabiliū an-
gelorum ⁊ hoīum beatoꝝ vbi nullus minus aliū ꝗ̄ ſeipm̄ diligit: nō aliter gaudebit quiſqꝫ ꝓ ſingu-
lis alijs ꝗ̄ ꝓ ſeipſo. ⁊ Aug. videt᷑ idem ſentire in li. de di. noībus. Et ſi obijciat᷑ ſic. Si quilibet gau-
det tm̄ de bono ꝓximi ſicut de bono ꝓprio fruſtra aggredit᷑ homo opera ꝑfectionis cum tm̄ gaude
at ille qui nō fecit ꝗ̄tum ille qui fecit. So. dicendū eſt ꝙ ad ꝗ̄titatem gaudij duo cōcurrunt. ſ. virtus
dilectionis q̄ facit gaudere ⁊ materia de qua quis gaudet ꝗ̄tum eſt ex pte materie equaliter gaude
bit quilibet de bono ꝓximi ⁊ ſuo ſi eſt equale: ⁊ magis gaudebit ſi maius eſt bonū ꝓximi ꝗ̄ ꝓpꝛium
Sed ꝗ̄tum ex parte virtutis ꝑ quaꝫ gaudet magis gaudebit qui maiorem charitatem habebit. vñ
nō ſequitur ꝙ non martyr tm̄ gaudeat de bono martyris ꝗ̄tum ipſemet martyr: q: merito martyrij

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ancta eſt martyrij virtus gaudendi.homo enim dilectione naturali magis diligit ſe ꝙ̃ deum ſed eco
uerſo eſt in dilectione gratuita.Tria enim generalit̃ diliguntur.vtile delectabile ⁊ boneſtum propter
primum diligenda eſt tribulatio:quia vtilis:propter ſm̃ diligenda eſt virtus per amplius quia bone
ſta.propter tertiuꝫ diligendus eſt deus:quia delectabilis.imo ꝓpter hec omnia diligẽdus eſt de⁹:q̃
ipſum diligere eſt vtile boneſtũ ⁊ delectabile.Q̃d hoĩes mutuo ſe habeãt diligere pꝫ ṗmo q̃ ſunt mẽ
bra vnius corpis xp̃i miſtici.ſcd̃o q̃ vno ſpũſſancto viuificãtur ſpũaliter:q̃ vniũtur.tertio q̃ vnã fidẽ
hñt.quarto q̃ vnũ baptiſmũ receperũt.quĩto q̃ vnũ hñt patrẽ ⁊ dñm.ſexto q̃ ad vnũ tendũt regnum
dilectionẽ eĩ ꝓximi nobis ſuadet ius nature.vñ Mat.vij.Quecũq̃ vultis vt faciãt vobis hoĩes.ius
ſcripture Mat.xxij.Diliges dñm deũ tuũ ⁊ ꝓximũ tuũ ſicut teipſꝫ.Exẽplũ creature q̃ oẽ ſimile diligit
ſibi ſimile.Eccle.xxx.Melius eſt eĩ diligere ꝙ̃ diligi.ṗmo q̃ ꝙ diligimus ſcimus:ſꝫ ꝙ diligimur ne
ſcimus ſꝫ credimus.Scd̃o q̃ ꝙ diligimus ꝓpe v̄tutis eſt ſꝫ ꝙ diligimur aliene.tertio.q̃ cuꝫ diligim⁹
alios obligamus.cũ v̄o diligimur alijs obligamur.quarto q̃ cũ diligim⁹ meremur nobis.cũ aũt dili
gimur alij merent̃ ſibi ꝑ dilectionẽ eĩ ꝓximi efficimur imitatores xp̃i.Joh.xv.Hoc ẽ eĩ p̃ceptũ meũ
vt diligatis inuicẽ ſicut dilexi vos.efficimur ſaluatoris diſcipuli Jo.xiij.In hoc cognoſcẽt homĩes q̃
mei eſtis diſcipuli ſi dilectionẽ habueritis adinuicẽ.Itẽ ꝑ dilectionẽ efficimur ꝯtẽplatores dei.i.Jo.
iiij.Qui diligit fratrẽ ſuũ ex deo natus eſt.¶ Querit̃ vtrũ deus magis diligat angelos ꝙ̃ hoĩes Solu.
deus d̃ diligere creaturas effectu.dupl̃r aũt eſt effectus dei reſpectu nature rõnalis.ſ.effect⁹ cõditio
nis ⁊ reꝑationis.q̃tũ ad effectũ cõditionis plus dilexit angelos:q̃ meliora eis cõtulit naturalia ⁊ ma
gis potẽtes fecit ⁊ magis manifeſtat̃ in eis diuina potẽtia.q̃tũ ad effectum reꝑationis magis dilexit
hoĩes ad Hebre.i.c.Nuſq̃ eĩ angelos apṗhẽdit ſꝫ ſemen abrae.Joh.xv.Maiorẽ charitatem nemo
hꝫ ꝙ̃ vt aĩam ſuã ponat q̇s ꝓ amicis ſuis.Et in hoc effectu ṗncipaliter manifeſtat̃ dĩna mĩa.in vtroq̃
tñ manifeſtat̃ diuina ſapia.Si igit̃ q̃rat̃ q̃ iſtaꝝ dilectionũ magis excedat.Rñdetur ꝙ ſi loquamur q̃
tum ad ſtatũ p̃ñtem ſic magis dilexit angelos.ſi aũt loquamur q̃tũ ad ſtatũ finalẽ videt̃ ſatis rõnabi
liter dici ꝙ magis diligat hoĩes q̃ de plurib⁹ gaudebit hõ in ꝑadiſo vñ gratus ⁊ deuotus deo exiſtat
tum ꝓpter bñficiũ incarnatõis.tũ ꝓpt̃ bñficiũ reꝑationis.tum ꝓpter bñficiũ emĩnẽtis glorificationis
q̃ non tñ manifeſtant erga nos diuine charitatis magnitudinẽ ſed nimietatẽ ſm̃ ꝙ dicit̃ Ephe.ij.De
us q̇ diues eſt in mĩa ꝓpt̃ nimiã charitatẽ qua dilexit nos.Charitas veſtis nuptialis eſt d̃ qua Mat.
xxij.Amice quõ huc intraſti nõ hñs veſtẽ nuptialẽ.quaſi admirat̃ dñs inueniẽs aliquẽ in eccleſia ſine
veſte charitatis cuius admiratõis q̃nq̃ p̃ñt eſſe cauſe.Prima cũ xp̃us dñs noſter tñ expendit vt ſpon
ſa ſua eccleſia.hãc veſtẽ haberet.ſ.charitatẽ cui veſti dedit materiã in paſſiõe quaſi de viſceribus ſuis
cũ lateris ſui aptione ſm̃ Bernar.Amorẽ ſuũ nobis oñdit vt eius amore ad euꝫ tenderemus.Scd̃a
cauſa admirationis eſt ꝙ eccleſia ſcit hãc veſtẽ ſumme placere ſponſo ſuo ſcꝫ xp̃o que figurata fuit ꝑ
veſtem incõſutilem que non valuit diuidi.Joh.xix.Licet corpus ſuũ ꝑmiſerit xp̃us ꝑforari quare mẽ
brum eccleſie ꝑmittit hãc veſtẽ a ſe ſeparari.vñ Aug.Tunicã hominis in cruce pendentis carnifices
pylati nõ ſunt auſi incidere ⁊ tu inter is charitatẽ dei.imo charitatẽ q̃ deus eſt ſeꝑare.Tertia cauſa ad
mirationis eſt ideo ꝙ iſtã veſtẽ.ſ.charitatẽ oſtẽſura eſt eccleſia in illa magna curia ⁊ neſcit qua hora.
Mat.xxv.⁊.xxiiij.Media nocte clamor factus eſt ⁊c̃.Et vos eſtote ꝑati q̃ qua hora non putatis ⁊c̃.
Sed ſunt plures q̇ tunc primo volunt exdiri hanc veſtem quando deberet ſuccidi ⁊ ideo decipiuntur.
Iſaie.xxxviij Dum adhuc ordirer ſuccidit me.⁊ ṗs idem.Quarta cauſa admirationis eſt eo ꝙ ſi hec
veſtis defuerit turpitudo hominis illius toti mundo manifeſtabitur.Prouer.x.Uniuerſa delicta ope
rit charitas:⁊ Apo.xvi.Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambulet ⁊ videant homines
turpitudinem eius.Quinta cauſa admirationis eſt ideo ꝙ non licet aliter ꝙ̃ cum hac veſte intrare re
gnum celorum vt patet.Mat.xxij.De illo qui intrauerat ſine hac veſte q̇ fuit deiectus ⁊ miſſus in tene
bras exteriores.De hoc habetur exemplum Heſter.iiij.c. Ubi legitur ꝙ nõ licebat intrare aulam re
giam regis aſſueri indutum ſacco ⁊ glo.Eſt ſaccus timor ſeruilis cum quo nemo intrat regnum celoꝝ
ideo regina heſter induit p̃cioſius veſtimentum ſuum quando acceſſit ad regem ⁊ placuit regi ⁊c̃.cha
ritas veſtis nuptialis dici poteſt quia matrimonium quo filius dei vnitus eſt hũane nature ſorori no
ſtre multum requirit vt veſtem charitatis habeamus.Si eĩ matrimonia que facit quotidie inimicos
amicos effici quare non illa veſtis que eſt charitas cum ſit quid excellentius patet quia ꝓpter hãc
veſtem ſcilicet charitatem nuptie filij dei ⁊ humane nature facte ſunt ⁊c̃.¶ Queritur quid dicenduꝫ de
dilectione inimicorum ſuper quo eſt notandum ꝙ alia eſt dilectio affectus.alia effectus.Dilectio affe
ctus eſt duplex:q̃ alia eſt innocentie.alia bñficentie.dilectõe innocẽtie tenemur diligere inimicos:q̃a
nõ debemus eis optare malum inquantum malum:ſed inquantum eis expediens eſt vel reipublice.
Affectus dilectionis bñficẽtie eſt duplex.ſ.ṗncipalis ⁊ ſecundarius.ṗncipalis eſt velle inimicis ⁊ op

tare bona ſpũalia ſicut eſt gratia ⁊ gloria.hac dilectione ſeu affectu tenemur diligere inimicos. Affe
ctus ſecundarius ẽ optare bona tꝑalia inimicis.hoc modo nõ tenemur ſemꝑ diligere inimicos:q̃ nõ
ſemꝑ expedit eis habere bona tꝑalia:eodẽ mõ diſtinguẽdũ eſt de dilectõne effectus q̇ ſimiliter eſt du
plex.ſ.innocentie ⁊ beneficẽtie ṗmo modo tenemur diligere oẽs inimicos:q̃ tenemur eis mala nõ in
ferre niſi forte ꝓpter bonũ ꝑſone.vel reipublice.dilectio effectus bñficentie eſt diſtinguẽda.q̃ ſi eſt bñ
ficium ſpũale neceſſariũ ad ſalutẽ tunc tenemur inimicis illud impendere ſicut orare ꝓ eis non quidẽ
in ſpeciali ſed in cõmuni.ita.ſ.ꝙ non excludamus eos ab orõnibus cõibus.ſi vero eſt beneficiũ tꝑale
ad hoc non tenemur niſi in caſu neceſſitatis.Item notandũ eſt ꝙ duplicẽ poſſumus hr̃e inimicũ.ſcilꝫ
ꝑſone noſtre vel eccleſie.inimico ꝑſone bñfacere ꝑfectionis eſt niſi inq̃tuꝫ beneficiũ ipſi vel alteri oc
caſionaliter nociuũ eſt:q̃ in tali caſu ſubtrahere bñficiũ vtile eſt inimico antẽ eccleſie bñficiũ ſubtrahe
re ꝑfectius eſt ⁊ melius niſi ꝓpter beneficium ſperetur recõſiliandus eccleſie.Ex p̃dictis patet ꝙ opta
re bona tꝑalia inimicis eccleſie imꝑfectionis eſt niſi ꝑ accidẽs.ſ.q̃ñ credũtur ꝑ hoc ꝯuertẽdi.inimicis
v̄o ꝑſone optare bõa tꝑalia ꝑfectõis eſt niſi ꝑ accidẽs.ſ.q̃ñ putant̃ eis vel alijs eſſe nociua.Itẽ notan
dum eſt ꝙ licet amicũ diligere ſit magis debitũ.tñ inimicũ diligere magis eſt remiſſionis pene meri
torium ⁊ ad multa alia valet.ṗmo q̃ magis accedit ad ꝑfectionem maioris etiam v̄tutis eſt q̃ magis
gratuitum.ſecundo q̃ motus charitatis ad inimicũ magis eſt meritori⁹ remiſſionis pene:⁊ hoc rõne
difficultatis.tertio q̃ diligere inimicũ expꝛſſius ſignũ charitatis eſt q̃ cõtra motum nature eſt idcirco
valde difficile eſt niſi aſſit gratia per quam vincatur natura.Signa dilectionis ſunt quia amicus ami
cum libẽter audit libenter de illo loquitur:ſepe de ipſo cogitat ſine tedio ſibi obſequitur corpus ⁊ res
ꝓ illo exponit offenſam cauet:offenſum placat:congaudet proſperitati.condolet aduerſitati gaudet
de ſua p̃ſentia.dolet de abſentia ⁊c̃.Signa diuini amoris ſunt cũ aliq̇s libẽter cogitat de deo.cũ aliq̇s
libenter eſt in domo dei.cũ aliq̇s de deo vel cum deo libẽter loquitur.cũ quis libẽter deũ audit ⁊ audi
ta retinet memoriter.cũ q̇s libenter dat ꝓ deo cũ quis ꝓ deo libẽter patitur.cũ mãdatis dei libẽter q̇s
obedit.cum quis amat que deo placent:⁊ odit ea que diſplicẽt deo cum q̇s frigeſcit a ſollicitudine et a
more mundi.cum aliquis magnum honorem exhibet miniſtris dei.Hec in ſumma de virtutibus.
¶ Querit̃ vtrũ ordo charitatis attendat̃ penes affectũ vel penes effectum vel penes vtrũq̃.Solutio
Affect⁹ q̃nq̃ ſumitur ꝓ paſſione:⁊ hec paſſio d̃ quedã muliebris cõplacẽtia.de hoc affectu d̃ ꝓuer.
xviij.Uir amicabilis ad ſocietatẽ magis erit amic⁹ ꝙ̃ frater:⁊ hũc affectũ minime reſpicit ordo charita
tis:q̃ ille affectus plus reſpicit ſenſibilẽ experiẽtiam ꝙ̃ rõnis eligẽtiam:ſicut pꝫ cũ aliquis plus dele
ctatur loqui cũ amico ꝙ̃ cum deo vel cũ patre ſuo licet multo plus diligat deum vel patrẽ ſuũ:q̃d pꝫ q̃
multa maiora faceret pro deo vel pro patre ſuo ꝙ̃ pro amico:q̃uis autẽ hic affectus ſit tolerabilis in
hijs qui huic mundo dediti ſunt:tñ in ſpiritualib⁹ quoꝝ eſt experiri ꝙ̃ ſuauis eſt dñs eſt multũ reṗhen
ſibilis.alio modo accipitur affectus pro motu qui mot⁹ dicitur quedã ratio elicitiua:⁊ ille motus eſt
duplex.vnus a charitate elicitus.alius a charitate imperatus. Prim⁹ eſt quo opto alicui ſummũ bo
num ⁊ ordo charitatis principaliter reſpicit hunc ⁊ mihi debeo plus optare beatã vitam ꝙ̃ patri meo
⁊ ſic de ſingulis. Affectus vero a charitate imperatus eſt cum quis optat alicui bonum tẽporale q̃d
eſt ordinatũ ad conuerſationẽ nature:⁊ hũc affectũ reſpicit ordo charitatis minus principaliter. Si
militer ex parte effectus dicendũ eſt q̃ quidã eſt qui reſpicit cõmunem vtilitatẽ ſicut collatio eccleſia
ſtici beneficij.Et hunc minime reſpicit ordo charitatis:q̃ ibi attendẽda eſt meriti dignitas ⁊ parum
aut nihil ſanguinis proximitas ne ſub pallio charitatis lateat affect⁹ carnalitatis ⁊ dicatur de tali per
prophetã.Ue qui edificãt ſyon in ſanguinibus.Alius effect⁹ eſt qui reſpicit ſingularem perſonaꝫ.Et
hic eſt duplex:q̃ vn⁹ reſpicit anime ſalutẽ.⁊ hũc principaliter reſpicit ordo charitatis. Aliꝰ effectus
eſt releuatio tẽporalis neceſſitatis:⁊ hunc reſpicit ordo charitatis minus principaliter:quia ſm̃ diuer
ſas oportunitates debet ⁊ poteſt homo magis ⁊ min⁹ beneficio eſſe in collatione alicui⁹ cõmodi tꝑa
lis.Bonauẽ.¶ Queritur qualiter quis põt ſcire vtrũ habeat charitatẽ.Solu.quidẽ ſciũt ſe non habe
re charitatem vt qui ſunt in actu peccandi vel in ꝓpoſito:quidã dubitãt ſe habere charitatẽ:q̃ rõnes
habẽt pro vtraq̃ parte:vt ſunt illi qui incipiũt facere quod in ſe eſt:quidã putãt ſe hr̃e ſicut qui mul
ta bona opera fecerũt ⁊ diu abſtinuerũt a peccato:adhuc tñ ſuſtinẽt motus tentationũ ⁊ ymaginãtur
turpia:quidã experiũtur ſe habere charitateꝫ vt illi qui guſtant diuinaꝫ dulcedinẽ in quibus fere fo
mes extinct⁹ eſt ⁊ ſemꝑ bona faciũt vel affectãt:quidã certi ſunt ſe habere:vt quib⁹ dñs reuelauit qua
lis fuit paulus.¶ Queritur vtrũ creature irrationales ſint diligende ex charitate.Solu.ſm̃ bonauẽ.
tripliciter põt aliquid diligi ex charitate.vno modo ꝙ charitas ponere faciat affectionem ⁊ finẽ circa

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dilectũ ⁊ ſic ſolus deꝰ diligiť ex charitate. alio mõ ꝙ charitas faciat ponere affectionẽ circa dilectum
nõ tñ finẽ ⁊ ſic diligiť ꝓximus ex chatitate: q: circa ꝓximũ afficimur affectu charitatis optãdo ei ſum
mũ bonũ nõ ꝓpter ipſm: ſ ꝓpter deũ. alio mõ dr̃ aliq̃s ex charitate diligi ita ꝙ charitas circa illud nõ
ponit finẽ nec affectũ ꝓintuitũ ſui ſ ſolũ rõne eius ꝓpter qd̃ diligiť. ⁊ hoc mõ diligũtur creature irratio
nales in q̃bus deus relucet q: deus diligiť in illis p quẽ modũ dr̃ diligere canẽ amici ſui. nõ q: afficiať
circa canẽ ſpãli affectõe: ſ circa amicũ ꝓprie tñ loquẽdo nõ ſunt diligẽde ex charitate: q: charitas q̃ eſt
amor dei extẽdit ſe ad illos q̃ ſunt nati eſſe eius filij p gr̃am adoptionis nõ ad creaturas irrationales.
vñ Aug. ſolũ ex charitate diligẽda ſunt q̃ nobiſcũ ſocietate quadã referũtur in deũ vt eſt hõ angelꝰ ⁊c̃.
Nota ꝙ ſeptẽ ſunt q̃ faciũt: vt aliq̃s ameť a deo. Primũ eſt ſapia. Sap̃. vij. Sapiẽtia infinitꝰ theſaurꝰ
eſt hoĩbus quo q̃ vſi ſunt ꝑticipes facti ſunt amicitie dei. ⁊ in eodẽ neminẽ diligit deus niſi eũ q̃ cum
ſapiẽtia inhabitat ⁊ ꝓuer. xiiij. Acceptus eſt regi miniſter intelligẽs. Aliud ẽ mũdicia q̃ effectꝰ eſt ſapie
Jac. iij. Que de ſurſum eſt ſapia. ꝑmũ q̃dẽ pudica eſt. i. pudicũ faciẽs ꝓpter mũdiciã vocatꝰ eſt Johã.
diſcipulus quẽ diligebat ieſus Jo. vlt. ⁊ Prouer. xxij. Qui diligit cordis mũdiciã ꝓpť gratiã labiorũ
ſuoꝝ amicũ hẽbit regẽ. Tertiũ eſt mãſuetudo. vñ moyſes ꝓpť mãſuetudinẽ fuit ſpãlis amicꝰ dei. Nu.
xij. ⁊ Eccle. xlv. Dilectus deo ⁊ hoĩbus moyſes. Quartũ liberalitas q̃ multũ aſſimilat deo q̃ ex libera-
litate fecit q̃cũq fecit. vñ Sen̄. Qui dat bñficia dñm imitať marie paupibus. iõ ſcribiť ſcda Corint. ix.
Hylarẽ datorẽ diligit deus. Quintũ eſt hũilitas. Sextũ eſt dilectio. vñ Ber. in epl̃is. Diligit eñ dñs
eos q̃ ſe diligũt. alioq̃n eſſet infidelis. iõ nemo ſe amari diffidat q̃ iam amat. Septimũ ẽ tꝑaliũ ɔtẽptꝰ
Mat. xix. Si vis ꝑfectus eſſe ⁊c̃. ⁊ Sen̄. Nemo dignus eſt deo q̃ opes nõ cõtẽpſerit. ⁊ Aug. in li. ſoli-
loquioꝝ. q̃ in bonis ɔtẽtibilibꝰ amorẽ ſuũ ponit dei amore eſt indignꝰ. No. illa q̃ incitãt hoĩem adamã
dũ ⁊ diſcurre p oĩa bñficia q̃ deus ɔtulit hoĩ ɔfert ⁊ ɔferret ⁊c̃. ¶ Queriť vtrũ demones ⁊ dãnati ſint
ex charitate diligẽdi. So. ſicut irrõnales creature nõ ſunt diligẽde ex charitate eliciẽda q: nõ ſunt or-
dinate ad aſſecutionẽ illiꝰ ſummi boni ſic etiã demones ⁊ dãnati. Charitas eñ nullos facit elicitiue di
ligẽ niſi eos quos optat ad futurã btitudinẽ ꝑuenire. Sivo ex charitate diligẽ accipiať large, put actꝰ
diligẽdi ẽ ex charitate iꝑãte ſic ſunt diligẽdi rõe nãe. ſunt eĩ ymago dei: ſ odiẽdi ſunt rõe culpe. verũtñ
q: culpa inſeparabiliter adheret ipoꝝ nature ⁊ poſſidet eã. iõ charitas magis affectũ naturalẽ h ad
diligẽdũ irrãtionalia ꝙ̃ demones vel dãnatos. ¶ Queriť vtrũ mali hoĩes ſint diligendi ex charitate.
So. odiẽdi ſunt rõne inordinatõis culpe. vñ p̃s. Nõne q̃ oderũt te dñe oderã: ſ rõne nature diligendi
ſunt: q: ſunt ad btitudinẽ ordinati. vñ Sap̃. xi. Nihil odiſti dñe horum que feciſti. ⁊ Mat. vi. Diligite
inimicos veſtros ⁊c̃. cõſtat eñ ꝙ inimici iuſtoꝝ ſunt mali. ⁊ hoc eſt qd̃ dicit Greg. Si indignationem
debemꝰ vitijs cõpaſſionẽ debemus nature. ⁊ Iſid. Totũ xp̃m nõ diligit q̃ hoĩem odit. Bonũ eſt non
odire naturã: ſ culpã. vñ glo. ſup illud p̃s. Perfecto odio oderã illos. i. iniq̃tates eoꝝ odi non naturã.
¶ Queriť vtrũ oẽs teneãtur inimicos diligere q̃tũ ad affectũ. So. ſm̃ Bo. duplex eſt affectus. Vnꝰ
a charitate elicitus alius a charitate iꝑatus. ꝑmo affectu tenemur oẽs diligere etiã ipo actu inimicã-
tes glo. ſup illud Mat. xxij. Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſm ſm̃ btĩ Aug. noĩe ꝓximi ⁊ amici intelligi
tur oĩs homo: q: nõ te ꝑſequitur qd̃ fecit deus ſ malicia. ſecũdo affectu nõ tenemur diligere ſ ſufficit
non odiſſe hos duos affectus exꝑmit. Amb. di. Sufficit ꝙ inimicos diligamus ⁊ nõ odio habeamus
Vñ non ad obediẽdũ inimicos nec gaudẽdũ malis eoꝝ oẽs tenemur. Prouer. xv. Cũ ceciderit inimi
cus: ne gaudeas. ⁊ Eccle. ix. Noli de inimico tuo mortuo gaudere: diligere tñ inimicos quo ad vtrunq
affectũ ꝑfectionis eſt. Lu. v. Diligite inimicos veſtros. glo. hoc eſt ꝑfectoꝝ. Item glo. ſup illud ps. Re
uela opa mea nihil mirabilius in mãdatis ꝙ̃ diligere inimicos. ¶ Queriť vtrũ oñis teneãtur diligere
inimicos q̃tũ ad effectũ. So. ſm̃ Bona. tribus modis peccamꝰ cõtra eccleſiã odio. vbo corpis cruci
atu. ecõtra eccleſia tria facit. diligit. bñfacit ⁊ orat. diligit inimicos cũ exhibitõe opis exterioris q̃ñcun
q ſe offert oportunitas ⁊ cumulus ꝑfectõis: ⁊ ad hoc nõ tenemur ſed diligere cũ effectu q̃ñ incumbit
neceſſitas hoc eſt neceſſarie obligatõis: q: qui habuerit ſubſtãtiã hmõi ⁊ viderit fratrẽ ſuũ neceſſitatẽ
hrẽ ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo quõ manet charitas dei in eo. i. Jo. iij. Itẽ nota ꝙ dimittere rancorem
eſt neceſſitatis dimittere vo ſigna rãcoris nõ eſt neceſſitatis niſi q̃ñ venia petitur hũiliter ⁊ deuote. tñ
ſi q̃s dimittit ſigna hoc eſt ꝑfectionis q̃ñ venia non petitur. De dilectione inter virũ ⁊ vxorem. Colo.
iij. Viri diligite vxores veſtras ⁊ nolite eſſe amari ad illas: ⁊ aſſignanť plures cauſe ad hoc mouẽtes
vna eſt exẽplũ xp̃i. Ephe. v. Viri diligite vxores veſtras ſicut ⁊ xp̃us. dilexit eccleſiam et ſemetipſm tra
didit ꝓ ea. Alia cauſa q: corpus mulieris eſt ipſius viri. ideo d amare illud tanq̃ ſuũ. i. ad Corin. vij.
Mulier non hab poteſtatẽ ſui corporis ſed vir. Alia cauſa q: vir ⁊ vxor ſunt ſicut vna planta ⁊ ramꝰ

qui plante inſeritur vnam arborem efficit ⁊ vnũ fructum facit ⁊ neuter illoꝝ ſufficiens eſt ad gene-
randum prolem. vnde debent amorẽ inuicem habere ſicut ramus inſitus adheret plante. Mat. xix.
Nemo poteſtate ſaluatur ſed pietate
Septem corporea fac pauperibus pia facta
Paſce fameſcentes pota nimium ſitientes
Indue nudatos redimas de carcere captos
Egros conforta peregrinos collige porta
Defunctos ſepeli ſic ſumes gaudia celi
Corrige peccantes: ac inſtrue pauca ſcientes
Conſule non doctis: exora pro tribulatis
Conforta meſtos: porta patiens oneroſos
Offenſas ſponte: ledendi corde remitte.

IN iſto capitulo actor noſter determinat de dono pietatis ⁊ miſericordie. ꝓ quo eſt notandum ſm Greg. ſup Job ꝙ pietas ꝓut eſt vnũ de ſeptem donis ſumitur pro miſericordia. dicit enim pietas opus miſericordie docet glo. vero ſup quintũ capi. Math. videtur velle ꝙ pietas ſumatur ꝓ cultu dei ſeu ꝓ veneratione rerum ſacrarum. Unũ Greciſmus culturã dñi pietatem dicimus eſſe. Qui enĩ pie querit honorat ſancta. vnde Aug. cũ Grego. Pietas hoiem ſub iugo dei ſubijcit tanq̃ aial mãſuetum: ⁊ ſic pietas facit deũ coli ⁊ venerari. Tamen ſm veritatẽ miſericordia ⁊ veneratio ſanctorum cõicantur ſe. Miſericors enim deũ veneratur in paupere: immiſericors deuꝫ in paupere deſpicit ꝓuer. xiiij. Qui calũniatur egentẽ exprobrat factori ſuo. Honorat aũt eũ qui miſeratur pauperis. Honorãtur enim angeli in paupibus cũ paupes honorentur ꝓpter angelos eis ad cuſtodiam deputatos et angeli contẽnuntur in contemptu pauperum. Mathei. xviij. Videte ne contẽnatis vnũ ex his puſillis. Dico enĩ vobis quia angeli eorum in celis ſemꝑ vident faciẽ patris mei. Aliquibus tñ doctoribus videtur ꝙ pietas ꝓut eſt donũ differt a miſericordia in hoc ꝙ pietas reſpicit ſpũalem neceſſitatem ⁊ miſericordia reſpicit corporalẽ neceſſitatẽ ⁊ ſumunt occaſioneꝫ talis diſtinctionis ex eo ꝙ dicit glo. ſup pme ad Thimo. iiij. capi. Pietas ad oĩa vtilis eſt oĩs ſumma diſcipline xp̃iane cõſiſtit in pietate ⁊ miſericordia ibi pietas ⁊ miſericordia cõnumerantur tanq̃ diuerſa. Aliquibus tamẽ alijs videtur ꝙ pietas releuando miſeriam proximi procedat ⁊ principijs fidei. Miſericordia vero ꝓcedit ex principijs iuris naturalis miſericordia dat pauperi elemoſynam: quia frater noſter eſt naturalis eiuſdem ſpeciei nobiſcum. Pietas vero dat elemoſynam: quia filius dei eſt per adoptionem vel mẽbrum corporis chriſti: vel quia chriſtus reputat ſibi fieri quod fit pauperibus. Mathei. xxv. Quãdiu feciſtis vni ex minimis meis mihi feciſtis. Latria eſt honor deo exhibitus et que ſoli deo competit glo. ſuper illud. Mathei. iiij. Dominum deũ tuum adorabis ⁊ illi ſoli ſeruies ⁊ vocatur a Tullio religio. latria de tali latria ſeu adoratione legitur. Luce. xxij. Poſitis genibus orabat dicens ⁊c. ⁊ Mathei vltimo. De diſciſcipulis quomodo videntes ieſum adorauerunt eum. ⁊ Apo. iiij. de. xxiiij. ſenioribus qui procedebant ante ſedentem in throno ſi adorabant viuentem in ſecula ſeculorũ. Et eodem xij. Omnes angeli ſtabant in circuitu throni ⁊ adorauerunt deum dicentes amen. ꝙ ſoli deo pertineat latria ſeu adoratio ambobus genibus flexis patet Yſaie. xlij. Gloriam meam alteri non dabo glo. ſuper. xx. capitulum. Exodi vbi dicitur non adorabis ea neqꝫ coles: ponit differentiã inter adorare ⁊ colere. naꝫ quis inuitus põt adorare adulando regibus ydolatris: ſed colere eſt toto animi affectu ⁊ ſtudio mancipari. Et reperitur triplex cultus deo debitus: cordis: oris: ⁊ operis. Auguſtinus loquens de theoſobia ſiue pietate que eſt cultus dei dicit ꝙ conſiſtit in cognitione dei et dilectione cum debita ſubiectione: ⁊ hoc ſpectat ad cultum cordis. Cultus oris eſt vocalis profeſſio maieſtatis diuine quam fideles faciunt deum orando laudando benedicendo regratiando ⁊c. Cultus operis eſt quando aliquis opere recognoſcit ſingulare dominiũ dei quod eccleſia recognoſcit. d. chriſto tu ſo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

lus dñs ⁊c. Ad cultum opis pertinebant aĩalia quoꝝ immolatione oſtendebant ſe deo ſubiectos et oſtẽdebãt deũ poſſe eos occidere: ſꝫ hodie ſacrificiũ deo ſpũs ꝯtribulat⁹. Dulia eſt honoꝛ exhibit⁹ creaturis que p̃ſunt vt angeli ſancti ⁊ ſupioꝛes qui p̃ſunt in hoc mũdo ⁊c. Reuerẽtia ṽo eſt q̃ debet reb⁹ deo dedicatis vt loco ſacro: tñ ſm aliquos talis reuerẽtia d̃ timoꝛ eo ꝙ reputam⁹ nos idignos. Geñ. xxviij. Terribilis ẽ loc⁹ iſte nõ eſt hic aliud niſi dom⁹ dei ⁊ poꝛta celi. Non legit eñ xp̃m tantã irã oſtẽdiſſe in hoc mũdo ſicut qñ eiecit vendẽtes ⁊ emẽtes de tẽplo eo ꝙ reuerẽtia debita tẽplo nõ exhibebatur Mat. xxi. ⁊ Johã. ij. p̃miſſis cõcoꝛdat cõpen. theologie dicẽs ꝙ donũ pietatis conſiſtit in trib⁹ in cultu dei. in veneratiõe ſacre ſcripture: ⁊ in honoꝛe ꝓximi. Cult⁹ dei cõſiſtit in ꝓfeſſione diuine maieſtatis: hoc eſt theoſobia. veneratio ſacre ſcripture cõſiſtit in hoc vt ei firmiter credatur vt ſollicite cuſtodiatur vt fideliter diſpẽſetur. Honoꝛ ꝓximi cõſiſtit in reuerẽtia ſuperioꝝ: in cõfoꝛmitate equaliũ: ⁊ in ſubuẽtione inferioꝝ. De miſericoꝛdia notãdum eſt ꝙ eſt virt⁹ per quã anim⁹ ſup calamitate affl ictorum mouet. Damaſcenus dicit ꝙ miſericoꝛdia eſt triſticia in alienis dãnis. Miſericoꝛdia filiũ dei in mundũ fecit deſcẽdere: ⁊ eadẽ miſericoꝛdia hoĩes in celũ aſcẽdere ad ſignificãdũ hoc: xp̃s a mõte oliueti in celũ aſcẽdit in mõte oliueti eminẽtia miſericoꝛdie deſignat. miſericoꝛdia eñ ſup exaltat iudicium. Jaco. ij. Superexaltat miſericoꝛdia iudiciũ. Cõpaſſio eñ eſt magna virt⁹. Vñ. Greg. ſup illd̃ Job xxx. Compatiebatur aĩa mea pauperi dicit ꝙ plus eſt cõpaſſio q̃ datum.

¶ Sequitur textus de dono ſciẽtie.

Multi multa ſciunt et ſe bene ſcire relinqunt
Temet cognoſce dominũ cognoſcere poſce
Tu melioꝛ fieres ſi te pꝛoꝛſus bene ſcires
Quam ſi negligeres et cetera coꝛde teneres
Diſcere ne ceſſes ſi doctoꝛ maximus eſſes
Nam per doctrinam poteris vitare ruinam
Non curans ſcire merito quod ſcire tenetur
Si ſuper hoc erret non excuſatus habetur
Eſt quaſi vile pecus ignoꝛans et quaſi cecus
Pꝛecipue regere qui debet ſiue docere
Cecus agens cecuꝫ facit ipſum ſternere ſecum.

In iſto cap. ac. noſter determiat de dono ſciẽtie dicẽs ꝙ donũ ſciẽtie eſt ſeip̃m cognoſcere pꝛio. Pꝛo declaratiõe iſti⁹ eſt pꝛemittendũ ꝙ donũ ſciẽtie eſt idẽ in eſſe ſicut pꝛudẽtia ſꝫ differũt rõne agẽdi. nam pꝛudẽtia ꝓcedit ex pꝛincipijs iuris naturalis. ſcia ṽo ex principijs fidei. Pꝛopꝛi⁹ act⁹ doni ſciẽtie ẽ docere recte cõuerſari in medio praue natiõis ⁊ ꝑuerſe. Ad hoc aũt ꝙ aliqs cõuerſet in medio praue natiõis ⁊ ꝑuerſe tria requirũtur. Pꝛimũ eſt ꝙ habeat rõnes quib⁹ ſe defendat ab ĩpugnãtib⁹ fidẽ ſuã. vñ ſciẽtie donũ nõ tm̃ ſupponit ea q̃ ſcripta ſunt in libꝛis theologie: ſꝫ etiaꝫ q̃ ſcripta ſunt in tota ph̃ia quib⁹ iuuat ad ꝓbãdum fidẽ. Scd̃m eſt ꝙ a malo abſtineat. Tertiũ eſt ꝙ bene ⁊ pꝛudẽter tempoꝛalia adminiſtret. Sciẽtia eñ ꝓut eſt donũ poteſt ſic deſcribi. Scientia eſt humanaꝝ rerum cagnitio ſaluberrime fidei deſeruiẽs. Et ſumitur hec diffinitio ex verbis auguſtini. xiiij. de trini. Sapiẽtia vero eſt diuinarum atqꝫ humanarum reꝝ ſcientia: vt videbitur. Ego quoqꝫ ⁊ diuinarum ⁊ humanaꝝ reꝝ ⁊ ſapiẽtiam ſcientiã dici poſſe non nego. Verũtamen ſm dictũ apoſtoli. i. ad coꝛinh. xij. Alij datur ſermo ſapientie. alij ſermo ſcientie ⁊c. quare ſuperioꝛ diffinitio debet ſic intelligi: videlicet vt diuinaruum rerum cognitio pꝛopꝛie ſapientia nuncupetur: humanarum vero pꝛopꝛie cognitio ſcientie nomen obtineat. vnde Auguſti. ſuper illud. i. ad coꝛinth. xij. Sapiẽtia eſt in contemplatione eternoꝛum: ſcientia eſt in actione tempoꝛalium. Donũ ſcientie eſt habitus infuſus quo homo habet iudicium circa credenda ⁊ agenda. Ad donũ ſcientie pertinet cognoſcere que ſint vera bona ⁊ mala: ⁊ que ſint vmbꝛe bonoꝛum ⁊ maloꝝ. Item ad donum ſcientie pertinet diſcernere inter maioꝛa bona ⁊ minoꝛa: maioꝛa mala ⁊ minoꝛa. ſiue hec mala veniant ex parte anime ſiue coꝛpoꝛis ſiue demonũ ſiue pꝛoximoꝝ ſiue rerum tempoꝛaliũ. Donuꝫ ſcientie pꝛopꝛie pertinet ad malũ ⁊ bonum inquantũ mouent affectũ noſtrũ. Unde a tali malicia denoĩatur. Geñ. ij. Cum dicitur lignũ ſcientie boni ⁊ mali eodẽ. iij. capitu. Eritis ſicut dij ſcientes bonũ ⁊ malũ. Item ad donũ ſciẽtie pertinet cognoſcere deceptiones quas bona pꝛeſentia ⁊ mala que nõ ſunt vera bona nec vera mala faciunt hominibus. Pꝛopter has deceptiones capiunt homines non vera bona pꝛo veris bonis

et fugiunt mala pene pꝛeſentis que nõ ſunt vera mala ꝓ veris malis que ſunt mala culpe. Aug. Ad donum ſcientie ꝑtinet agnoſcere bꝛeuitatẽ pꝛeſentis vite que eſt ſicut vapoꝛ modicũ parens. Ja. iiij. Item agnoſcere amaritudinẽ huius vite p̃ſentis de qua Job. xiiij. Homo natus de muliere bꝛeui viuens tp̃e repletur multis miſerijs. ⁊ eccle. xxx. Melioꝛ eſt moꝛs q̃ vita amara: ⁊ requies eterna q̃ languoꝛ ꝑſeuerans. donũ enim ſcientie oſtendit ſpũalem cõpaſſionem pꝛeferendã eſſe coꝛpoꝛali ⁊ pꝛius occurrendũ eſſe moleſtijs ⁊ damnis ſpũalibus q̃ coꝛpoꝛalibus pꝛius paſcendas eſſe aĩas ⁊ veſtiendas q̃ coꝛpa ⁊c. Minima tñ bona ꝓpter hoc nõ eſſe negligenda. Math. xxiij. Hec opoꝛtuit facere ⁊ illa nõ omittere. Donuꝫ ſciẽtie eſt diligere opa ad noꝛmam rõnis ⁊ ad cõfoꝛmitatem dei. Per illud enim donum ſcientie ſcitur ne ſub ſpẽ boni malũ lateat. Scientia enim regit pietatem ꝓpter quod etiã hec duo dona cõbinantur. Per donũ enim ſciẽtie ſcit homo quid ſit: a quo ſit: ⁊ ad quid ſit. Sed q2 in littera actoꝛ ſit de duobus mentio. ſ. de addiſcendo ⁊ ignoꝛantia: intendo hic de vtroqꝫ aliquid elucidare. Et pꝛimo de hijs que poſſunt valere ad hoc vt aliquis adiſcat maxime ſacram ſcripturam. Unum eſt vt homo bene viuat vnde quiſquis veritatẽ ſe cognoſcere poſſe putat: ſi adhuc nõ nequiter viuat. Ber. ⁊ eccl'a. Concupiſcẽs ſapientiã ſerua iuſticiam ⁊ dñs tibi eam pꝛebebit. Scd̃m eſt ꝙ poteſt valere. ſ. cõſiderare ꝙ ſcientia ſeu ſapientia eſt donũ dei: ideo nõ eſt ſcientia rapienda violẽtia ſtudij deo irrequiſito. Jacobi p̃mo. Si quis veſtrũ indiget ſapiẽtia poſtulet a deo qui dat omnibus affluenter. Tertium eſt humilitas ⁊ hoc q̃tum ad quattuoꝛ. ſ. ꝙ nullaꝫ doctrinã contẽnat vt a nullo erubeſcat doceri vt homo nõ erubeſcat cõfiteri ſe neſcire quod neſcit: vt humileꝫ modum loquendi quem habet ſacra ſcriptura nõ contẽnat. Aug. ⁊ Seneca. Quartum pꝛincipale eſt vt libꝛoꝛuꝫ eruditioni intendat. Augu. in li. de doctrina xp̃iana. d. codicibus emendandis pꝛimitus debet inuigilare ſollertia eoꝛum qui ſcripturas diuinas noſſe deſiderant. Quintum eſt vt homo addiſcens ſit diligẽs indagando ſcripturas ſacras ad quod pꝛimo neceſſarius eſt timoꝛ dei. ꝓuerbioꝛuꝫ p̃mo. Timoꝛ domini pꝛincipium ſapiẽtie. Secundo ꝙ ſit manſuetus vt cedat auctoꝛitati ſacre ſcripture. Aug. in li. de doctrina xp̃iana. ante opus eſt dei timoꝛe ad cognoſcendã eius voluntatẽ. Deinde miteſcere op⁹ eſt pietate nec contradicere diuine ſcripture. Sextum pꝛincipale eſt vt homo ſit aſſiduus ſtudendo Hierony. Diuine ſcripture ſemper in manibus ⁊ iugiter in mente voluantur. Septimũ eſt vt de ſapientia a deo accepta addiſcẽs non ſit ingratus: ſed datoꝛem ſuũ gloꝛificet. eccle. vltimo. Danti mihi ſapientiã dabo gloꝛiaꝫ. Quãtum ad ſcd̃m quod eſt de ignoꝛantia eſt notandũ ſub bꝛeuibus ꝙ ignoꝛantia quedam eſt ſimplex: quam habet ille qui neſcit quod tenet ſcire ⁊ laboꝛat vt ſciat: ⁊ talis ignoꝛantia excuſat nõ a toto ſed a tanto. Ignoꝛantia craſſa eſt quam habet ille qui neſcit quod tenet ſcire: ⁊ illud ſcire ſeu addiſcere negligit ⁊ illa eſt bene culpabilis. Alia eſt ignoꝛantia aſtuta ⁊ illa eſt duplex. ſ. determinata ⁊ indeterminata. Indeterminatã habet ille qui affectat neſcire quod tenet ſcire ſed nõ eſt determinatũ apud eũ ꝙ teneat illud ſcire. hec fuit in Paulo. p̃ma Thimo. i. Eccl'am dei ꝑſecutus ſum ſed miſericoꝛdiã cõſecutus ſum q2 ignoꝛãs feci hec excuſat nõ a toto ſed a tanto. Determinatam habet ille qui affectat neſcire illud de quo determinatũ eſt apud ip̃m ꝙ illud tenet ſcire: ⁊ talis ignoꝛantia nullo modo excuſat. Iſte ignoꝛantie ſunt ꝓpꝛie ignoꝛantie iuris. Ignoꝛantia facti excuſat a toto adhibita debita diligentia ⁊ ſufficientia. vnde nõ peccat qui ſupponunt nõ ſua pꝛo ſuis Bona. dicit ꝙ ſi tanta ſit ignoꝛantia ꝙ oĩno pꝛiuet rõnem volũtarij ⁊ rõnem ꝯtẽptus ex toto excuſat. Si ṽo nõ pꝛiuet oĩno excuſat a tanto ſꝫ nõ a toto iuxta dictũ apl'i miſericoꝛdiã ꝯſecutus ſum ⁊c.

¶ Sequitur de dono foꝛtitudinis de quo actoꝛ nõ fecit textum.

Foꝛtitudo donum. ſſ. eſt que ſe habet reſpectu mali pene ſm dictamẽ ſupernaturaliũ pꝛincipioꝛum legis eterne ſequendo. ſſ. ſpecialẽ inſpirationem qua mouent aliqui vltro ad ſe offerendum vt ſuſtineãt penam. Ex quo patet ꝙ donum foꝛtitudinis eſt habitus exiſtẽs in voluntate ſicut in ſubiecto inq̃tum negociat circa ardua quo voluntas habilitatur ad volenduꝫ moꝛtem ſuſtinere ꝓ defenſione fidei ſm dictamen legis eterne ſequendo. ſſ. motiuã inſpirationeꝫ et melius q̃ ꝑ aliquam virtutẽ moꝛalem: ⁊ ideo ꝑ iſtam foꝛtitudinẽ ſancti fecerunt mira opa foꝛtitutinis ſup humano modo ſuſtinẽdo talia cũ gaudio ⁊ exultatione: vt pꝫ actuũ. xij. de beato Petro ⁊ eodem. vij. de beato Stephano ⁊c. ⁊ eodem. v. vbi habet: ⁊ illi quidẽ ibant gaudẽtes a cõſpectu cõſilij quoniã digni habiti ſunt ꝓ nomine ieſu cõtumeliã pati. Foꝛtitudo virtus de qua dictuꝫ extitit ſe habet reſpectu ardui: mali pene ſm dictamen naturaliũ pꝛincipioꝝ: ⁊ tali foꝛtitudine ſuſtinet homo pericula ⁊ leſiones ꝓpter bonum virtutis: vt dicit Aug. x. li. de trinitate. ca. xvi. aſſerens ꝙ multi vtilitatem reipublice pꝛopꝛie vite pꝛeponebant.

¶ Sequitur textus de dono conſilij.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL ES

Omnia conſilia tua ſint munim ine fixa
Non te precipitas ſi conſilio domini ſtas
Conſilio tracta nature propria facta
Nam cito peccabis quando nimis accelerabis
Conſule maiores prudentes ⁊ meliores
Ut non deficias nec damnoſus tibi fias
Conſilium verum docet experientia rerū
Amplior in ſenibus eſt experientia ſenſus
Si defendendo cauſam ſumas vel agendo
Hoc fac conſulte ne conſumas bona ſtulte.

In iſto capitulo ac. determinat de dono conſilij. Pro cuius declaratione eſt pmittenduz ꝙ conſilium tribus modis dicit. quandoq; cōſiliū dicit deliberatio de rebus valentibus ad finem quē intendimus: ⁊ tale cōſiliuz ptinet ad prudētiā. Quandoq; conſiliū dicit pſuaſio rez excellētium ad quas nō tenemur ſm qd dr hoc eſſe cōſiliū. Si vis pfectus eſſe vade ⁊ vende oia que habes ⁊ da paupibus. Quandoq; dicit cōſiliū prudētia valde exercitata in medio contēplatiuoz ⁊ actiuoz donoz ⁊ deliberatio de opibus arduis ſiue teneatur ad ea ſiue nō. ⁊ ſm hoc ſumit conſiliuz donū ⁊ ita conſiliū ⁊ prudentia ſunt idem in eſſe: tñ cōſiliū abundat ſup prudentiā in vno actu. ſ. ꝙ eiꝰ eſt etiam imperare. Item ſicut ad donum ſcientie pertinet reprobare malum ⁊ eligere bonum. ita pertinet ad donum conſilij cauere pericula que ſunt in hoc mundo. Item ſicut donum ſcientie habet regere pietatem: ita donum conſilij habet regere fortitudinē. In hoc autem differunt conſilium vt ſcientia q: conſiliū eſt circa arduū ⁊ difficile. ſcientia vero circa bonū ⁊ malū. Ad donū conſilij ſpectat cōſulere an ſit operandū ad donū prudentie qualiter ſit operādū. ¶ Circa conſiliū quinq; ſunt cōmendanda. Primū gratia conſilium requirendi que eſt in eo qui nō eſt pceps ad operandū, puer. xix. Qui feſtinus eſt pedibus offendit. Secundū eſt gratia cōſiliarij eligendi. Tertiū gratia dandi conſilium Quartū gratia conſiliū examinandi. Quintū gratia acqeſcendi cōſilio. De pmo legit Thob. iiij. Conſilium ſemp a ſapiente require ⁊ puer. xx. Cogitationes. i. ppoſita conſilij roborātur. i. pficiūtur. gloſa parua foris ſunt arma niſi cōſiliū ſit domi. vñ. i. Macha. v. In illa die ceciderūt ſacerdotes in bello dū ſine cōſilio exeunt in pliū. ad cōſiliariū eligendū monemur. Eccle. vi. Multi pacifici ſint vbi ⁊ cōſiliarius ſit tibi vnus de mille. Tamen p cōſiliario ante oēs eligēdus eſt deus Thob. iiij. Oia cōſilia tua in ipſo deo pmaneant. Deinde recurrendū eſt p conſilio ad viros bonos Eccle. xxxvij. Cor boni conſilij ſtatue tecū non eſt eñi tibi aliud plus illo. Conſilia aūt impioz fraudulēta puer. xij. Non eñi eſt habendum cōſiliū cū hoie de negocio qñ eum tangit vel de eo qd nimis odit vel nimis diligit. Eccle. xxxvij. Noli conſiliari cū eo q ſuſpectū te habet ⁊ ab emulantibus tibi abſconde cōſiliū ⁊ cum muliere de hijs q emulatur nec cū timido de bello ⁊c. Vñ Iere. ix. Unuſquiſq; a pximo ſuo ſe cuſtodiat ⁊ i omi fratre ſuo non habeat fiduciā ⁊ michee. vij. Ab ea que dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. Itē a iuuenibus cōſiliū nō eſt requirendū q: Roboam regnū ſuū p magna pte amiſit conſilio iuuenū acqeſcēdo ⁊ relinquendo cōſiliū ſenū. iij. Reg. xij. Quando dicit ſenibus ppli qui eundē roboam filiū ſalomonis hñ conſulebant minimus digitꝰ meus groſſior eſt dorſo patris mei. Inſtigatus cōſilio iuuenū q ſecuz nutriti fuerant. Et reſpongens ſenioribus ppli qui eū rogabant vt deponeret quādam ſeruitutez quā ſalomon pater eius impoſuerat dixit ꝙ imponeret grauius iuguz ⁊ ſic fuit eiectus a regno ⁊c. Gratia dandi conſilium emendatur. Eccle. xxv. ꝙ ſpecioſam canicie iudiciū ⁊ pſbyteris cognoſcere conſilium Gratia examinandi cōſilium commendat p Senecā dicentē prudentis pprium eſt examinare cōſilia ⁊ non cito facili credulitate ad falſa plabi. Gratia acquieſcēdi cōmendatur, puer. xij. Uia ſtulti recta in oculis eius q aūt ſapiens eſt audit cōſilia ⁊ ſupple acquieſcit bonis conſilijs.

¶ Sequitur textus de dono intellectus.

Tunc intellectus hominis conſtat bene rectus
Cum ſuper omne deum timet intelligit ipſum
Ac recte credit et iuſſibus eius obedit
Cum intellectum teneas in numine fixum
Sepe rogans dominum ꝙ conferat hunc tibi verum

Hunc non abſcondas in terra ſed bene condas
Ut tibi donatum reddas domino geminatum
Sic quia lauderis a chriſto nec reproberis

In iſto capitulo actor noſter determinat de dono intellectus. Pro quo eſt notandū ꝙ quia ꝙ ſ̄cedentia dona ptinent ad vitā actiuā. hec aūt duo dona. ſ. donū intellectus ⁊ ſapientie ptinent ad vitā cōtemplatiuā. Vñ Anſel. in libro de ſimilibus dicit ꝙ poſtꝙ ſpūſſanctus mentē facit pauentē p donū timoris ſibiq; cōpatientē p donū pietatis. Ea q ſunt faciēda docet p donū ſcientie ⁊ illa fortiter exeqtur p donū fortitudinis. Et de ipſis ſui exēplo facit alijs ſe conſulentem p donū conſilij poſt. ſſ. accendit mentē ad intelligendū cur hec ⁊ illa fieri debeāt. ⁊ vltimo ꝙ a ſolo deo remunerationē querant iſtoz. ¶ Pro vlteriori declaratione eſt notandū ꝙ intellectus dicitur pluribus modis. vno mō p aīa intellectiua ⁊ ſic dicit in tertio de aīa vbi dicit ab ariſtotele ꝙ neceſſe eſt intellectū eſſe immixtū. Scdo capit p actione ipſius intellectus ſeu aīe intellectiue vt p intellectione ipſa. Alio mō p noticia principiorum que habet p naturalē inclinationē intellectus. De vi nominis intellectus importat quādā intimā cognitionē: q: intelligere eſt intus legere ⁊ ſic intellectus nō eſt donū ſpūis ſit a. ſſ. Alio mō intellectus dicit gratia intelligendi ſalubres ſignificatōes ſignorū naturaliū vel poſitiuoz ⁊ ſunt ſignificationes ſignoz creature. De iſto intellectu loquebatur dñs diſcipulis ſuis. Math. xv. dicens. Et vos ſine intellectu eſtis. ⁊ ſic eſt donū. ſſ. ⁊ habitus ſupnaturalis pncipioz ſupnaturaliū q ſunt articuli fidei ⁊ ex cōſequenti quarūdā opationū que ordinantur ad fidem qa fides p dilectionē opatur ad Galat. v. Fides eſt q p dilectionē opatur hoc lumē ſupnaturale ſupadditum intellectui ⁊ datum homini dicitur donuz intellectus quod nominat quādā excellentiam cognitionis penetrās vſq; ad intimas rerum intelligendarū eſſentias ⁊ vitates: qd non ſit ita cōplete ex vtute intellectꝰ naturalis ſicut ex vtute luminis ſupnaturalis ſupadditi intellectui. de quo intellectu dicitur in libro de ſpiritu ⁊ anima ꝙ eſt ea vis anime qua de diuinis qtum homi poſſibile eſt cognoſcitur ad celeſtia archana penetranda q penetrari nō pñt niſi p ſpm eius q etiam pfunda dei ſcrutat. vñ. i. Coz. ij. Dicit nobis aūt reuelauit deus p ſpm ſuum. ſpūs eñi omia ſcrutatur etiā pfunda dei. Cuz veritates neceſſarie ad ſalutē ſint nobis abſcūdite ⁊ velate tam in rez naturis ꝙ ſacris ſcripturis ꝙ etiā in diuinis ſacris ⁊ figuris intātuz vt itellectꝰ hūanꝰ ſine adiutorio ſup naturalis luminis nō poſſit ad eas apphendēdas plene ptingere neceſſe fuit vt. ſſ. intellectui hūano ſupadderet aliqd lumē ſupnaturale quo velamina dictaz veritatū penetraret ⁊c.

¶ Sequitur textus de dono ſapiētie.

Eſt immortalis ſapientia ſpiritualis
Quamuis mundana fertur ſapientia vana
Chriſtum diligere ſuper omnia crimina flere
Mente deum gerere peccata futura cauere
Mundum deſpicere celeſtia corde tenere
Singula ſic ſapere ſicut ſunt ſic ⁊ habere
Hec eſt ſincera mentis ſapientia vera
Exoptat ſupera ſpiens ⁊ gaudia vera
Deuitat ſcelera mundum contemnit ⁊ era
Omnia diſcernit a prauis omnia cernit
Omnia vult agere conſulte recta tenere.

In iſto capi. ac. noſter determinat de dono ſapiētie. Pro quo eſt notādum ꝙ ſapientia ⁊ intellectus differūt: q: ſapientia eſt cognitio dei abſolute. Intellectus aūt cognitio dei collatiue: ſcz in compatione ad creaturas. Item alia differētia eſt: quia intellectu cognoſcitur deus per ſigna: ſapientia vero deus cognoſcitur ipſo experimēto. Item per intellectum cognoſcimus deū: per ſapientiā eius dulcedinē guſtamus. vnde ſapiētia dicitur quaſi ſapore virtutū condita ſciētia. Eccleſia. vi. Sapientia eñi doctrine ſapida eſt ſm nomen eius: ⁊ nō eſt in multis manifeſta: per intellectū eñi ſumus prouidi per ſapientiā maturi: tamen nō eſt omittendū ꝙ ſapiētia ſumitur pluribꝰ modis: vno modo pro ſapiētia mūdana que inimica ē deo. Ia. quarto. Sapiētia terrena aīalis dyabolica eſt. Illa eñi ſapiētia mūdana ſtulticia eſt apud deū. prima ad Corinh. iij. Sa

pientia huius mūdi ſtulticia ē apud deū. ⁊ eo.i.c. Perdā ſapiam ſapientū ⁊ prudētiā prudentū repro-
babo. De talib⁹ loquit̄ apl's. ad Ro.i. Dicētes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Alia eſt ſapia increata
q̄ eſt vera ſapia que dr̄ fili⁹ dei. Ja.iiij. Sapia deſurſum eſt ⁊c̄. Et alibi Apl'us oīa in ſapiētia feciſti.i.
in filio. Alia eſt ſapia creata ⁊ illa eſt duplex. vna eſt que eſt per ſtudiū humanū acquiſita ⁊ eſt virtus
intellectualis ſeu habitus vt ſcribit̄ in.vi.ethi. Phia eñi habet admirabiles delectatōnes vt dicitur in
eodem li.ethi. licet ſapor ille nō ſit oleo gratie cōditus. Et ſi talis ſapientia ꝑ rōis inq̄ſitionē poſſit ha-
bere rectū iudiciū circa aliquas res diuinas hoc ē incōplete: vt ſcribit̄ in.vij.c. celeſtis ierar. Alia ſapi
entia creata eſt que deſurſum eſt. Ja.iiij. Deſcēdēs a prē luminū ⁊ hec ſapia eſt donū veri ſplendoris
⁊ boni ſaporis: ſpendor dirigit intellectū ad veri cognitionē. Sapor erigit affectū ad boni ſaporoſam
dilectionē. Obiectū eñi talis doni ſapiē eſt deus ꝑncipaliter. nō ſub rōne veri abſolute: ſ3 ſub rōne ve-
ri in relatione ad rōem boni vt eſt exercitatiuū volūtatis ad eius ſaporoſam dilectōez. Actus doni ſa
pientie eſt ꝯtēplari deū nō quocūq3 mō ſed ex dilectione cū quadā expimētali ſuauitate in affectu. Vñ
Aug. xv. li. de tri. ca. vij. dicit vbi nulla eſt dilectio gratuita ſup. quis vllā dicit eſſe ſapiam. ergo ſapia a
ſapore recte denoiat̄ ſm Iſid. in li. ethymo. Ex q̄bus apparet ꝙ ſapia ē hitus ſupnaturalis aīe a. ſſ. in
fuſus ad deū cognoſcēdū ⁊ ſaporoſe diligendū. Donū ſapientie nō ſolū docet ſm rectū iudiciū ꝯtēpla
ri diuina: ſed etiā docet regulare hūanos actus excellētiori mō ꝙ̄ ſcientia q̄ eſt hitus intellectualis cu
ius rōnem aſſignat. Aug. li. xij. de tri. di. ſupior pars rōis ſapiētie deputat̄. inferior aūt ſcientie. Itē ſu
perior ratio vt ipſe Aug. d. in eodē li. intēdit ſupius rōibus. ſ. diuinis ꝯſpiciēdis ſm ꝙ diuina in ſeipīs
cōtemplāt̄ur ꝯſulēdis ſm ꝙ ꝑ diuina iudicat de hūanis ꝑ dīnas regulas dirigēs actus hūanos vt hō
nō ſolū aſſimilet̄ deo ſm ymaginē ſed etiā ſm opationes ꝑut pōt. De illa ſapientia q̄ eſt donū dicitur.
Prouer. iij. Beatus hō q̄ inuenit ſapientiā ⁊ qui affluit prudētia. Melior eſt acquiſitio eius negocia
tione auri ⁊ argenti ꝑmi ⁊ puriſſimi. fructus eius ꝑcioſior eſt cūctis opibus ⁊ oīa q̄ deſiderant̄ huic nō
valent comparari ⁊c̄.

¶ Sequitur de beatitudinibus in generali.

Ic actor noſter agit de btītudinibus. Pro quo eſt ꝑmittēdū ꝙ beatitudo quedā eſt patrie
h de qua Boe. de ꝯſolatōe li. iij. Beatitudo ē ſtatus oīm bonoꝝ aggregatione ꝑfectus. Et
Aug. in encheridion. d. Ille btūs eſt q̄ oīa que vult h3 nec aliq̄d vult q̄d nō decet. Alia eſt
beatitudo vie ⁊ illa ſic diffinitur. Btītudo eſt gr̄a nō cuicūq3 ſed vere ſapiēti nota faciens
ad ſuauitatē conſcientie ꝓpinqua glorie: ⁊ ſumit̄ illa diffinitio ex dictis beati. Ambroſij in li. de offi. di
co beatā vitā conſiſtere in altitudine ſapiētie ſuauitate ꝯſciētie ꝟtutis ſublimitate ⁊ de illa beatitudīe
intelligit̄ hic. ꝑma beatitudo eſt plena. ſecūda eſt ſemiplena ⁊c̄. ⁊ enūerantur in generali ſepte3 beati
tudines ſm diſtinctionē graduū ꝙ̄uis ſint octo ſm eſſentiā quas ſaluator in ſermone de mōte enume
rat. Mat. v. Beati paupes ſpū ⁊c̄. ⁊ ſunt iſte: pauptas: ſpūs: mititas ſeu māſuetudo. luct⁹: eſuries: iu
ſticie: mīa: cordis mūditia pax: ⁊ patientia. haꝝ beatitudinū numerus ſumit̄ ſm integritatē ꝑfectōnis
ad quā integritatē tria requirūtur. ſ. receſſus a malo. ꝓceſſus in bonū. ⁊ ꝑfect⁹ ſtat⁹ in optimo. Malū
eñi ꝓcedit aut ex timore ſupbie. aut ex rancore malitie aut ex lāguore cōcupiſcētie. Cōtra hec tria ſunt
tres btītudines. ſ. pauptas: ſpūs contra malū tumoris: mititas contra malū rancoris luctus cōtra ma
lum libidinis. Itē ꝑfectus in bono attenditur ſm diuinam immitatione3 que eſt ſm dei vias duas. ſ.
miam ⁊ veritatē. de q̄bus ps. Vniuerſe vie dñi mīa ⁊ veritas ſm iſtas duas vias ſumunt̄ due btītudi
nes. ſ. eſuries iuſticie: ⁊ effectus mie ꝑterea ſtatus in optimo attendit̄ in duobus. ſ. in limpida cogniti
one ⁊ tranquilla affectione: ⁊ ſm hoc ſumuntur due vltime btītudines. ſ. mūdicia cordis ad deū viden
dum. ⁊ pax mentis ad ꝑfecte fruendū per has btītudines excludūtur ſeptē vitia capitalia. Paupertas
ſpūs excludit ſupbiā: māſuetudo irā: luctus inuidiā: q2 q̄ luget ꝓ pctīs alioꝝ nō inuidet eis. eſuries iu
ſticie accidiā: mīa auariciā: mundicia cordis gulā: q2 cordis mundicia nō ſeruit vētri admodū bruti aīa
lis. pax excludit luxuriā. qm̄ guſtato ſpū deſipit ⁊ deſinit oīs caro luxuriari: ſicut in enumeratione do-
norum eſt ordo artificialis: quia primo ponuntur digniores: ita ⁊ in beatitudinibus eſt ordo naturalis
vt digniores ponantur vltimo.

¶ Sequitur textus de prima beatitudine ſcilicet de paupertate.

Paupertas grata virtus eſt magnificata
Cui ſunt collata celorum regna beata
Pauperies leta ſtat multa laude repleta
Spernit terrena paradiſi querit amena
Cor leuat ad xp̄m quia mundum non habet iſtum

Paruo contenta paupertas non violenta
Quamuis induta male ſit ſtat libera tuta
De modico leta viuit ſine lite quieta
Vix aliquem ledit humilem mentem quoq3 reddit
Carnem compeſcit quia non bene paſta macreſcit
Numine ditatur diuino ſine beatur
Ac humilis talis pauper ſit ſpiritualis
Non vnq̄ inflatur quare ſuper aſtra leuatar.

In iſto ca. ac. noſter determinat de ꝑma beatitudine. ſ. de pauptate. Pro quo eſt notādu3
ꝙ triplex reperit̄ pauptas: quedā coactione ſeu neceſſitate: ⁊ illa reperit̄ in illis qui ſunt
paupes ſ3 vellent ditari ſi poſſent. Alia eſt pauptas diſſimulatione vt in ypocritis q̄ ꝓfin-
gunt ſe eſſe paupes vt aliq̄d eis porrigat̄. Alia eſt pauptas voluntaria q̄ eſt in affluētia
bonoꝝ tpalium erga deū humiliari recognitiue: ⁊ erga proximū largitiue: ⁊ illa eſt meritoria. de qua
Math. v. Beati paupes ſpū ⁊c̄. ⁊ ſumit̄ hic pauptas ſpūs ꝓ abſtinentia ab amore mūdi. i. ab amo
re carnaliū voluptatū ⁊ diuitiaꝝ ⁊ ꝓprie excellentie hec tria complectit̄ ꝑncipaliter: cōplectit̄ amo-
rē mundi. vñ dicit̄ ſup Lucam. Paupes ſunt qui nō q̄rūt illecebroſa. i. delectatōes carnales ⁊c̄. ſu-
per Mathe. ꝟo dicit̄ ꝙ paupes ſunt humiles deū timentes. Alia glo. dicit ꝙ paupes ſunt qui nihil
habent oīa poſſident. paupeꝝ eñi ſpū eſt regnū celoꝝ: vt ſupra Math. v. Facilitate ſupple acquiren
di. Paupes eñi ſunt mūdi ꝯtemptores ⁊ humiles. qui ꝟo contēnunt mundū hñt eū ſub pedib⁹ ⁊ ſunt
ſupra mundū. Humilitas ꝟo eſt quaſi clauis regni celoꝝ ꝯ quā nō valet aliqua clauſura. apoc. iij. Ec
ce dedi hoſtiū apertū corā te q̄d nemo pōt claudere. ergo facile eſt paupibus ſpū intrare regnū celo-
rum q̄ ſunt iam ſupra mundū ⁊ habēt clauē tam efficacē. De tali pauptate dicit̄ ꝓuer. i. Fruſtra iacit̄
rethe ante oculos pennatoꝝ glo. pēnati ſunt mundi ꝯtemptores. illa beatitudo. ſ. pauptas adaptat̄
dono timoris: ⁊ ꝙ̄tum ad humilitatē ⁊ ꝙ̄tum ad reꝝ tpaliū pauptatē voluntariā q2 timor humilitatē
introducit. i. Pe. v. Humiliamini ſub manu potēti dei vt vos exaltet in tpe viſitatiōis. Timentiū eñi
eſt ꝓijcere quecunq3 euaſioni ſue obſtant. Ber. Talia aūt ſunt diuitie mūdane. Pauptatem nobis
chriſtus inſinuauit in ſuis operibus Luce. ij. Pannis eum inuoluit mater ſua: ⁊ in preſepio eū reclina
uit ⁊c̄. vnde Treñ. iij. Recordare paupertatis mee abſinthij mei ⁊c̄. Etiam exempla oīum ſanctoru3
qui abrenunciauerunt omnibus terrenis.

¶ Sequitur textus de humilitate.

Sis humilis mente verbis factis retines te
Sis humilis geſtu ſemper meditando quis es tu
Nullum contemnas ſed te mundum quoq3 ſpernas
Sperneq3 te ſperni noli laudatus haberi
Hijs gradibus quinq3 referes humilis bona vite
Quanto dignior es humilis potius fore debes
Qui non eſt humilis confundetur quaſi vilis
Cerne quid es quid eris humilis ſic efficieris
Vile cadauer eris hoc ergo frequens mediteris
Subdi maiori decet equaliq3 minori
Sic humiles grati chriſto ſunt aſſociati.

In iſto ca. ac. noſter agit de dono humilitatis. Pro quo eſt notandū ꝙ duplex eſt humi-
litas: quedā ficta ⁊ quedā vera. De ficta humilitate legit̄. Eccl'. xix. Eſt qui nequiter ſe
humiliat ⁊ interiora eius plena ſunt dolo. Vera aūt humilitas eſt humilitas cordis de
qua Math. xi. Diſcite a me q̄m mitis ſu3 ⁊ humilis corde. Humilitatē cordis debet ſeq̄
humilitas exterior: ſicut ramus prodit ex radice ꝑma Pe. v. in glo. Scala eñi humilitatis habet duo
extrema. primū ⁊ ſupremū. primū eſt timor ſupplicij. ſupremū eſt amor premij. Hec ſcala humilitatis
habet duo latera. ſ. dextrū ⁊ ſiniſtrū. Dextrum eſt tēperantia in ꝓſperis. Siniſtrū patientia in aduer
ſis. Iſta ſcala humilitatis habet tres gradus qui ſunt humiles. ſ. amor dei ⁊ abiectio ſui ⁊ cōtentus

mundi. Itẽ aliȷ tres gradus aſſignantur ꝙ ſunt hũilitas ſufficiẽs hũilitas abundãs. ⁊ ſupabũdans. in glo. ſup illõ Mat. iiȷ. Sic decet nos iplere oẽm iuſticiã. i. hũilitatẽ dicit glo. Primus gradꝰ eſt ſubdere ſe maiori ⁊ ſe nõ pferre equali. Hec hũilitas dr̃ ſufficiẽs q̃ ſufficit ſic aliquẽ hũiliari: ⁊ ille gradus oĩ iuſto eſt neceſſarius. Scõs gradus ẽ ſubdere ſe equali nec pferre ſe minori. hͣ hũilitas dr̃ abũdãs. Tertius gradus eſt ſubdere ſe minori in quo gradu ẽ oĩs iuſticia. hũc gradũ xp̃s ipleuit. hͣ hũilitas dr̃ ſupabundans. Ex premiſſis apparet ſm Auguſtinum ꝙ humilitas proprie eſt ex intuitu ppe cõditionis ⁊ ſui conditoris voluntaria mentis inclinatio ꝙ intuitus proprie conditionis ſit cauſa talis inclinationis patet. Geñ. xviiȷ. De abrahã q̃ dicebat. Loquar ad dñm deuz meũ cuz ſim puluis ⁊ cinis. Hũilitatem eñi cõmendat nobis ſacra ſcriptura in pluribꝰ paſſibus. Eccleſia. iiȷ. q̃to maior es in omnibus te humilia ⁊ corã deo inuenies gratiã. Mat. xi. Diſcite a me q̃ñ mitis ſum ⁊ hũilis corde ad Phi. iȷ. Humiliauit ſemetip̃m factꝰ obediẽs vſq̃ ad mortẽ. Deus eñi hũiles glificat Job. xxiȷ. Qui hũiliatus fuerit erit in gloria. ⁊ q̃ inclinauerit oculos ſuos ſaluabit. ⁊ i p̃s. Populũ humilẽ ſaluũ facies. ⁊ Mat. xix. Sinite puulos ad me venire ⁊ nolite phibere. taliũ eñi eſt regnũ celoꝝ. puulos eñi vocat dñs hũiles mũdi ꝯtẽptores de ppriȷs viribꝰ diffidẽtes. vbi eñi eſt hũilitas ibi ſapia. Prouer. xi. Simplicitas iuſtorum diriget eos eodẽ cap. Supbia eñi nõ hꝫ vbi ſapiam recipiat. Didimus phs ad Alexandrũ. Deus pſto eſt largiri ſapientiã ſed nõ habes vbi recipias eã. De cauſis hũilitatis eſt notandũ ꝙ in oĩbus rebus cauſas hũilitatis inuenire poſſumus. pmo in nobis. ſcdõ infra nos. tertio in eis q̃ ſunt iuxta nos quarto in eis q̃ ſunt cõtra nos. quinto in eo qd̃ eſt ſupra nos. In nobis inueniũtur cauſe hũilitatis ex pte corpis ⁊ aĩe. ex pte corpis reſpice originẽ ſtatũ pſentẽ ⁊ finẽ. Berñ. Uide vñ veneris ⁊ erubeſce vbi es ⁊ ingemiſce. quo vadis ⁊ contremiſce. ⁊ Job. xviȷ. Putredini dici pater meus es. homo enim quo ad corpus in pncipio eſt ſemen imũdũ. in medio ſaccus ſtercoꝝ. in fine cibus vmiũ. vide pte alias corporis neceſſitates. Ex pte aĩe hõ dꝫ cõſiderare plures cauſas quare dꝫ ſe hũiliare. pmo q̃ ſi ſciat ſe eſſe peccatorẽ multũ dꝫ hũiliari q̃ ſic eſt in inferiori ſtatu ꝙ ſit canis cũ ſit debitor duplicis mortis: ſcꝫ tpalis ⁊ eterne ⁊ duplicis miſerie. ſ. culpe ⁊ pene. Canis vͦo eſt debitor mortis tpalis ⁊ miſerie pene. Si vͦo neſciat ſe eẽ in pctõ maxie mortali ſit tñ ſe q̃nq̃ debitorẽ fuiſſe mortꝭ eterne ⁊ neſcit vtrũ adhuc pctñ ſit ſibi dimiſſum. Eccle. ix. Sũt iuſti atq̃ ſapiẽtes ⁊ opa eoꝝ in manu dei ⁊ tñ neſcit hõ vtrũ amore vel odio dignus ſit ſꝫ in futurũ oĩa ſeruãtur incerta. tñ dꝫ hõ ſe humiliare. Ad hoc Greg. Adhuc nobis cũcta de meritis noſtris incerta ſunt vt vnã certã grãm teneamus hũilitatez. Itẽ poſito ꝙ ſciremꝰ nos eſſe in ſtatu grẽ debemus nos hũiliare pp̃ter negligentiam pficiẽdi quã in nobis videmus pp̃t difficultatẽ ſtandi: facilitatẽ cadendi: difficultatẽ reſurgẽdi ⁊c. Itẽ debemus nos hũiliare ex pte eoꝝ q̃ ſunt infra nos: vt ſunt elemẽta attẽdendo ꝙ corpꝰ noſtrum in terra reuerſum eſt. Geñ. iiȷ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terrã de qua ſumptus eſt. attẽdẽdo ꝙ terra q̃ nunc eſt ſub pedibꝰ noſtris in futurũ erit ſupra caput. Itẽ attẽdẽdo ꝙ ip̃a terra miromõ pducit ex ſe vñ paſcimur aliter fame piremꝰ ⁊ frigore ⁊c. In aere attẽdẽdo ꝙ ſine eo nõ poſſumus viuere: q̃ niſi ad refrigeriũ cordis aerẽ attraheremꝰ ſuffocaremur. In aqua cõſiderãdo ꝙ ſine ip̃a nõ poſſumus viuere ſine ea eñi terra eſſet ſterilis. In igne attendẽdo ꝙ ſi nõ eſſet fame ⁊ frigore piremus. Itẽ attẽdendo circa terre naſcẽtia vt ſunt fructus ⁊c. q̃bus indigemus. Itẽ attẽdẽdo circa aĩalia bruta q̃bus indigemus. et ꝯſiderando induſtrias eoꝝ quas melius te obſeruãt. Itẽ attẽdẽdo celi luminaria quoꝝ lumĩe indigemus. Itez hiȷs q̃ ſunt iuxta nos attẽdẽdo ꝙ plures de fratribꝰ nr̃is fiũt ceci. aliȷ leproſi: aliȷ mõſtroſi: ⁊ ſic de aliȷs difformitatibꝰ ꝙ nobis põt ſilr euenire ⁊c. In hiȷs q̃ ꝯ nos ſunt poſſumꝰ inuenire cauſas hũilitatis ꝯſiderando ꝙ hoſtes inuiſibiles nos ſtrangularẽt niſi diuina ptectio hoc impediret Treñ. iiȷ. Mĩe dñi: q̃ non ſumus cõſumpti cui debemus totã ṽtutem aſcribere. ⁊ Job. xli. Non eſt ſuper terram poteſtas q̃ ꝯparetur ei qui factus eſt vt nullũ timeret. In hoc qd̃ ſupra nos eſt attendendo dei oĩpotentiã patã ad vindictã ꝯ ſupbos cui nullus põt reſiſtere. i. Pe. v. Hũiliamini ſub manu potẽti dei.

¶ Sequitur textus de mititate ſeu manſuetudine.

Is animo mitis vt odorem des quaſi vitis
Eſto manſuetus et ſimplex atq̃ quietus
Hec faciunt hominem ſimilem dominoq̃ placentem
Non reddas prauis malefacta ſed eſto ſuauis
Hoc tibi det meritum: deus autem punit iniquum
Cum magis es dignus debes magis eſſe benignus
Nanq̃ ſit indignus domini pietate malignus.

In iſto ca. ac. noſter determiat de mititate ſeu mãſuetudine q̃ñ ſinonime ſe habẽt. vñ mãſuetudo ſeu mititas eſt modeſti animi trãſquillitas q̃ nulla incurrẽtium reꝝ tribulatiõe agitat ſm peregrinũ ſacerdotẽ habet eñi ex glo. ſup Meth. ꝙ manſuetꝰ eſt qui nullam amaritudinẽ animi hꝫ ſeu ſentit. Ex quo pꝫ ꝙ mãſuetudo eſt purgati animi: hõ eñi mitis ⁊ manſuetꝰ hꝫ cum ꝓximo pacẽ ⁊ ſocietatem ⁊ cũ hiȷs qui oderũt eum habet pacẽ ſic eſt pacificus: q̃ vir mitis frangit iram ⁊ impetũ indignationis opponẽdo molliciem reſponſionis. vñ dicitur prouer. xv. Reſponſio mollis frangit iram: homo mitis cũ deo habet familiaritatem cuiꝰ ſignũ poteſt eſſe: q̃ deus libẽter exaudit mittes eo ꝙ homo mitis deo ſit familiaris. Judich. ix. Humilium ⁊ mãſuetoruꝫ tibi ſemper placuit deprecatio domine. Secũdum ſignũ eſt ꝙ deus in anima hoĩs mitis libẽter pauſat ⁊ dormit: q̃ manſuetudo eſt ſicut culcitra mollis in lecto floride conſciẽtie: de quo dicitur can. i. Ecce pulcher es dilecte mi ⁊ decorus lectus noſter floridus. Tertiũ ſignum eſt ꝙ deus ad vidẽdum ⁊ loquendum ſe oſtẽdit vel exhibet homini miti: vt legitur de moyſe exodi. xxxiiȷ. Qui loquebatur cũ deo facie ad faciem ſicut ſolet loqui amicus ad amicũ ſuum. Cauſa vna inter alias erat q̃ homo mitiſſimꝰ erat vt ſcribitur Nume. xiȷ. Erat moyſes vir mitiſſimꝰ ſuper oẽs homines qui morabãtur in terra. De manſuetis loquitur p̃s. d. Manſueti hereditabũt terram ⁊ delectabũtur in multitudine pacis. Mãſuetudo eñi põt dici ſpẽs fortitudinis: mediãte patiẽtia: differũt tñ manſuetudo ⁊ patiẽtia aliquo mõ q̃ñ patiẽtia ẽ in ſuſtinẽtia moleſtiaꝝ corporaliũ: mãſuetudo vero in ſuſtinẽtia cõtumeliaꝝ ⁊ adaptat manſuetudo dono pietatis ſiue miſercordie vt ſcribitur in ſumma virtutum.

¶ Sequitur textus de luctu ſeu fletu.

SI vis ſolari debes primo lachrymari
Qui bene plorabit deus ipſum letificabit
Fle pro peccatis et pro miſeris tribulatis
Pro deſiderio paradiſi flere memento
Si non des lachrymas ipſas optando gemiſcas
Cum de corde venit dominum mox lachryma lenit
Mentem letificant lachryme peccamina purgant.
Et chriſtum placant paradiſi gaudia donant.

In iſto ca. ac. noſter determinat de luctu ſeu de fletu. pro quo eſt notandũ ꝙ luctꝰ eſt lugere pro peccato ⁊ odire ipſum ita ꝙ inſurgamus ad deſtructionez eiꝰ. Lugere vero de malo vt fugiamꝰ ip̃m inceptum aduertit ab amato eſt ſoliꝰ charitas. Lugere vero de aliquo malo ſpeciali eſt cuiuſlibet virtutis quoniã quelibet virtus luget de ſuo contrario. Luctꝰ pro beatitudine eſt gratia vehemẽter dolendi de malo quod accidit vel de bono qd̃ deficit: ⁊ illo modo luctus ſumptꝰ non eſt in his qui adhuc ſunt in peccatis ſuis. Grego. In moral. Niſi a reatu culpe quo nos ligauimꝰ miſericorditer dimitamur perfecte flere nõ poſſumꝰ. Nota ꝙ maluꝫ in deſcriptione luctꝰ poſitum debet intelligi non id malũ quod mũdus vocat malũ: ſcilicet temporale quod medicinale eſt: ſed qd̃ vere malum eſt: ſcꝫ malũ culpe ⁊ penã futurã que eius eſt ſequela: bonũ etiam ibidez poſitum nõ intelligas bonum periculoſum vt eſt pecunia: ſed verũ bonum: ſcilicet bonũ gratie vel glorie: dolor hmõi ſignum eſt ſalutis Greg. in moral. Argumẽtum ſalutis vis eſt doloris. Luctꝰ eñi diuiditur in luctũ bonum in luctũ malũ ⁊ in luctũ indifferẽtem: luctꝰ malus eſt vt luctꝰ cupiditatis de quo metrificator. Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris. Item luctꝰ deceptionis. vnde poeta. Ut flerent oculos erudiere ſuos. Item luctꝰ in ordinate cõpaſſionis vt de morte amaſie de quo Auguſt. Inquit cogebar plorare didonẽ mortuam que ſe occidit ob amorẽ cum interea meipſum in his a te morientem deus vita mea ſiccis ferrem oculis miſerrimus. Item luctus eterne damnationis. Mathei viceſimoquarto. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. ⁊ eodem. xiiȷ. Et alibi extrema gaudiȷ luctus occupat: tũc lachryme nihil pſunt cũ non ſit tempus merendi. Jere. octauo. Tranſit eſtas finita eſt meſſis ⁊c. Luctus bonus eſt triplex: ſcilicet compũctionis compaſſionis ⁊ deuotionis. de primo habetur in p̃s. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. glo. conſciẽtiam meam: ⁊ alibi in p̃s. Exitus aquaruꝫ deduxerũt oculi mei. De luctu compaſſionis habetur Job. xxx. Flebam quidem ſup eo qui afflictus erat: ⁊ cõpatiebatur aĩa mea pauperi. ⁊ Eccleſia. xxiȷ. Super mortuũ plora defecit enĩꝫ lux eius: ⁊ ſup fatuũ plora deficit enim ſenſu. ⁊ Treñ. iȷ. Defecerunt oculi mei pre lachrymis ſuper contritionez filie populi mei. Luctus deuotionis cum anima viri perfecti dei dulcedinem experta defleat abſentiã ſpon

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſi quo ad ſenſum dulcedīs.talis eñ luctus deuotõis eſt ex deſiderio diuine viſionis in ꝑs. Sitiuit aīa
mea ad deū fontē viuū ⁊c̄.Fuerūt mihi lachꝛyme mee panes die ac nocte.⁊ alibi in ꝑs.Sup flumina
babylonis.ſ.calcando trāſitoꝛiā delectationē illic ſedimꝰ ꝑ quietā meditationē:⁊ fleuimꝰ ꝑpt̄ celeſtis
patrie delectatões.Dū recoꝛdaremur tui ſyon ꝗ interꝑtat̄ viſio pacis ſeu ſpeculās ſeu ſpeculatio ſicut
ꝑegrinus lachꝛymari cogit̄ cū ſue patrie recoꝛdat̄.Luctꝰ indifferēs ē vt luctꝰ afflictõis tꝑalis vl̄ etiā
gaudiȷ́.Tho.xi.Fleuerūt ambo cū gaudio:⁊ Geñ.xliiȷ́.Erūpebāt lachꝛyme ⁊ introiēs cubiculū fleuit
Luctus ꝓ pctīs vel ꝓ deſiderio celeſti ꝯſolationē meret̄.Alius ṽo luctus nõ.Berñ.Luctꝰ eoꝝ ꝗ ꝑſe
uerantiā nõ hñt nõ meret̄ ꝯſolationē.Alios inqt lugētes video ſʒ ſi de coꝛde ꝓcederēt lachꝛyme non
tam facile illico ſoluerētur in riſum.Ber.In oībus opibꝰ tuis mēoꝛare nouiſſima tua .idē Eccle.viȷ́.
Moꝛtis erroꝛē iudiciȷ́ diſcrimē valde tremendū ardētis gehenne metū ab oculis coꝛdis tui elongari
nullatenꝰ patiaris.Cogita ꝑegrinatõis tue miſeriā.Recogita ānos tuos in amaritudine aīe tue.Co
gita hūane vite ꝑicula.Cogita fragilitatē ꝓpꝛā.Cogita celeſtis regni glīaʒ.Et in hmõi cogitatiõe ſi ꝑ
ſeueraueris dico tibi parū ſenties quicqd foꝛis videt̄ eſſe moleſtū dum toto coꝛde circa hec occuperis
nec patiet̄ dñs ſine cõſolatione te eſſe qꝛ ipſe eſt pater mīarum ⁊ deus totius cõſolatiõis ⁊ compl̄ebit
oīno illud qḋ pollicetur.Math.v.Beati ꝗ lugent qm̄ cõſolabunt̄.⁊ Lu.vi.Beati ꝗ nunc fletis qm̄
ridebitis de dei viſione ſupple ⁊ multis aliȷ́s modis.De cõmendatione luctus eſt notādū ꝙ luctꝰ aīaʒ
mundat in ſcḋo ⁊ tertio libꝛis Regū.Aqua lachꝛymarū eſt lauatoꝛiū in clauſtro ſpūali.⁊ Jere.iiiȷ́.La
ua a malicia coꝛ tuū ihrl̄m vt ſalua fias.Dyabolū ſubmergit in ꝑs.Cõtribulaſti capita dꝛachonū in a
quis ⁊ de hoc exemplū.Exo.xiiiȷ́.Ubi pharao cū exercitu ſubmergit̄ in mari rubꝛo glo.cū exercitu vi
tioꝛum.Fletus mentē hūiliat.Prouer.xiȷ́.Meroꝛ in coꝛde iuſti hūiliabit eū.A deo bõ ꝑ fletū qḋ vult
impetrat.i.Reg.i.c.Cū eſſet anna amaro aīo oꝛauit dñm flens largiter ⁊ exaudita eſt.⁊ yſaie.xxxvi.
Uidi lachꝛymas tuas ecce adiȷ́ciā ſup dies tuos.xv.annos ⁊ Tho.iiȷ́.Oꝛauit thobias cum lachꝛymis
⁊ Sarra filr̄ ⁊ exaudite ſunt ꝓ̄ces amboꝝ.Lachꝛyme vitā perditā reparant.Greg.Tempus redimimꝰ
qm̄ ante actā vitam quā laſciuiendo ꝑdidimus:flendo reparamus.Itē fletus regnum celoꝛū obtinet.
Greg.in quadā omelia.Regnū celoꝛū rapi vult noſtris fletibus quod noſtris meritis nõ debetur ⁊c̄.
Impedimenta lachꝛymarū ſunt iſta ꝗ ſequūtur.Unū ſupbia ꝗ eſt vt terra arens.Joſue.xv.Terrā au
ſtralē ⁊ arentē dediſti mihi.⁊ iudicium.i.idē.⁊ ꝑs.Aīa mea ſicut terra ſine aqua tibi.Hūilitas eſt qua
ſi aqueductus ꝑ quē lachꝛyme veniunt quē dyabolus vult incendere.Judich.viȷ́.Per quē oloſernem
de quo ibidē fit mentio intelligit̄ dyabolus.Aliud īpedimentū eſt amoꝛ terrenoꝝ.vñ Gene.iiiȷ́.Caym
interficit fratrē ſuū Abel.Caym eñ interpꝛetat̄ poſſeſſio.Abel ṽo luctus.Tertiū īpedimentuʒ eſt du
ricies ſiue impietas.Geñ.xxix.Os eius ſcʒ putei grandi lapide claudebat̄.Coꝛda taliū ſunt vt petra
duriſſima Job.xiȷ́.Si cõtinueris aquas oīa ſiccabūtur.iō neceſſe eſſet vt virga dei ꝑcuterētur tales
vt aqua lachꝛymarū inde exiret.Deute.viiȷ́.Qui eduxit riuos viuos de petra duriſſima.Quartū impe
dimentū eſt ignoꝛantia qḋ tangit dñs.Lu.xix.Dicens ihrl̄m flendo ſup illam ſi cognouiſſes ⁊ tu ſup.
fleres.Et adaptatur iſta beatitudo dono ſcientie qm̄ ſpū ſcientie illuſtrantur vt ſciant quibus malis
inuoluant̄ ⁊c̄.in ſumma ṽtutū ⁊c̄. ¶ Sequitur textus de mūditia coꝛdis virginitate ⁊ caſtitate.

Sis mundus coꝛde verbis factis ſine ſoꝛde
Ut dominum vere poſſis ſuper aſtra videre
Mundicie vitam virgo tenet ⁊ benedictam
Dicitur angelicus in vita virgo pudicus
Uirginitas floꝛes virtutum fert et odoꝛes
Humanos moꝛes tranſcendit et auget honoꝛes
Propter maioꝛes mundanos ſpernit honoꝛes
Si virgo non ſis caſtus tamen eſſe teneris
Cuiuſcunqꝫ ſtatus quiſquis debet foꝛe caſtus
Si non ſit caſtus nemo poterit foꝛe ſanctus
Non ſunt fedati ſed mundi coꝛde beati.

In iſto ca.act.noſter determinat de mūdicia coꝛdis dicens ꝙ munditia coꝛdis eſt qua cla
rificatur coꝛ ⁊ mūdatur ad vidēdū deū ⁊ ardentiſſime diligendū:⁊ accipit̄ mūdicia coꝛdis
hic non ꝓ ṽtute ſed ꝓ ſtatu quodā qui eſt purgati animi tamē in illo capi.act .noſter tria
facit ꝓ̄ncipaliter.ꝓ̄mo determinat de mūdicia coꝛdis.ſecūdo de mūditia virginitatis.ter
tio de mundicia caſtitatis.ꝓ̄ma in ꝓ̄ncipio.ſecūda ibi.Mūdicie vitā.tertia ibi.Si ṽgo non ſis.Quā
tum ad ꝓ̄mū eſt notandū ꝙ mundicia eſt vtriuſqꝫ hoīs integritas diuini amoꝛis intuitu obſeruata vl̄
alio modo.Mūdicia eſt puritas animi oēm abhoꝛrens imunditiā.Et diuidit̄ mūdicia qm̄ quedā eſt
munditia ficta.quedā mūditia ṽa.Ficta mūditia eſt munditia ſupficialis vt illa phariſeoꝛum.de qua
Mat.xxiiȷ́.Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei ⁊ hypocrite ꝗ mūdatꝭ ꝙ deforis ē calicis ⁊ paſidis.itꝰ aūt pleni
eſtis rapina ⁊ imūditia.⁊ ſubdit̄ phariſee cece mūda ꝓ̄us qḋ intus ē calicis ⁊ papſidis vt fiat ⁊ id qḋ
deforis eſt mundū.Mūditia ṽa eſt de puro coꝛde.Et diuidit̄ in munditiā intellectꝰ ⁊ affectus.Unde
Ber.Duo inquit ſunt ꝗ in nobis purgāga ſunt.ſ.intellectus ⁊ affectꝰ.Intellectus vt nouerit.affectꝰ:
vt velit.Intellectus purgādus eſt a tribus.ſ.a falſis ⁊ ocioſis ⁊ a vitioſis.Falſitas intellectū obtene
bꝛat.ocioſitas intellectū īpedit.vitioſitas inqnat.Affectꝰ purgādus eſt ſup aſꝑſione ab infectõe ⁊ ad
mixtione ſoꝛdiū.Supaſꝑſio eſt in ꝓ̄mis motibꝰ infectio in deſiderio moꝛoſo.admixtio in amoꝛe.amoꝛ
eñ eſt vnio amātis ad amatū.iō purgandus eſt affectus ab amoꝛe terrenoꝝ.a rubigine ire odiȷ́ vel al
terius malitie.Coꝛ eñ mūdaudū eſt vt ſpeculū vt ſic deo inſpectoꝛi faciē ſuā puram reddat.Abluen
dū eñ eſt h̄ ſpeculū qḋ ē coꝛ.ꝓ̄mo aqua ſapiē ſalutaris videlʒ ꝙ hõ libēter audiat ṽbū dei.libēter ſtude
at in ſacra ſcriptura.Jo.xiiiȷ́.Uos mūdi eſtis ꝓpt̄ ꝓ̄monē quē locutꝰ ſum vobis.illud figurat̄ ꝑ lauato
riū tabernaculi.de quo legit̄ in Exodo in quo tabernaculo erāt duo ſpecula exteriꝰ in ꝗbus egredien
tes tabernaculā imūditiā ſuā videre poterāt ⁊ itus aqua vñ illā maculā lauabāt.Scriptura ſacra oñ
dit maculā coꝛdis ⁊ ꝓ̄m h̄ dꝛ ſpeculū.Scḋo ſcriptura ſacra dat aquā gr̄e.Prouer.xiiȷ́.Doctrina bõa da
bit gratiā.Sapiē ſtudiū ad mūditiā valet qꝛ tollit ociū qḋ eſt occaſio imūditie.Ber.Oīm tētationuʒ
⁊ cogitationū malaꝝ ⁊ inutiliū ſentina ē ociū.Scḋo valet ad mūditiā coꝛdis cõtritio.ex qua eſt aqua
lachꝛymarum.vñ ꝑs.Lauabo ꝑ ſingulas noctes ⁊c̄.Tamen hic eſt notandum ꝙ ad hoc quod lachꝛy
me faciant coꝛ mundum debent eſſe calide per deuotioneʒ.amare per contritionē.cineree per moꝛtis
recoꝛdationem ſicut apparet de aqua cui adminiſtrantur cineres vt fiat lixiuium quod eſt efficaciter
mundatiuum ſoꝛdium .Aliud valeus ad munditiā coꝛdis eſt elemoſynarū largitio.Luce.vndecimo
Date elemoſynā.⁊ ecce oīa mūda ſunt vobis Itē valet ad hoc ſcopa confeſſionis.i.Macha.iiiȷ́.Ubi
legitur ꝙ iudas qui interpꝛetatur cõfitens mūdauit templū.i.conſciam a gētibus.i.a vitiȷ́s inquinatā
id eſt maculatam.⁊.iiiȷ́.Regum quinto.Uade ⁊ lauare ſepties in ioꝛdane et recipiet ſanitatem caro
tua atqꝫ mūdaberis glo.ſepties in ioꝛdane lauatur qui humiliter ſeptem pctā moꝛtalia cõfitetur.Ali
ud valēs ad talem mūditiam eſt vite auſteritas in victu in veſtitu ⁊c̄.Sicut abſterſio cum pāno aſpe
ro ſolet valere ad munditiā ciphi ſic vite auſteritas valet ad munditiā ſpūalem.De hac aſperitate exē
plum habemꝰ in Joh.batiſta.Jo.iiȷ́.Ipſe autem Johā.habebat veſtimētum de pilis cameloꝛū ⁊ ʒo
nam pelliceam circa lūbos ſuos:eſca aūt eius erant locuſte ⁊ mel muſcaꝝ ſilueſtrium ⁊c̄.Aliud valēs
ad mūditiam coꝛdis eſt oꝛatio.iȷ́.Macha.xiiiȷ́.Tu dñe vniuerſoꝛū qui nullius indiges voluiſti tēpluʒ
habitationis tue fieri in nobis:⁊ nūc ſancte ſctõꝛum omniū dñe conſerua in eternū domū iſtam impol
lutam que nuper mūdata eſt.Item ad hoc valet ignis tribulationis.vnde gaudere debet homo cuʒ
videt ſe in igne tribulationis poſitum.Ja.i.Omne gaudiū eſtimate fratres mei cū in tentationibus
variȷ́s incideritis ſcientes ꝙ pꝛobatio fidei veſtre patientiā operatur:patiētia autē opus factū habet.
Ille eñ qui in igne tribulationis ꝑ impatientiā exuritur paleā ſe eſſe oſtēdit non auꝝ vel argentū ⁊c̄.
contra quos illud Mat.iiȷ́.Paleas cõburet igni inextinguibili.Mūdos coꝛde deꝰ recipiet in ſua ſo
cietate ⁊ in pꝛeſenti ⁊ in futuro.vnde ꝑs.Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo ⁊c̄.⁊ ſubditur:qui in
greditur ſine macula.⁊ Prouer.xxiȷ́.Qui diligit coꝛdis mūditiam ꝓpter gr̄am labioꝝ ſuoꝝ habebit
amicū regē.ideo ſcribit̄ Mat.v.Beati mūdo coꝛde.Sequit̄ de virginitate.Pro quo eſt notāduʒ ꝙ
nomē virginitatis ſumitur qñqꝫ pꝛo incoꝛruptiõe fidei.ſcḋa ad Coꝝ.xi.Deſpondi enim vos vni viro
virginē caſtaʒ exhibere xp̄o glo.Aug.Uirginitas coꝛdis fides eſt incoꝛrupta qñqꝫ virginitas eſt car
nis integritas.vnde Auguſti.Uirginitas carnis coꝛpus eſt intactū:qñqꝫ ſumitur virginitas pꝛo pu
dicitia mētis cum integritate carnis quantū ad pꝛopoſitū ſeruādi eam:ſic virginitas māſiſſet in lucia
ſi inuita fuiſſet coꝛrupta:qñqꝫ ſumitur virginitas pꝛo pudicitia mētis cū integritate carnis nõ ſolū in
ꝓpoſito ſeruādi eam:ſed in re:⁊ ſic virginitas ſumpta excellēter accipitur:⁊ diffinitur ſic cõiter.Uir
ginitas eſt in carne coꝛruptibili perpetua incoꝛruptibilis intētio.i.pꝛoponit ſeruādi perpetuā incoꝛ
¶ Queritur vtrũ in deo miſericordia ⁊ iuſticia ſint idem. Solutio dicendum eſt ꝙ iuſticia ⁊ miſericordia in deo eſt vnꝰ ⁊ idem actus formaliter ⁊ realiter reſpiciens primo dei bonitatẽ: ſed induunt duas rões formales in ordine ad extra quia per eundem actum inquantum eſt iuſtus deus vult recte dare vnicuiq; quod ſuum eſt ⁊ inquantum eſt miſericors deus vult miſerum liberari a ſua miſeria nec eſt inconueniens eodem actu voluntatis formaliter deum ferri ſupra dicta obiecta ſecundaria ⁊ penes vnũ ferri dei iuſticiam, ⁊ penes alium ferri miſericordiam: patet in ſimili quia eodem actu volendi deus vult bonis premium ⁊ malis ſupplicium ſm̃ Landudulphum in libro ſentẽtiaꝝ ſub quagdraeſimaſexta diſtinctione quarti. ¶ Queritur vtrum in punitione malorum ex parte dei concurrat miſericordia. Et videtur ꝙ̃ non. Jacobi ſecundo. Judicium ſine miſericordia fiat illi qui non fecit miſericordiam Oppoſitum eſt pſalmiſta, vbi dicitur. Uniuerſe vie domini miſericordia ⁊ veritas, vbi dicit Caſſiodorus ꝙ in omnibus operibus dei relucet pietas miſerationis ⁊ veritas iuſticie. Solutio dicendum eſt ꝙ in punitione concurrit duplex iuſticia. ſcilicet diſtributiua ⁊ commutatiua. diſtributiua quia decet deum ſic diſtribuere alias non eſſet iuſtus. ¶ Commutatiua quia proportionabiliter datur tormentum pro culpa. Deterius eſt enim malos eſſe impunitos ꝙ̃ eſſe punitos. quia ſuper bonum nature addit bonum iuſticie in punitione. Tunc quando queritur vtrum in punitione malorum concurrat miſericordia. tenetur communiter ꝙ ſic. Ponitur tamen talis ratio. Quantum agens agit tantum patiens patitur: quia ſunt proportionata per Ariſto. v. methaphiſice. Deus eſt agens infinitum ergo agit quantum eſt de ſe actionem infinitam, et per conſequens videtur ꝙ paſſio corporis deberet eſſe infinita. ſed in damnatis non eſt paſſio infinita. ergo iſta ratio quadrupliciter deficit. Primo q: nulla actio dei ad extra eſt infinita. quia vltra ſuam volitionem non eſt. niſi vel reſpectu rationis. vel ſi ſit aliquid reale erit creatum non infinitum. Secundo quia poſitio ꝙ eſſet actio infinita et paſſio finita non eſſet ex miſericordia: ſed ſolum quia paſſum non poteſt plus recipere cum ſit finitum. Tertio q: finita paſſio poteſt reſpondere finite culpe. ſecundum ſtrictam iuſticiam ſine miſericordia. ergo non procedit ex miſericordia ꝙ infligatur paſſio finita. Quarto quia cum omnes paſſiones ſint finite omnes pene ſunt equales. ſi ex eo ꝙ finite procedunt ex miſericordia ab infinito agente Infinitum enim vt infinitum infligit paſſionem tantum quantum poteſt recipere. ideo dicendum eſt ꝙ in punitione malorum ſemper concurrit miſericordia: quia ſemper deus remittit aliquid de pena et punit citra condignum. et tunc impletur illud Jacobi ſecundo. Miſericordia ſuperexaltat iudicium ſm̃ Laudulphum ſuper quadrageſimaſexta diſtinctione quarti ſententiarum. Aliter eſt bonus in punitione malorum q: reperitur mĩa relaxans q: deus punit citra cõdignũ. nõ autem liberans. quia ſine mĩa liberante fiet iudicium. Malach. ij. Judicium ſine mĩa fiet his qui miſericordiam non fecerunt ⁊ idem Jaco. ij. Quantum ad ſecundam partem de ſpeciebus penaꝝ damnatoꝝ in inferno ibi. Vermes cu; tenebris ⁊cetera. Eſt notandum ꝙ plures ſunt tenebre infernales. ⁊ cauſa eſt quia ſm̃ diuerſitatem peccatorum debet eſſe diuerſitas penarum. Unde cum in peccato ſit auerſio a creatore et conuerſio ad bonum commutabile ⁊ deordinatio voluptatis contra dictamen rationis merito pena variabitur propter iſta. Hinc eſt ꝙ propter auerſionem erit carentia viſionis diuine propter conuerſionem erit pena materialis incendij propter inordinationem rationis ⁊ voluntatis erit pena vermis que conſiſtit in afflictione varia: acerba ⁊ interna. Ignis infernalis non omnes equaliter cruciabit: quia alij plus: alij minus torquebuntur ſm̃ ꝙ; plus vel minus peccauerunt ſicut ab eodem igne aliter vritur palea ⁊ aliter lignum. Et ſi queratur vtrum ille ignis ſit corporeus: ⁊ ſi corporeus quomodo poteſt agere in animam. Solutio dicendum eſt ꝙ ille ignis agit in creaturam ſpiritualem vt in ſacramentum dei et iuſticie: ꝙ̃uis adhuc ſit corporeus. vnde magi. ſententia. xliij. diſtinctio. iiij. recitans Jullianum tollectane eccleſie epiſcopum gregorij dicta ſequente; ſic ait. Si viuentis hominis incorporeus ſpiritus tenetur in corpore cur non poteſt mortem etiam corporeo igne teneri, teneri autem per ignem ſpiritum dicimus vt in tormento ignis ſic videndo atq; ſentiendo ꝙ anima tormentum ignis patiatur non ſolum videndo: ſed etiam experiendo colligitur ex dicto euangelico Luce decimo ſexto capitulo. De malo diuite: ꝙ ignis infernalis corporeus ſit probatur per Gregorium dicentem ignem infernalem corporalem eſſe non ambigo. Et idem dicit Baſilius ſub tali verborũ forma. Ignis materialis cedet ad punitionem damnatorum quantum ad illud quod ardoris habet. ¶ Queritur vtrum ignis infernalis ſit corporum conſumptiuus. Solutio ſm̃ Bonauenturam ſupra quartum librum ſententiarum iuxta finem. Sicut videmus ſalamandram in igne viuere ⁊ non deficere ſic affliguntur mali nec conſumuntur ⁊ ſicut aurum ab igne inflammatur nec conſumitur: et ſicut montes cecilie eſtuant ignem ⁊ tamen integri perſeuerant: ſic ignis infernalis affliget corpora: ſed non conſumet. vnde Bernñ. Et ſit flamma furens illos ſine ſine perurens. et Yſaie triceſimotertio: Quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus ſempiternis. Alia pena eſt vermis non materialis ſeu corporalis: ſed ſpiritualis qui dicitur remorſus conſcientie inquantum mali ſimul omnia peccata memorabuntur vt continue torqueantur. Vermis enim dicitur comparatiue loquendo inq̃tum oritur ex putredine peccati ⁊ animam affligit ſicut corporalis vermis affligit corpus ꝙ vermis ille non ſit corporalis patet: quia poſt diem iudicij mundo innouato non remanebit aliquod animal preter hominem. Premiſſa probantur fore vera per beatum Thomam. et alios doctores ſupra quartu; ſententia. in fine vbi habetur vermis eorum non morietur ⁊ ignis non extinguetur: ⁊ erunt vſq; ad ſacie

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tatem viſionis omni carni.id eſt electis:⁊ idem habetur Yſaie vltimo capitulo ⁊ in compen.theologie
libro ſeptimo. Alia pena infernalis erit tenebre. Infernus enim eſt locus tenebroſus cū ſit locus tri
ſtitie. Lumen enim eſt delectabile:tū lumen ingerit triſtitiā per accidens:ſcilicet inꝗtum oſtendit ali
quid triſte.vnde in inferno erit aliquid obſcuri luminis quo damnati videre poſſunt ⁊ poterunt vide-
re.vnde doleant non vnde letentur ſm beatum Auguſtinū ⁊ compendium theologie libro ſeptimo.
Mali enim in inferno patientur ⁊ patiuntur tenebras exteriores ⁊ interiores:quia tormentorum ex
teriorum ⁊ interiorum doloribus adeo afficiuntur vt penitus ſint extra lucem corporalem ⁊ ſpiritua
lem ſm magi.ſententia. quadrageſimanona diſtinctione.iiij.⁊ Mathei viceſimoſecundo. Ligatis
manibus ⁊ pedibus proijcite eum in tenebras exteriores ⁊ ps. Ibunt in progenies patrum ſuorum
⁊ vſqꝫ ineternum non videbunt lumen. vnde Bern̄. Quid tunc theſauri quid aceruus proderit auri
cum peccatores mittentur in inferiores inferni latebras. Circa hoc ſm Bonauenturam. Lucis cor-
poralis triplex eſt actus:ſcilicet manifeſtare:dirigere:⁊ delectare:⁊ iſta poſſunt reperiri in luce ſpiritu
ali. Si loquamur quantum ad primum actum qui eſt manifeſtare verum eſt ꝙ damnatis manifeſta-
buntur illa ſolum que ſunt ad cumulum pene ſm ꝙ dicit Yſidorus. Si loquamur ꝗtum ad ſecūduꝫ
actum qui eſt dirigere:ſic damnati omnino ſunt extra lucem nec poſſunt dirigi:quia ſicut dicitur eccle
ſia.nono. Quodcunqꝫ poteſt facere manus tua inſtanter operare:quia nec opus nec ratio nec ſcien-
tia nec ſapientia erunt apud inferos quo tu properas. Si vero loquamur quantum ad tertium actuꝫ
qui eſt delectare:damnati ſunt omnino extra lucem: quia ibi abſorbentur a penis taliter ꝙ non licet
eis aliquid delectabile cogitare.¶ Queritur hic vtrum beati ⁊ damnati ſe mutuo cognoſcant. Solu-
tio dicendum eſt ꝙ beati ante iudicium ⁊ poſt vident penas damnatorum: vt dicit Bonauen.in ſpe-
culo ⁊ in deo.vnde pſal. Letabitur iuſtus cum viderit vindictam. damnati vero ante iudicium non
agnoſcunt beatos intuitu preſentie: ſed per conſiderationem intelligentie. Vñ ſ de Gregorius. Infi-
deles in ymo poſiti fideles ſupra ſe attendunt. Exemplum habemus Luce decimo ſexto. De malo di-
uite. Poſt iudicium vero reproborum pena intenditur vt etiam non liceat eis gloriam beatorum at-
tendere in mente:tamen habebunt ſemper eius amiſſionem ⁊ carentiam vt inde triſtentur. Beatus
Thomas ſuper vltima diſtinctio.iiij.ſententia. Dicit ſub tali verborum forma. Damnati ante diem iu
dicij videbunt bonos in gloria:non hoc modo ꝙ gloriam eorum qualis ſit cognoſcant:ſed ſolummo-
do cognoſcunt eos eſſe in gloria:et ex hoc turbabuntur.tum propter inuidiam aliene felicitatis.tum
propter carentia talis beatitudinis quam amiſerunt. Unde dicitur Sapientie quinto de impijs. Ui-
dentes turbabuntur timore horribili.ſed poſt diem iudicij omnium, beatorum viſione priuabuntur:
nec tamen eorum pena propter hoc minuetur ſed augebitur quia in memoria habebunt gloriam bea
torum quam viderunt.¶ Queritur vtrum gloria ſanctorum minuatur viſa pena reproboruꝫ. Solutio
ſm mag.ſententiarū in vltima diſtin.quarti.ibi allegantē Greg. Apud animū iuſtorū non fuſcat bea
titudinem aſpecta pena reproboꝝ qꝛ vbi iam comparatio non erit miſerie minuere leticiam beatoruꝫ
non valebit ⁊ licet iuſtis ſua gaudia ſufficiant ad maiorem tamen gloriam vident penas malorū quas
per gratiam euaſerunt.¶ Queritur vtrum damnati ſciant quid agatur inter viuos ſeu viatores. Solu
tio Beatus Auguſt.qſtionē iſtam ꝓprie non ſoluit.tñ veriſimile eſt ꝙ ſi aliqua ſciant hoc eſt relatōe
eorum qui deſcendunt ad inferos ⁊c. Alia pena eſt verberum. Unde Bern̄.in quodam ſermone mal
lei percutientes ⁊c.⁊ in li.de contemptu mundi. Difformes nigri nec ſunt ad verbera pigri.tamen ſuꝑ
hoc videat peritus lector. Alia pena eſt frigus.vnde Greg. In inferno erit aqua congelans frigus in
ſupportabile ⁊c.⁊ Job.xxiiij. Tranſiet ad calorem nimiū ab aquis niuium ⁊ vſqꝫ ad inferos peccatuꝫ
illius. Alia eſt pena demonum aſpectus. Iuxta illud.xlvij.diſtinctio.iiij.ſententiarum. Illos habebūt
tortores in pena quos habuerunt incentores in culpa.vnde Bernardus. Sunt ibi tortores ſerpenti
bus horridiores ⁊c. Difformes nigri ⁊c.vnde Job. Ubi nullus ordo ſed ſempiternꝰ horror inhabitās
Poſt diē vero iudicij ceſſabit omnis prelatio.per magiſtrū ſententi.xlvij. diſtin.iiij. Ubi recitantem
paulum.i.ad Corinth.xv. Xp̄us euacuabit omnem principatum poteſtatem ⁊ virtutem. ¶ Queritur
quorum miniſterio iſta pena infligatur.⁊ videtur ꝑ iam dicta ꝙ miniſterio demonum cū dicitur illos
habebunt tortores ⁊c. De illa queſtione ſunt opiniones. Quidam enim dixerunt ꝙ miniſterio demo-
num iuxta predicta. Gregorius in ſuo dyalogo dicit ꝙ anime ordinatione diuina per ſe deſcendunt
ad infernum vel ad purgatorium. Alij autem tenent ꝙ demones deportant aias damnatorum ad in
fernum ⁊ eas torquent.non autem deportant animas ad purgatorium qđ ꝓbant pluribus rōnibus
Prima ratione ſic. Demones adhorrent purgationem ⁊ liberationem animarū,ergo eam non admi

niſtrant. Item Auguſtinus. Si dyabolus cognouiſſet patientiam Job ⁊ ꝙ eius tentatione debu-
iſſet Job proficere nequaquam ipm̄ tentaſſet ergo cum anime meliorentur ex purgatione dyabolus
eas nō purgat. Non eniꝫ videtur probabile ꝙ illud fiat miniſterio demonum cū ibi purgetur pecca-
ti ſcoria quā dyabolus nō vult purgari. Non etiā videtur ꝓbabile ꝙ hoc fiat miniſterio angelorum
ꝗuis Jacob leſus fuerit ab angelo cuꝫ emarcuit neruus femoris e us:qꝛ illud magis fuit ad repreſ
ſionem concupiſcentie ꝗ ad grauem afflictionem. Uix enim aut nunꝗ legitur bonos angelos bo-
nos homines vexaſſe:⁊ ideo videtur ꝙ nec boni nec mali angeli puniant animas in purgatorio:ſed
ꝙ boni angeli deducant animas bonas ad purgatorium ⁊ purgatione facta eas ducunt ad paradi-
ſum:⁊ ꝙ in purgatorio purgantur diuina ordinatione. Tunc ad illam auctoritatem quando arguiť
illos habebunt tortores in pena ⁊c. Dicendum eſt ꝙ intelligitur de damnatis eternaliter:⁊ non de il
lis qui ſunt in purgatorio. Ex permiſſione enim diuina demones in hac vita quandoqꝫ bonos affli-
gunt:vt patet de Job beato Anthonio:⁊ pluribus alijs:⁊ ideo eſt quia in preſenti durat pugna in-
ter homines ⁊ demones. Unde aer iſte caliginoſus eſt aſſignatus demonibus magis propter offici
um tentandi ꝗ propter ſupplicium:⁊ hoc ad noſtrum maius meritum ſi vincamus ⁊c. Alia pena eſt
peccatoꝝ confuſio. Nau.iij. Reuelabo pudenda tua ⁊ in facie tua oſ̄dam gentibus nuditatem tuaꝫ
⁊ regnis ignominiam tuam. Ad hoc concordat Bonauē.d. Mala maloꝝ patebunt malis:nec erit
ſolaciū habere ſocios penarum ſed magis confuſio. Item patebūt bonis mala maloꝝ.vnde Grego.
Unius mens ab alterius oculis nō abſcondeť.⁊ Aug. In futuro vno aſpectu videbimus omniū co
gitationes. Alia pena erit fletus Math.xiij.ibi.ſ.in inferno erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Et Ber.
Tunc flens ⁊ triſtis qui penis traditur iſtis. Mallet preterite ꝙ in omni tempore vite. Pauꝑ vixiſ
ſet ꝗ diuitias habuiſſet.¶ Circa hoc queritur vtrū iſte fletus ſit corpalis vł ſpiritualis. Solutio ſm
beatum Tho.ſupra quartum ſen.circa finem. In fletu corporali duo inueniuňť quorum vnum eſt la
chrymarum reſolutio:⁊ ꝗtum ad hoc fletus corporalis in damnatis eſſe non poteſt:qꝛ poſt diem iu
dicij quieſcente motu primi mobilis nō erit aliqua generatio nec corruptio. In lachrymarum autem
reſolutione oportet eſſe illius humoris generationē qui ꝑ lachrymas diſtillat quare aliud quod in-
uenitur in fletu corporali eſt quedā commotio ⁊ ꝑturbatio capitis ⁊ oculorum.⁊ ꝗtum ad hoc fle-
tus corporalis in damnatis eſſe poterit poſt reſurrectionem:qꝛ corpora damnatorum non ſolum ab
exteriori affligentur:ſed etiam ab interiori ſm ꝙ corpus immutatur ad paſſionem anime.⁊ idem di
cit Bonauentura ⁊ compendium theologie. Alia pena infernalis eſt fetor. Unde baſilius ſupra fi-
nem quarti ſententiarum ait ſic. In vltima mundi purgatione fiet quedam ſeparatio in elementis:
vt quicquid eſt purum ⁊ nobile remaneat ſuperius ad gloriam beatorum. Quicquid vero ignobile
⁊ fetulentum inferius proijcitur ad penam damnatorum:ergo in inferno erit fetor intolerabilis.ad
hoc ps. Pluet ſuper peccatores laqueos ignis ſulphur ⁊ ſpiritus procellarum pars calicis eorum.
Alia pena erit damnum irreparabile:quia damnati amiſerunt deum ⁊ omnia bona taꝫ gratie ꝗ glo
rie:non ſolum in re ſed etiam in ſpe. Unde Yſaye trigeſimo. Non inuenietur in fragmētis eius teſta
in qua portetur igniculus charitatis ſupple:de incēdio aut hauriatur parum aque de fouea diuine
miſericordie ſupple vbi eſt notandum ꝙ pena eſt duplex.ſcilicet pena ſenſus ⁊ pena damni. Pena
ſenſus ⁊ pena damni puniuntur damnati in inferno ſine ſpe liberationis. Pena damni illi puniuntur
qui ſunt in limbo tenebroſo: ⁊ iſta pena dicitur carentia viſionis diuine. In iſto limbo tenebroſo in
parte inferiori ſunt paruuli infanti non baptizati qui ſunt ſine ſpe ſaluationis. In parte ſuperiori fue
runt antiqui patres cum expectatione glorie qui ⁊ ſinus abrahe dicebatur ſm Bonauenturā. Do-
lebunt enim damnati:qꝛ amiſerunt bona tꝑalia. Unde ps. Cum interierit homo nō ſumet omnia ne
qꝫ deſcendet cum eo gloria domus eius. Dolebunt damnati qꝛ ꝑdiderunt tempus. Unđ Hiere.viij.
Tranſijt eſtas finita eſt meſſis ⁊ nos ſaluati non ſumus. Dolebunt damnati quia viſionem ⁊ gloriā
dei amiſerunt. Unde Criſoſtomus. Omnes gehenne ſuperat cruciatus carere bonis quibus in ſua
poteſtate homo habebat quod poterat frui. Alia pena infernalis erit vincula. Unde Mathei.xxij.
Ligatis manibus ⁊ pedibus mittite eum in tenebras exteriores. ¶ Queritur hic vtrum anime a ſu-
is receptaculis aliquando exeant. Solutio ſm Bonauenturā. Ad iudicium generale ⁊ bone ⁊ ma-
le anime venient:⁊ ſic exibunt a ſuis receptaculis ad recipiendum retributionem ſm merita vel de-
merita ſecunda ad Corinthiorū.v. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti vt re-
ferat vnuſquiſqꝫ ꝓpria corporis prout geſſit ſiue bonum ſiue malum. Beati enim qui poſſunt nos
iuuare reuocando:confortando:docendo:liberando. Aliquando exeunt:vt patet in legendis ſancto
rum. Et ſi obijciatur illud Pſalmiſta. Spiritus vadens ⁊ non rediens. Reſpondetur ꝙ intelligitur

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ad illum ſenſum ꝙ homo propria voluntate poteſt cadere a ſtatu gratie in ſtatuꝫ peccati: ſed non poteſt per ſe ſe releuare niſi mediāte dei adiutorio ⁊ eius gratia cōcurrēte. Alio modo poteſt intelligi ꝙ ſpiritus nō exit a ſuo receptaculo niſi ex gratia ſpeciali ſibi collata. Dānati vero ſunt ligati ⁊ exire nō ſinūtur: quia pena ipſa dependet a loco. Gloria vero non depēdet a loco ſed a deo qui vbiqꝫ eſt nec eſt de demonibus ſimile quia illi non ſunt ligati: immo ſunt ⁊ erunt vſqꝫ in diem iudicij hominū viatoruꝫ tentatores a d hominū maius meritum ſi vincant. Et ſi reperiatur ꝙ damnati aliquādo apparuerint viuis hoc procedit ex permiſſione diuina cauſa ſpecialis inſtructionis aliquorū viatorum. Alia pena erit ignominia. vnde tam ignominioſum erit corpus damnati ꝙ anima reſumēs ipſum ſtupebit quādo illud videbit ſm compen. theolo. li. ſeptimo. Alia pena erit exilium patet: quia dānati exulabunt a patria ſine ſpe redit⁹ iuxta illud. Exulabit ſine ſpe reditus patrieqꝫ reiqꝫ. Alia pena eſt mors eterna vel languor perpes. ad Ro. ſexto. Stipendia peccati mors: ſcilicet peccati mortalis mors eterna et Apoc. xxiij. Pars illorū erit in ſtagno ardenti igne ⁊ ſulphure quod eſt mors ſecūda. id eſt eterna ſm doct. vnde Bern̄. Nec venit ad metas mortis miſerabilis etas. Semper ad yma cadit illi mors obuia vadit. Neſcia finiri ſemperqꝫ videt oriri ergo eterna. Tm̄ enim erit ſuppliciuꝫ dānatorum ꝙ mortem que eſt finis terribiliuꝫ ⁊ que a cūctis mortalibus ſumme timet deſiderabunt: ſed eam non inuenient: qꝛ eterna Apoc. nono. Querēt homines mortē ⁊ non inuenient eam. deſiderabūt mori ⁊ mors fugiet ab eis. vnde Grego. Ibi mors ſemper viuit. ⁊ Mathei viceſimoquito. Ibūt hi ſcilicet dānati in ſupplicium eternū. Iuſti autem in vitam eternā: ergo mors eterna dānatis ſicut vita eterna beatis Alia pena erit ſeruitus. Tren̄. i. Princeps prouinciaꝝ facta eſt ſub tributo. vnde apoſto. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Damnati enim ſm Grego. Sub tributo penarum ſemper ſeruient ⁊ nunq̄ perſoluent: ergo ſeruitus eterna. Alia pena erit ſtridor dentium. Mathei viceſimoſecundo. Ibi erit fletus et ſtridor dentium ex nimio calore procedendo ad nimium frigus. Alia pena erit fumus. vnde Yſa. lxv. Iſti ſcelicet damnati fumus erunt in furore meo ignis ardens tota di... Alia pena erit clamor ideo dicitur quedā furia infernalis herinis aheris. quod eſt lis latine et naſcor ſceris. quia ibi ſemper naſcuntur lites. Eccle. xli. De patre impio conqueruntur filij impij. quoniam propter ipſum ſunt in obprobrium. ergo in inferno eſt clamor varijs anguſtijs agitatus. Alia pena eſt et erit vituperiū quoniā damnati magnam habebunt confuſionem ex denudatione ſuorum malorum operum. Naum. iij. oſtē dam gentibus nuditatem tuam ⁊c. Et glo ſuper illud Iob. viij. Qui oderūt te induentur confuſione ⁊ tabernaculū impioruꝫ non ſubſiſtet dicit ſic. Viſo iudice omnia mala ante occulos omnium verſantur. Et alibi liber ſcriptus proferetur id eſt conſcientia publicabitur vbi totū continetur ⁊c. Alia pena eſt fames ⁊ ſitis iuxta litterā actoris eſurient ſitient. vnde Yſa. lxv. Ecce ſerui mei comedent ⁊ vos eſurietis. ſerui mei bibent et vos ſitietis dicit dominus. Alia pena erit carcer. ... de vi nominis quaſi carens cernere. quia infernus ſm. Gregorium. et Auguſtinum. Locus eſt ſubterraneus ideo obſcurus. Vnde Ebrar. dicitur infernus quia ſit niger atqꝫ profundus. Notamdum tamen eſt hic ꝙ infernus poteſt dici dupliciter vno modo pro pena. Alio modo pro loco pene. ſm primam acceptationem dicuntur demones ſecum ſemper portare infernum. ſm ſecumdam acceptationē vero ſumitur hic infernus: ſcilicet pro loco totius vilitatis ⁊ miſerie. Alia pena eſt timor. vnde Sapien. quinto. Videntes turbabūtur timore horribili ⁊c. Alia pena erit dolor ineſtimabilis ⁊ triſticia vt poteſt ſatis apparere teſtimonio ſcripturarum. vnde Bern̄. Iſti ſcilicet beati gaudebunt: ⁊ illi ſcilicet damnati ſine ſine dolebūt ſm Grego. In loco ſummo ſumma eſt leticia in loco infimo ſola triſticia: in loco medio ſcilicet in mundo illa ſunt permixta. Animarum receptacula aut ſunt ſm merita bona: ⁊ ſic eſt locus celeſtis: aut ſm peccata ⁊ hoc tripliciter: quia aut peccata ſunt venialia ⁊ his debetur locus purgatorius: aut originale ⁊ huic debetur limbus: aut talia peccata ſunt mortalia ⁊ his debetur infernus ⁊ ſatis probabile eſt ꝙ iſta loca ſe habeant per ordineꝫ. Alia pena erit inuidia. vnde beatus Tho. ſupra finē quarti ſenten. Dicit ꝙ ſicut in beatis in patria erit perfectiſſima charitas: ita in damnatis erit perfectiſſima inuidia ⁊ odiū: ita ꝙ magis eligunt torqueri cū multis q̄ cum vno ſolo q̄uis ex dānatoꝝ multitudine pena ſingularis vniuſcuiuſqꝫ augeatur dānatorum. ¶ Queritur vtrū dānati in inferno vellēt omnes eſſe dānatos. Solutio dicendum eſt ſm Bonauen. ꝙ nullos ita diligunt quin vellent eos eſſe dānatos hoc pacto ꝙ nullus eſſet beatus tamen minus inuident propinquis q̄ alijs: vt habetur de diuite. Luce decimoſexto. Alia pena erit difformitas iuxta illud Bern̄. Difformes nigri ⁊c. ⁊ in littera ac. difformes corpore fiāt. vnde Bona. Corpori dānatoꝝ nō tolletur tarditas nec paſſibilitas nec difformitas: ⁊ in hoc manifeſtabit dei ſapientia: qꝛ reformat ſm formā quam natura dedit in generatione primaria ⁊ dei iuſticia: quia qui in turpi corpore peccauit in eius turpitudine debet cruciari.

De hoc loquitur Auguſtinus dicens. Nulla debet eſſe queſtio de pulchritudine vbi eſt certitudo de damnatione. In inferno enim erit carentia diuine viſionis ablatio ſpei omnis ſalutis. Et ſm beatum Dyoniſium Proterua fantaſia demonum. concupiſcentia demens ⁊ furor iraſcibilis. Vnde Bern̄. in quodam ſermone. O gehennalis regio fugienda vbi ignis ardens. frigus vigēs vermis immortalis fetor intolerabilis. mallei percutientes. tenebre palpabiles: confuſio peccatorum: innodatio vinculorum. horribilis aſpectus demonum. totus tremor ad huius regionis memoriam. ¶ Queritur vtrum punitio gehennalis ſit ſine intermiſſione. Solutio dicendum eſt breuiter ꝙ ſic. quia cum non ſit intercalatio in culpa non erit in pena ſm quod dicitur Apocalipſis decimoquarto Aſcendet fumus tormentorum eorum in ſecula ſeculorum. ⁊ non habebunt requiem die ac nocte. Et ſi arguatur de illo q̄d dicitur Iob. vigeſimoquarto. Tranſibunt ad calorem nimium ab aquis niuium ⁊ cetera. Reſpondetur ꝙ ibi non loquitur de tranſitu ſucceſſiue facto ita ꝙ in medio inter terminum a quo ⁊ terminū ad quem ſit relaxatio pene: ſed in tali tranſitu notatur varietas penarum cum confuſione. ¶ Quantum ad tertiam partem que eſt ibi. Non eſt orandum ⁊ cetera. Actor noſter remouet vnum dubium: quia aliquis poſſet dubitare vtrum ſit orandum pro damnatis dicens ꝙ pro damnatis nullo modo eſt orādum nec eccleſia intendit orare pro ipſis ⁊ de hoc viſum fuit ſuperius in cap. de ieiunijs ⁊ ſi obijciatur de illo quod dicit Auguſtinus in encheridion ⁊ quod magiſter recitat. xlv. diſtin. quarti ſenten. dicēs Quibus proſunt ſuffragia proſunt ad hoc vt ſit plena remiſſio. vel certe vt tolerabilior ſit ipſa damnatio. Ad hoc reſpondetur ſm Bonauenturam quod illud non intelligitur de damnatis in inferno: q̄a ibi nulla eſt redemptio. ſed vult dicere ꝙ illis qui ſunt in purgatio dupliciter proſunt ſuffragia vel liberando illos qui parum habent de cremabili vel mitigando penam purgatorij illis qui multum habēt de cremabili. ¶ Queritur vtrum damnati vellent non eſſe. Solutio. Dicendum eſt ꝙ non eſſe poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſm ſe: et ſic nullo modo poteſt eſſe acceptabile cum non habeat aliquam rationem boni: cum ſit boni pura priuatio. Alio modo poteſt conſiderari non eſſe inquantum eſt ablatiuum miſerie: ⁊ ſic non eſſe accipit rationem boni. Nam carere malo eſt quoddam bonum vt dicit Philoſophus in morali. Et per hunc vltimum modum melius eſt damnatis non eſſe q̄ miſeros eſſe: ⁊ ſic damnati poſſunt eligere non eſſe ſm rationem deliberatiuam. De illa materia legitur Ieremie viceſimo. Vbi dicitur maledicta dies in qua natus ſum dies in qua peperit me mater mea non ſit benedicta. Maledictus vir qui annunciauit patri meo dicens. Natus eſt tibi puer maſculus et quaſi gladio letificauit eum: ſit homo ille vt ſunt ciuitates quas ſubuertit dominus et non penituit eum audiat clamorē mane et vlulatuꝫ in tempore meridiano qui me non interfecit a vulua vt fieret mihi mater mea ſepulchrum: et vulua eius conceptus eternus. Quare de vulua egreſſus ſuꝫ vt viderem laborem et dolorem et conſumerentur in confuſione dies mei et Mathei viceſimoſexto. Bonum erat illi ſi natus non fuiſſet homo ille. ¶ Queritur vtrum omnis voluntas damnatorum ſit mala. Solutio dicendum eſt ſm beatum Thomam ſupra finem quarti ſententia. ꝙ duplex eſt voluntas: ſcilicet naturalis et deliberatiua. Naturalis enim non eſt eis ex ſeipſis: ſed ex actore nature: qui in natura hanc inclinationem poſuit que naturalis voluntas dicitur. Vnde cum natura in eis remaneat ſm hoc bona poterit eis eſſe voluntas naturalis. Voluntas autem deliberatiua eſt eis ex ſeipſis ſic ꝙ in poteſtate eorum eſt inclinari per affectum ad hoc vel ad aliud: et talis voluntas in eis eſt ſolum mala. vnde et ſi aliquod bonum velint non tamen bene volunt. ¶ Queritur vtrum damnati vellent ſe peccaſſe. Solutio ſm Bonauenturam. Voluntatem peccandi habent in habitu: quia vt dicit Auguſtinus. Bonam voluntatem habere nullatenus poſſunt: ſed dolor penarum impedit ne mala voluntas exeat in actum volendi. Et ſm hoc dicitur. Sapientie quinto. Intra ſe gementes et penitētiam agentes non ꝙ diſpliceat eis peccatum: niſi ꝙ diſplicet eis pena iuſta. ¶ Queritur vtrum damnati peniteant. Solutio dicendum eſt ſm beatum Thomam. Supra quantum ſenten. ꝙ penitere de peccato poteſt dupliciter intelligi. Vno modo per ſe. Alio modo per accidens: per ſe quidem de peccato penitet qui peccatum in eo quod eſt peccatum abbominatur. Per accidens vero penitet qui peccatum non abbominatur niſi ratione alicuius adiuncti vt pote pene: ideo damnati non penitent per ſe loquendo de peccatis: quia voluntas malicie peccati in eis remanet: ſed penitent per accidens inq̄tum affliguntur de pena quam pro peccatis ſuſtinent. vnde magi. ſententia. in fine quarti. Apparet reprobos in inferno: ſic penitentiam geſturos vt per eam prauam voluntatem non deſerant: et illa maligna voluntas erit eis ad cumulum pene per quam tamen non merebuntur: quia nullus meretur niſi in hac vita.

¶ Sequitur textus de penis purgatorij.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Qui ſine mortali moritur tamen in veniali
Uel nondum facta plena de crimine pena
Carcere ſeruatur ⁊ ibi grauiter cruciatur
Donec purgatus aſcendat ad baſtra beatus
Hos ſupportare nos poſſumus atq̄ iuuare
Ut cito purgentur ac inde cito releuentur
Proſunt defunctis purganti carcere punctis
Miſſa preces dona proſunt ieiunia prona
Ac per eos facta propere legata ſoluta.

Iſta littera diuiditur in tres ptes principales. In prima parte actor noſter oſtendit qui ſunt illi qui patiūtur in purgatorio. In ſecūda parte oſtendit quāto tēpore patiūtur. In tertia parte oſtēdit quomodo per alios poteſt eis ſubueniri ⁊ per que prima in principio ſecūda ibi donec purgatus. tertia ibi hos ſupportare nos poſſumus cū ſequentibus: In prima parte dicit actor noſter ꝙ qui moriūtur ſine mortali peccato: tamen habent aliqua venialia quibus pena debetur: ⁊ illi qui in hac vita non compleuerūt penitentiā neq̄ fecerūt ſatiſfactionē condignam ſunt illi qui in purgatorio cruciātur. Circa hoc queritur vtrū ſit purgatoriū. Solutio dicendū eſt ꝙ ſic. quod probat̄ q2 eccleſia que non errat nec aliquid facit fruſtra ora pro fidelib⁹ defunctis: nō pro illis q̄ ſunt in paradiſo: quia non egent: nec pro illis qui ſunt in inferno: quia ipſis ſuffragia nō proſunt vt viſum extitit ſuperius ergo ſuffragia fiunt pro illis qui ſunt in purgatorio. Et ſi obijciatur de illo quod habetur apoc. decimoquarto. Ut requieſcant a laboribus ſuis. Dicendum eſt ꝙ illud intelligitur de labore qui eſt in operando non de labore qui eſt in patiendo quod patet: quia ſequitur opera illorum ſequuntur illos. Ad hoc Grego. Dogma veritatis ſequentes credimus purgatorium poſt hanc vitam eſſe purgandis: hoc etiam vniuerſalis eccleſia tenet exorans vt a peccatis ſoluātur: quod non poteſt niſi de illis que ſunt in purgatorio intelligi vt dictum extitit. Eccleſie autem auctoritati quicunq̄ reſiſtit hereſim incurrit: et idem Auguſti. ⁊ beatus Thomas ſupra quartum ſententiarum ꝙ purgatorium ſit ꝓbatur pluribus rationibus. Prima quia ſicut ſumma bonitas non patitur ꝙ bonum remaneat irremuneratum: ita ſumma iuſticia non patitur ꝙ malum remaneat impunitum. Secunda ratione ſic diuine lucis tanta eſt dignitas ꝙ eā ſoli mūdi corde cernere debent ⁊ non alij vnde opꝫ ꝙ q̄ſq̄ veniat ad mūditiā baptiſmalē anteq̄ cōſpectui dei p̄ſentet̄. Tertia rōne ſic culpa eſt offenſiua diuine maieſtatis ⁊ dānoſa eccleſie vt in nobis difformatiua ymaginis diuine: ſꝫ offenſa req̄rit punitionē dānuꝫ req̄rit ſatiſfactionē ⁊ difformatio req̄rit expurgationē ꝓpter hoc neceſſarie eſt ꝙ petō pena vel hic vel alibi correſpondeat. Quarta ratione ſic contraria contrarijs curantur ſed peccatū oritur ex delectatione ⁊ libidine ideo deleri habet per penam. Quinta ratione ſic. Nulli debet negligentia ſuffragari: ſed ſi non fieret punitio in futurum videretur comodum reportare de negligentia penitentie dilatate: ergo ⁊c̄. Sexta ratione ſic. Juſtum eſt vt ſpiritus qui contempto ſummo bono ſe ſubiecit infimo. id eſt peccato ſubijciatur poſtea inferioribus. id eſt penis. ¶ Et quia hic ſit mentio de penis purgatorij eſt notandum ꝙ in purgatorio duplex eſt pena ſcilicet pena damni ⁊ pena ſenſus. pena dāni eſt carentia viſionis diuine. pena ſenſus eſt afflictio penalis varia. ⁊ ſm̄ compendium theologie. q̄tum ad vtramq̄ penam. Minima pena purgatorij maior eſt maxima pena mundi. Unde Auguſtinus. Ignis ille durior erit q̄ quicquid in hoc ſeculo penarum aut videre aut ſentire aut cogitare q̄s poſſit. Iſtud de pena damni patet: quia affectus quo deſideratur ſummum bonum poſt hanc vitaꝫ ab animabus ſanctis intenſior eſt q̄ aliquis affectus rei temporalis in vita illa maxime cuꝫ iam tempus habendi aduenerit. ideo carentia eius moleſtius toleratur. De pena ſenſus patet quia cum dolor non ſit eſſentialiter ipſa leſio: ſed leſionis ſenſus tanto magis dolet anima q̄tomagis ſentit ſenſitiuum aliquod. ideo ab igne in ipſam agente maxime affligitur. Et intellige nomine ignis omnem afflictioneꝫ Ignis enim inter ceteras penas ſepius exprimitur eo ꝙ eſt maxime afflictiuus ꝓpter hoc ꝙ abūdat virtute actiua. Ratio acerbitatis pene purgatorij eſt quia deus plus ponderat in penitentia virtuteꝫ bone voluntatis q̄ penam afflictionis. Unde plus ponderat deus modicam penam voluntariam in preſenti q̄ magnam penam non ita voluntariam in futuro. ideo oportet ꝙ illud qđ deficit in voluntate ſuppleatur in acerbitate. Sed quia de igne facta fuit mentio modicum ante quomodo purgat aīas Eſt notandum ꝙ dupliciter poteſt conſiderari. Uno modo q̄tum ad illud quod primo affligit ⁊ ſic

Duplex est pena · s. penna dampni et pena sensus

eſt corporeus. Alio modo q̄tum ad id quod proximo affligit ⁊ īmediate: ⁊ ſic eſt incorporeus. Primo modo dicitur ignis vere. Secundo modo dicitur ignis ſimilitudinarie: vtrumq̄ tangit Grego. quando dicit in eo ardent cum ardorem vident. Item iſte corporeus dupliciter poteſt conſiderari. Uno modo vt eſt inſtrumentuꝫ nature: ſic agere poteſt in corpus ⁊ non in animam. Alio modo vt eſt inſtrumentum diuine iuſticie: ⁊ ſic agit in animam imprimendo illi ſpeciem ſuam per quam affligitur: quia violenter illa ſpecie informatur: ſicut enim anima ſm̄ ordinem nature vnitur corpori: vt inſtituat vitam: ſic merito ſm̄ ordinem iuſticie vnitur igni a quo ſuſcipit penam. Ignis enim ille magis vel minus cruciat ſm̄ quod quiſq̄ plus vel minus de cremabili ſecum tulit. ¶ Predicta vero diuerſitas pene non eſt ex diuerſitate ignis agentis ſed ſubiecti patientis: ſicut ſub eodem ſole plus vnus eſtuat ⁊ alter minus: vt dicit Grogorius ⁊ compendium theologie libro ſeptimo. Neceſſe eſt autem: vt ait Auguſtinus ꝙ tantum vrat dolor q̄tum heſerat amor: tanto enim quiſq̄ torquetur diutius quanto affectus eius venialibus adherebat fortius. ¶ Queritur vtrum pena purgatorij ſit voluntaria. Solutio ſm̄ Bonauenturam pena dicitur tripliciter voluntaria. Uno modo quia ſumitur a voluntate imperante ſicut eſt pena penitentialis. Alio modo dicitur voluntaria: quia ſuſtinetur a voluntate acceptante ſicut pena martyrum que adeo placet eis ꝙ ab ea liberari non vellent. Alio modo dicitur pena volūtaria: quia ſuſtinetur a voluntate tolerante: ſicut aliquis infirmans ſuſtinet patienter infirmitatem tanq̄ penam diuinitus inflictam. attamen ab ea liberari procurat ⁊ hoc minime habet rationem voluntarij: hoc modo pena purgatoria eſt voluntaria. Uehementer autem deſiderant alios ſibi auxilium prebere ⁊ ad patriam venire. ¶ Queritur vbi ſit purgatorium Solutio dicendum eſt ꝙ vnus eſt infernus damnatorum in quo eſt pena ſenſus ⁊ pena damni. Supra illum eſt limbus puerorum qui deceſſerūt ſine baptiſmo: ⁊ ibi eſt pena damni ⁊ non ſenſus. Super hunc limbum eſt purgatorium in quo eſt pena ſenſus ⁊ damni ad tempus: ⁊ ſunt ibi tenebre exteriores ⁊ non interiores: quia gratiaꝫ habent. Supremus locus eſt limbus ſctōꝝ patrū: vbi fuit pena damni ⁊ non ſenſus: ⁊ ibi fuerunt tenebre exteriores ⁊ non interiores: quia non priuabantur gratia ⁊ ad hunc locum deſcendit chriſtus. Tamen ſm̄ diſpēſationem ſpecialem purgantur anime in diuerſis locis in quibus peccauerunt: ⁊ hoc ſit propter aliquam ſuam releuationem per ſuffragia eorum quibus apparent in illis locis: vel etiam propter aliquam viuentium edificationem vt poteſt videri in legenda aurea. Et ſi queratur vtrum ſit idem ignis infernalis ⁊ purgatorius. Reſpondet idem Gregorius ꝙ idem eſt ignis quo electus purgatur ⁊ reprobus damnatur: ſed in purgatorio eſt certitudo ſaluationis: in inferno autem nulla eſt redemptio: nec eſt aliqua ſpes ſaluationis. ¶ Queritur vtrum in purgatorio ſit minor certitudo de gloria q̄ in via. Solutio. Omiſſis alijs opinionibus dicendum eſt ꝙ in purgatorio eſt certitudo expectationis ⁊ euacuatio timoris: quia ſic ſe ſciunt peccare non poſſe. In via vero eſt certitudo mixta timori: quia quilibet labi poteſt dum eſt viator. In patria eſt certitudo tentationis euacuans timorem ⁊ expectationem ſm̄ Bonauenturam. ¶ Sequitur ſecunda pars ibi donec purgatus ⁊c̄. vbi auctor oſtendit ꝙ anime in purgatorio detinebuntur quouſq̄ fuerint reducte ad illam innocentiam ⁊ puritatem in qua erant immediate poſt baptiſmuꝫ Oportet enim priuſq̄ dei facies videatur ꝙ lignum fenum ⁊ ſtipula. id eſt maiora mediocria ⁊ minima venialia ⁊c̄. per cremationem conſumantur totaliter. Deinde poſtquam anime ſufficienter in igne fuerint purgate ſtatim euolant ad gloriam. Et hoc poteſt probari multiplici ratione. Prima quia poſt purgationem nulla remanet in anima diſſimilitudo ad gloriam. ideo illi merito debet iungi. Secunda ratione: quia ianua celi ſemper illis eſt aperta qui obſtaculum nullum habent. Tertia ratione: quia neceſſe eſt illos ſpiritus in quibus eſt charitas ſurſuꝫ eleuans ⁊ nihil omnino retardās ad gloriam eleuari. Quarta ratōe: quia cum deus ſit pronior ad miſerandum quam ad puniendum merito debet purgatos coniungere glorie quos purgandos ſubiecit pene ⁊ tribulatione. Quinta ratione: quia deus non punit bis in idipſum. Ideo cum aliquis ſufficienter ſatiſfecerit in penis iuncta diuina miſericordia non debet amplius puniri in dilatione premioruꝫ. Sexta ratione: quia poſt purgationem talis purgatus non debet eſſe in purgatorio. Hoc eſt ſatis notum. Nec in limbo: quia non eſt de numero illorum puerorum: nec in inferno quia non habet mortale: ergo oportet ip̄m eſſe in celo: quia poſt mortem non ſunt talia receptacula animaruꝫ. Septima ratione quia efficatior eſt charitas q̄ iniquitas: ſed iniquitas ſtatim ducit ad ſupplicium. ergo charitas ſtatim debet ducere ad premium: cum iam obſtaculum ſit remotum ꝑ purgationem purgatorij. Octaua ratione: quia ſicut ceſſante impedimēto grauia corpora feruntur deorſum: ⁊ leuia ſurſum: ſic ſpiritus maloruꝫ remoto

pena purgatorij quo sit voluntaria loq.

Idem est ignis quo electus purgatur et reprobus damnatur

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

carnis onere feruntur ſtatim ad locum ſuppliciorum propter peccati grauitatem. Spiritus vero bonorum ſi non ſit impedimentum alicuius culpe venialis vel pene debite pro peccatis confeſſis ſtatiꝫ ferūtur ad locū premioꝝ. ¶ Queritur vtrū vn⁹ ante alium liberetur. Solutio beat⁹ Aug. dicit ad iſtā queſtionem ſicut ſequit̄. poſt hanc vitā incredibile non eſt nōnullos fideles quāto magis min⁹ de bona pereūtia dilexerūt: tanto citi⁹ tardiuſqꝫ ſaluari. In illo enim igne purgatorij citius purgatur vnus ꝙ ali⁹: qui enim plura debet maiorem ſuſtinebit penā. Sequitur tertia pars ibi hos ſupportare non poſſum⁹ ⁊c. vbi actor noſter oſtēdit quomodo per alios poteſt exiſtentib⁹ in purgatorio ſubuenire dicens ꝙ nos viatores poſſum⁹ iuuare exiſtētes in purgatorio ⁊ releuare a penis purgatorij: vel in parte vel in toto: ſicut enim ſpectat ad ſeueritatē diuine iuſticie ꝓpter venialia bonos in purgatorio puniri. Ita pertinet ad bonitateꝫ diuine miſericordie eoſdē per ſuffragia poſſe releuari. Proſunt enim ſuffragia defunctis fidelib⁹ non ad meritū vite eterne: ſꝫ ad ſolutionem pene: ⁊ hoc vel ad penaꝝ mitigationē vel ad celeriorē liberationē. Sequit̄ per q̄ poteſt eis ſubuenire in littera actoris ibi ꝓſunt defunctis vbi dꝛ ꝙ per miſſas per orōnes elemoſynas ieiunia ⁊c. pſūt releuari anime q̄ detinētur in purgatorio vt viſum fuit in capitulo de penitētia in fine. ¶ Querit̄ vtrum indulgētie papales proſint defunctis in purgatorio. Solutio dicendū eſt ꝙ ſic ſm Bonauen. ⁊ compendiū theologie. Patet quia crux datur aliquādo pro duab⁹ vel trib⁹ vel quattuor animab⁹. i. qui hꝫ claues theſauri eccleſie vt ſummus pontifex eſt pro neceſſitatib⁹ eccleſie pōt diſpēſare ſicut vult. ¶ Querit̄ vtrū papa poſſit abſoluere defunctos a pena purgatorij. Solutio dicendū eſt ꝙ non ꝓprie per modū iuriſdictionis: ſed quaſi pro eis de communi theſauro eccleſie ſoluit. Sicut aliter liberat creditor debitorem dum a debito eum abſoluit: ⁊ aliter amic⁹ debitoris dum pro eo debitū ſoluit: ſed viuētes vtroqꝫ modo ſoluit papa. ¶ Querit̄ vtrum illis quib⁹ datur indulgētia pſīt eam alijs dare ſiue viuis ſiue defunctis. Solutio dicendū eſt ſm compendiū theologie ꝙ non primo: qꝛ indulgētia non eſt donū collatiuū gratie: ſed priuatiuū pene: priuatio aūt cū nihil ſit alijs cōmunicari non poteſt. Scđo qꝛ dare indulgentiā auctoritatis ⁊ iuriſdictionis eſt quā non habēt layci. Vn̄ non pſīt impēdere alijs indulgentiā per auctoritateꝫ. Sed ſolūmodo boni operis ſui ſuffragiū per charitatē. papa vero vtroqꝫ modo pōt. De illa materia indulgentiaꝝ viſum fuit ſuperi⁹ in fine capituli de ieiunio.

¶ Sequitur textus de gaudijs paradiſi.

Qui mūd⁹ moritur penit⁹ mox pace potitur
Gaudēs in domino cū ſanctis in paradiſo
Non decet orare pro ſanctis immo rogare
Debemus eare nec non ipſos celebrare
Deni ſunt celi reſerandi ſine fideli
Luna ſtat in primo ſtat mercuriuſqꝫ ſcđo
Ac venus in terno ſol vult lucere quaterno
Mars nitet in quinto ſed iupiter ordine ſexto
Saturnus celo ſepteno ſiſtitur alto
Octauo celo tibi ſtellas eſſe reuelo
Stat criſtallinum ſuper ipſos luce ſerenum
Fulget ⁊ empireo ſummo paradiſus olimpo
In quo ſunt iuncta ſine defectu bona cuncta
Hic deitas trina regnat ſuper omnia digna
Aſtat regina ſibi mater virgo benigna
Inde ierarchia triplici ſunt agmina nona
Dat cherubin ſeraphin thronos diſtinctio ſummā
In medio dominans princeps ſimul atqꝫ poteſtas
Virtutes ſubſtant archangelus angelus atqꝫ
His homines grati domino ſunt aſſociati

Iuxta promerita: preſente ſibi data vita
Secum laudantes: dominum ſemper ſpeculantes
Cernit amatqꝫ deum: ſanctus fruitur tenet ipſum
Sic gaudet pſallit: laudat ſine fine quieſcit
Diues honoratus: tutus liber ſaciatus
Clarus ſubtilis agilis non paſſibilis ſit
O ꝙ ditati ſunt celi ſede beati
Semper honorati: ſumme ſunt glorificati
Ergo mundanis: rebus ſpretis quaſi vanis
Celica poſcamus ⁊ ſurſum cor teneamus
Ut deus a penis protectos atqꝫ cathenis
Poſt mundi curſum: faciat nos ſcandere ſurſum
Et velit optamus, ibi ſemper eum videamus
Qui dat cuncta bona det nobis hec pia dona.

In iſto ca. actor noſter determinat de gaudijs pa̅diſi diuidēs ſuū ca. in. v. partes. In pͥma pte oſtēdit actor qui ſunt illi qui ſcandūt ſurſum. ſ. ad pa̅diſuꝫ ſubdēdo ꝙ ꝓ talibus nō eſt orandū. In ſcđa parte enumerat celos. In tertia pte oſtendit ordineꝫ beatoꝝ in celo empireo. In quarta pte oſtendit officia actus ⁊ dotes beatoꝝ. In quinta pte facit quādam exortationē. pͥma in principio. ſcđa ibi. Deniqꝫ ſunt celi. tertia ibi. Hic deitas trina. quarta ibi. Cernit amatqꝫ deū. quinta ibi. Ergo mūdanis rebus ſpretis ⁊c. In pͥma pte dicit actor noſter ꝙ illi aſcendūt ad paradiſum qui moriunt̄ mundi: in quo paradiſo gaudent inenarrabiliter: ꝓ quibus nullomodo eſt orandū cū ſint in ſumma leticia: ſꝫ a nobis viatoribus ſunt honorandi ⁊ ſepiſſime rogandi vt ꝓ nobis qui varijs cōcutimur ꝑiculis dignent̄ intercedere. De illa materia viſum fuit in fine ca. de penitētia. Sequit̄ ſecūda pars ibi Deni ſunt celi ⁊c. vbi actor noſter enumerat celos dicēs ꝙ decem ſunt celi. vnde celū ſm phm in ſcđo de celo eſt corpus primū natura ſimpliciſſimū: in corpore ſolidiſſimū: ſubtiliſſimum eſſentie: q̄titate maximū: qualitate lucidum: dyaphanitate ꝑſpicuū: materia puriſſimū: figura ſphericum: locati ſitu ſupremū creaturarum in ſe contentiuū: ⁊ diuiditur celum in decem celos iuxta litteram actoris. Sed pro habendo aliquam declarationem premiſſorū eſt notandum ꝙ corporalis machina mūdi conſiſtit in natura elemētari ⁊ celeſti. Natura elementaris cōſiſtit in quattuor ſperis. ſ. in ſpera terre: aque: aeris: ⁊ ignis: vt recitatur per Ariſtoteleꝫ in libro metheoꝛ. Natura celeſtis diuiditur in tres celos principales. ſcilicet empireū criſtallinum: ⁊ firmamētum: intra firmamētum quidem eſt celum ſtellarum in quo continētur ſeptem orbes: ſeptem planetarum que ſunt incipiendo ab inferiori parte luna: mercurius venus: ſol: mars: iupiter: ſaturnus. Nomine aūt celi criſtallini intelligitur illa pars materie prime que formata eſt in duos orbes quorū ſuperior eſt primū mobile. Celum vero empireuꝫ eſt decimum ⁊ ſupremuꝫ: vbi ſunt multe manſiones quia habitaculum beatorum. Unde ſaluator noſter. In domo patris mei manſiones ſunt multe: vt declarabitur inferius. Omnes enim celi ſeu orbes mouētur preter celum empireum quod quietum eſt ⁊ immobile. Celum enī eſt nobilius corporibus inferioribus: propter hoc debetur ei motus nobilior. ſcilicet circularis ſm philoſophū in libro de celo. Omnes planete in aſtrologia dicuntur tropici quia retrogradiuntur a motu primi mobilis: quiquidē motus tanto deſiderio eſt ꝙ omnes alias ſperas ſecum reuoluit. Motus enim qui dicit̄ reuolutio primi mobilis eſt motus propius planetaruꝫ. Et ſi queratur quare ſpere planetarū mouentur contra inceſſum primi mobilis. Respondet̄ ꝙ hoc fit ad retardandū motum primi mobilis: qꝛ niſi retardaretur nō poſſunt illa inferiora fructificare p̄ nimia velocitate ſui motus ꝑ cōmētatorem ſupra ſecūdū de celo. Corpora enim celeſtia nobiliora ſunt corꝑibus inferioribus. iō altior locus eis debet̄. Item eis debetur nobilior forma. ſ. ſperica ſiue rotunda. Item ꝓpter nobilitatē eoꝝ agunt in illa inferiora influendo virtutē motiuam: vegetatiuā ꝓductiuā generabiliū. Item corꝑa celeſtia diuidunt̄: qꝛ quoddā eſt corp⁹ lucens vt ſol qui ſolus inter ſydera lucet. Alia corꝑa celeſtia ſunt nō lucētia vt ſtelle ⁊ planete que lumen ſuū a ſole mendicāt quedā ſunt corꝑa dyaphana vt oēs ſpere celeſtes. ¶ Querit̄ vtrum corꝑa ſuperiora poſſint influere ſuꝑ liberꝝ arbitrium. So. dicendū eſt ꝙ nō: nec habent virtutē mutandi hoīs voluntatē: ſed bene im

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mutant ⁊ diſponunt hominis complexionem hoc eſt inclinare ad hoc vel ad illud:ſed cogere non poſ
ſunt.ideo dicitur ratio dominatur in aſtris.Luna enim infirma eſt inter planetas eclypſim patitur et
efficit.maculas habet propter coniunctoria cum inferioribus.Corniculata interdu3 apparet ex eo ꝙ
pars eius illuminata a nobis abſconditur:quia de ſe eſt corpus tenebroſum ſed lumen recipit a ſole.
Mercurius ſemper cum ſole graditur nec ab eo amplius triginta gradibus diſtans. Venus eſt luci-
fer quando precedit ſolem ⁊ veſperus quando ſequitur ideo ſemper concomitatur ſolem.Solutio eñ
in medio planetarum conſiſtit ſolus per ſe lucens octies maior tota terra.calidus virtualiter eo ꝙ in
fluentia ⁊ lumine fit ꝓductiuus caliditatis. Notanter dicitur virtualiter.quia caliditas formaliter nō
fundatur niſi in compoſito habente materiam ſubiectam correſpondenti ſeu contrarietati.Sol vero ⁊
alia corpora celeſtia ſunt incorruptibilia vt patet per commentatorem in primo de celo. Eclypſim pa
titur propter interpoſitionem orbis lune.¶ Queritur hic que differentia eſt inter calidum formaliter
⁊ virtualiter.Solutio ſm philoſophum in primo de celo differunt:quia calidum formaliter eſt calefa
ctiuum per contactum.Calidum vero virtualiter non:ſed ſolum lumine vel influentia.Secundo diffe
runt:quia calidum formaliter in agendo repatitur vel poteſt repati ⁊ alterari a ſuo ꝯtrario.calidu3 au
tem virtualiter non.Tertio differunt quia calidum formaliter impeditur per interpoſitionem.calidū
virtualiter non impeditur in calefaciendo niſi ꝗtum ad actionem quam habet per lumen ⁊ non qua3
facit per influentiam ⁊c.Mars igneus apparet quia calidus ⁊ ſiccus homines ex proprietatibus ſu-
is prouocans ad bellum:ſed interpoſitione veneris ⁊ iouis eius nociuitas reprimitur.Jupiter clarus
eſt in qualitatibus influxiuis bene temperatus ⁊c.Saturnus eſt ſuperior planetarum frigidus ⁊ ſic-
cus non formaliter vt debet teneri in omnibus:ſed effectiue.Firmamentum eſt illud celu3 in quo ſtel
le ſupreme figuntur:et cum illo ſemper mouentur.illuminationis a ſole receptatiue. Planete eñ non
ſunt in firmamento immo ſunt ſydera inter celum ſcilicet firmamentum ⁊ ſperam elementorum exiſtē
tia.Celum eñ criſtallinum eſt ſuper firmamentum de quo viſum fuit:⁊ ſupra celum criſtallinum celu3
empireum vbi ſunt habitacula beatorum.Sequitur tertia pars ibi.Hic deitas trina.vbi actor noſter
docet ordinem beatorum in celo empireo.dicens ꝙ in ſublimiori loco eſt glorioſa trinitas ⁊c. Ad dex
teram filij beata virgo Maria mater ſaluatoris noſtri ieſu chriſti exaltata ſuper omnes choros ange
lorum vt credit ſancta mater eccleſia cui non eſt derogandum.Deinde de celeſti ierarchia que diuidit
in ſuperiorem mediam ⁊ inferiorem.Superior continet tres ordines.ſeraphin cherubin ⁊ thronos ꝓ
mi conſiderant bonitatem.ſecundi dei veritatem.tertij equitatem.Jn primis deus amat vt charitas.
Jn ſecundis noſcit vt veritas.Jn tertijs ſedet vt equitas.Proprium eñ eſt ſeraphin in amore dei ar-
dere ⁊ alios ad incendium diuini amoris promouere.¶ Cherubin vero propriu3 eſt relucere diuini lu-
minis radio pro eo ꝙ vicinius prime veritati iunguntur reſpectu inferioris ⁊ homines promouere et
excitare ad diuinam cognitionem. Throni dicuntur eo ꝙ in eis dñs ſedeat ⁊ iuſticia ſua decernat.
¶ Jn his precipue relucet rectitudo diuini iudicij.Media ierarchia continet dominationes principa
tus ⁊ poteſtates quorum primi officia regunt angelorum.Hi eñ virtutem dei quam ſuper ſe recipiūt
inferioribus transfundunt ſm Grego.Dominationum officium eſt in bello ſpūali inſtruere qualiter
oporteat prelationis officium exercere:⁊ qualiter ſubditis debent dominari ſecundi.ſcilicet principa-
tus ſm compendium theologie capitibus preſunt populoru3:⁊ ſm Greg.Subditis angelis preſunt
⁊ eos ꝓ diuino miniſterio explendo diſponunt.Ad hoc ſm Dyoniſium pertinet vniuerſale regimen
vnius regni vel gentis in conducendo ad dei voluntatem ꝗtum poſſunt.ſm autem alios doctores
officium eorum eſt docere homines exhibere reuerentiam vnicuiqꝫ ſm gradum ſuum.Horum etiam
officium eſt promouere homines vt non propter vtilitatem propriam:ſed propter ſolius dei amorem
⁊ honorem faciant iuſticiā.Ultimi.ſ.poteſtates ptātem coherceant demonū poteſtatibus eñ aduerſe
ꝟtutes ſubiecte ſunt ne mundo tm̄ noceant ꝗtū cupiunt noſcere.ſm cōpen.theo.ſm btm̄ Grego.Ho
rum officium eſt illos qui in ſpūali certamine deſudant confortare.⁊ ne regimen ſpūale amittāt defen
dere ſm btm̄ Dyoniſi.ad ipſos ſpectat angelos inferiores informare.Jn primis deus dn̄atur vt maie
ſtas.Jn ſecundis regit vt ꝑncipatus.Jn vltimis tuetur vt ſalus.Inferior ierarchia cōtinet tres ordi-
nes ꝟtutes archangelos ⁊ angelos.Ad ꝑmos ſpectat miraculoꝝ opatio.Uirtutes eñ ſunt infatiga-
biles ad executionē faciendorū:⁊ robuſti ad ꝑceptionē munerū.Horū officiū ſm Dyo.eſt docere pre
latos vt facile ⁊ pſeueranter q̄ ad officium ꝑlationis ꝑtinent exequantur ⁊ ipſius onera ſuſtineant pa
tiēter.Ad archāgelos ſpectat magnoꝝ negociorū denūciatio.Jſti eñ ſummi nūcij nūcupāt:q2 ſum
ma nunciant.Horū officiū ſm Greg.eſt de illis que ꝑtinent ad ꝓmotionē fidei.vt de natiuitate xp̄i ⁊
factis eius expedire hoīes ⁊ demones ab hoībus remouere.ſm Dyoniſiū vero officium eoꝝ eſt ꝓphe

tias reuelare.Jſti eñ reuelationes quas a ſuꝑioribus ſuſcipiunt inferioribus annunciant ⁊ ꝑ eoſdē no
bis.Ad tertios.ſcilicet angelos ꝑtinet humane cuſtodie ſollicitudo.Angeli ſunt vltimi ⁊ hoībus ma-
gis ꝓpinqui iſti minora annunciant ⁊ homines ad diuinam cognitionē ducunt ⁊ vt iuſte viuāt inſtru
unt.¶ Hi ſurſum extenduntur ꝑ dilectionem dei in ſemetipſis firmantur ꝑ cuſtodiam ſui ſub ſe ꝓgre-
diuntur ad auxilium ꝓximi.Jn ꝑmis deus opatur vt virtus.Jn ſecundis reuelat vt lux.Jn tertijs ma
trit vt inſpirans.Tamen ſm btm̄ Dyoniſium virtutes ſunt medius ordo ſecunde ierarchie ⁊ principa-
tus primus ordo tertie ierarchie. Nos eñ debemus ſimulari ſeraphin per charitatem cherubin per
cognitionem.thronis per equitatem.dominationibus per carnis ſubiugationē.ꝑncipatibus reuerē
tiam noſtris maioribus exhibendo ptātibus tentationibus dyabolicis reſiſtendo ꝟtutibus.per com
paſſionem archangelis ꝑ inſtructionem.angelis ꝑ obſequij exhibitionem.Jerarchia eñ continet no
uem ordines ſeu choros angeloꝝ.Jtem quilibet ordo ſeu chorus continet ſexmiliaſexcentū.lxvi.legi
ones.quelibet legio continet ſexmiliaſexcentū.lxvi.angelos.¶ Queritur quid dicendum de prelatio-
nibus angelorum. Solutio dicendum eſt ꝙ quidam angeli preſunt regionibus vt dr̄ Dan̄.decimo.
Cum eni egrederetur apparuit princeps grecorū.ecce nunc reuertar vt prelier aduerſum principem
perſarum.Quidam angeli preſunt eccleſijs.Apo.ij.Et angelos epheſi eccleſie ſcribe hec dicit dñs ⁊c.
Quidam preſunt hominibus.Actuū.xij.de beato Petro angelus eius eſt dixerunt illi qui orabant ꝓ
beato petro dum teneretur in carceribus herodis.quando eis nunciauit quedam ancilla ꝙ beatus
petrꝰ pulſaret ad hoſtium poſtq̄ dei adiutorio ⁊ angeli miniſterio exiuit carceres herodis.Similiter
ſpiritum malignorum aliqui dicitur preeſſe aliquibus vitijs.Alij autem alijs:quia quidam dicuntur
ſpiritus luxurie.quidam ſuperbie ⁊c.Que autem prelationes maneant vel que ceſſent poſt hanc vitā
ſciendū eſt ꝙ ierarchie ſemper ſtabunt ꝗtum ad eſſentiam beatitudinis quantum ad gradum digni-
tatis ⁊ nobilitatem doni gratuiti ⁊ nature.Ceſſabunt autem prelationes angelice ſuper homines et
angelos quo ad actum regiminis ſm gubernationem mundi ⁊ elementorum ſm viam ad patriam.
Prelatio autem in demonibus quo ad officium inſultandi ⁊ iritandi.ſm ꝙ vnus prouocat alteru3 in
malicia non deſtruetur.Unde Pſalmiſta.Superbia eorum qui te oderunt domine aſcendit ſemper
Ceſſabit autem eorum ꝑlatio quo ad officium tentandi eos qui ſunt in via.Jn hominibus etiam pre
lationes euacuabūtur:quia non erūt decani cēturiones ⁊ huiuſmodi.Jn alijs creaturis ceſſabit ſimi-
liter prelatio:quia ſuperiora non mouebūt tūc inferiora ſicut modo:hoc tenet Bonauen.compendiū
theologie.¶ Queritur quid dicendū eſt de cognitione angelorum.Solutio angeli cognitionē habēt
matutinam:hoc eſt cognitionē rerum in verbo.Jtem habent cognitionem veſpertinam id eſt cogni-
tionem reꝝ in ſe.Jtem habēt cognitionem meridianā id eſt apertam dei viſionem.Etiam eſt alia co-
gnitio:quia maiores angeli indicant minoribꝰ illa que per diuinas theophanias receperūt.vnde the-
ophania eſt oſtenſio alicuiꝰ cognoſcibilis per illuminationem a deo venientem:⁊ hoc poteſt eſſe vel
in ſymbolis vel facie ad faciem.Angelus enim cognitione reꝝ in propria natura cognoſcit ſimul plu
ra habitu non autem in actu.Circa enim incarnationem ⁊ paſſionē chriſti ſciuerūt angeli ſubſtātiam
facti ſed non omnes circunſtantias.Angeli enim cognoſcunt remota ſicut propinqua:quia cognitio
eorum non eſt per ſenſum ſed per intellectum. ¶ Queritur quid dicendum eſt de motu angelorum.
Pro quo eſt notandum ſm dyoniſium ꝙ motus angelorum diſtinguuntur tripliciter:ſcilicet circularis
rectus ⁊ obliquus.Circularis ab eodem in idem ⁊ circa idem centrum immobile. Hunc motum ha-
bent angeli:quia immediate recipiunt illuminationes a deo ⁊ per illam reuertuntur ad deum.Jſtud
autem conuenit ſuperiori ierarchie tantum.Motu recto mouētur quādo procedūt ad prouidentia3
ſubiectorū recte omnia tranſeūtis ⁊ ibi non reuertūtur ab eodem in idem:ſed de vno ad aliud.Jtem
mouētur motu obliquo angeli quādo cognitionem inferioꝝ quibꝰ prouidēt reflectūt in deū princip-
ium ⁊ finem pulchri ⁊ boni.¶ Queritur vtrum ſint plures angeli ſub vna ſpecie ſicut plura indiuidua
ſub vna ſpecie.Solutio.Dicendum eſt ſm commentatorem ſupra duodecimū methaphiſice ꝙ non:
quia non differūt per materiā ſicut ſortes ⁊ plato:q2 in angelis non eſt talis materia:nec differūt per
quantitatē:q2 illa3 non habēt que ſit principiū multitudinis ſeu multiplicationis:ergo relinquitur ꝙ
differūt per formā:⁊ per conſequēs p3 manifeſte ꝙ ſub vna ſpecie nō ſunt plura ſuppoſita:ſed vnū ſo-
lum ſuppoſitū.¶ Queritur quid dicendū de cuſtodia angeloꝝ.Solutio.Dicendū eſt ꝙ angeli ad no-
ſtram cuſtodiā deputati tenent nos ſtantes ne cadamus ⁊ cadentes nos adiuuant vt ſurgamus:nec
vnq̄ nos deſerant etia3 peccantes quin ſuperſint parati auxiliari ſi velimus.Hoc tm̄ fallit in obſtina-
tis a quorū cuſtodia deſiſtit angelus actualiter.Paratus tamen eſt cuſtodire ſi redire volunt:qm̄ nū
q̄ deſeritur homo ex toto ab angelis vt recitatur in cōpendio theologie libro ſecūdo.Tamen Bona

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

nentura dicit ꝙ bonus angelus non derelinquit hominem vſqȝ ad mortem quin deffendat ab aduer-
ſario ne occidatur.niſi quando ſententia diuini iudicij aliter exigit:⁊ quin retrahat illum quē cuſtodit
a malo.Et ſi obijciatur illud Iere.li.ca.In gloſa curauimus babylonem ⁊ non eſt curata.Dicendum
eſt ꝙ medici ſunt angeli quos a nobis repellimus cum eorum conſilio non acquieſcimus.Item dicit
alia gloſa.Caue ne quando derelinquat te medicus.Item Dan̄.xi.In gloſa dicitur antichriſtus care-
bit angelorum preſidio.Solutio.Ad hec omnia ſm̄ Bonauenturā illa intelliguntur ad illum ſenſuȝ
ꝙ angelus non deſerit oīno obſtinatos ſed non conſeruat eos nec ꝓducit ad bonum ſicut facit illos q̄
non ſunt obtinati.¶ Queritur vtrum antichriſtus habebit bonum angelum deputatum ad ſui cuſtodi
am.Solutio compendiū theologie dicit ꝙ ſic:⁊ ſubdit quē quidē angelum licet ꝓpter nimiā obſtina-
tionem ſuam non ſit habiturus ad ꝓmotionem tamen habebit ad accuſationem.¶ Queritur quis ſit
effectus cuſtodie angelice.Solū.ſm̄ Bonauenturā.⁊ compendiū theologie cuſtodie angelice mul-
tiplex eſt effectus.vnus effectus eſt impedimenta boni ⁊ occaſiones peccandi remouere in exodi.
Mittam angelū meum precurſorem qui eijciat iebuſeum ⁊ Gen̄.xxxij.Tetigit angelus neruum femo
ris Iacob ⁊ emarcuit:vbi notatur repreſſio concupiſcentie.Secundus effectus eſt tentationes miti
gare.Dan̄.iij.Angelus domini deſcendit cū azaria ⁊ ſocijs eius in fornacem ⁊ excuſſit flammaȝ ignis
Tertius effectus eſt contra hoſtes viſibiles iuuare.iiij.Reg.vi.c.Porro orauit Eliſeus ad dn̄m dicēs
Percute gentem hanc:⁊ percuſſit hoſtes regis iſrael dn̄s.⁊ yſa.xxxvij.Egreſſus eſt autē angelus dn̄i
⁊ percuſſit in caſtris aſſyriorū.clxxxv.milia ⁊c̄.Quartus effectus eſt orationes noſtras ⁊ elemoſynas
deo preſentare ⁊ ꝓ nobis orare.Tho.duodecimo.Quādo orabas cum lachrymis ⁊ ſepeliebas mortu
os ego obtuli orationē tuam domino.⁊ quia acceptus eras deo neceſſe fuit vt tentatio probaret te.
Quintus effectus angelice cuſtodie eſt ducere conducere ⁊ reducere ⁊c̄.Tho.v.Dicit angelus Tho.
Seniori ego ducam ⁊ reducam eum.ſ.filium tuum ſanum ad te.Sextus effectus eſt in agendis doce
re.Dan̄.ix.Dixit angelus danieli ſic.Daniel nunc egreſſus ſum vt docerem te ⁊ intelligeres ⁊ zacha.
vi.De angelo qui inſtruxit eum de quattuor quadrigis.Septimus effectus eſt ſeipſum et alia ſecreta
reuelare.Tho.xij.Ego eñ ſum raphael angelus vnus ex ſeptem qui aſtamus coram dn̄o ⁊ Gen̄.xviij.
Tres angeli miniſterium trinitatis ⁊ vnitatis expreſſerunt.Octauus effectus eſt a peccatis excitare.
Act.xij.Surge velociter.Nonus effectus eſt ad feruorem charitatis excitare.iij.Reg.xix.Dictum fu
it helie per angelum ſurge comede grandis eñ tibi reſtat via.Decimus effectus eſt conſolari ⁊ in viā
dei confortare.Tho.v.Forti animo eſto in proximo eſt vt a deo cureris dixit angelus ſeniori Tho.⁊c̄.
Undecimus effectus eſt de peccato increpare.Iudicum ſecundo dixit angelus populo iſrael cur hoc
feciſtis.Duodecimus effectus eſt poteſtates contrarias cohercere ne tantum nocere poſſint q̄ꝫtum
vellent.Thob.viij.Qualiter angelus haſmodeum ligauit ne noſceret ⁊c̄.¶ Queritur vtrum xp̄us ha-
buerit angelum deputatum ad ſui cuſtodiam.Solutio.dicendum eſt ꝙ non quia xp̄us ſuperior erat
omni angelo.Itē dyabolus non poterat opprimere corpus vnitum diuinitati nec ſeducere intellectū
a verbo plenarie illuſtratum nec per blanditias allicere affectum plenitudine gratie confirmatuȝ.Et
ſi obijciatur illud pſ.⁊ euangelij.Angelis ſuis mandauit de te ⁊c̄.Dicendum eſt ꝙ hoc intelligitur de
capite ratione membroꝝ.Item ſi obijciatur illud Lu.xxij.Ecce apparuit ei angelus de celo confortās
eum.Reſpondetur ſm̄ gloſam bede ſit in teſtimonium vtriuſqȝ nature ⁊ angelus eum confortaſſe et
angelus ei miniſtraſſe deſcribitur non ꝙ confortaret eum confortatione poteſtatiua ſed ſolum mini-
ſteriali ſicut armiger ſtrennuum militem confortat.¶ Queritur vtrum xp̄us habuerit angeluȝ ad ten
tandum ſicut ceteri hominū habent.Solutio.gloſa ſupra illud Thob.v.Piſcis volebat deuorare tho
biam dum lauaret pedes.videtur dicere ꝙ dyabolus ſecutus eſt xp̄m vſqȝ ad crucem.tamen tentatio
dyaboli fuit ſolum exterius non interius ad dignitatis xp̄i manifeſtationem ad aduerſarij confuſionē
⁊ noſtram inſtructionem.¶ Queritur vtrum ſinguli angeli ſingulis hominibus.an vnus pluribus ad
cuſtodiam vel exercitium deputatus ſit.Solutio textus.xi.di.ij.ſen.dicit ſic.Cum electi tot ſint quot
⁊ boni angeli ſunt plures conſtat eſſe ſimul bonos ⁊ malos homines q̄ꝫ boni angeli ſint cum tot ſint
electi quot ſunt angeli boni ⁊ angeli boni plures ſint q̄ꝫ mali.pluresqȝ ſint hoīes mali q̄ꝫ boni.Non eſt
ambiguum plures bonos homines eſſe q̄ꝫ ſint mali angeli.⁊ plures eſſe malos homines q̄ꝫ ſint mali
angeli vel boni.ideo dici oportet vnū eundemqȝ angelum bonum vel malum pluribus hoībus depu
tari ad cuſtodiam vel exercitium ſiue eodem tempore ſiue diuerſis temporibus.ideo autem dicimus
eodem tempe vel diuerſis tp̄ibus:quia videt̄ q̄buſdam ꝙ omnes hoīes qui ſunt ſimul in aliquo tēpe
ſinguli ſingulos angelos habere poſſunt bonos vel malos:q꞉ licȝ maior ſit numerus hominū in vnū
computatis omnibus qui fuerunt ſunt ⁊ futuri ſunt q̄ꝫ numerus angelorum:tñ q꞉ hoīes decedenti

bus hominibus ſuccedunt.ideo nunq̄ꝫ ſimul ſunt in hac vita.Angeli quoqȝ nunq̄ꝫ decedunt ſed ſi-
mul ſunt oēs eſſe poteſt vt ſinguli hoīum dum in hac vita ſunt ſingulos habeant angelos bonos vł
malos ad cuſtodiā vł exercitium deſtinatos.Ceterum ſiue ita ſit ſiue nō:nō eſt dubitandū vnūquen
qȝ habere angelū ſibi deputatum ſiue pluribus ſimul deſtinatus ſit ſiue vni ſingulariter:nec eſt mirā
dum vnū angelum pluribus hominibus ad cuſtodiam deputari:cum vni homini plurīū cuſtodia de
putetur:ita vt eorum quiſqȝ ſuū dicatur habere dn̄m vł ep̄m vł abbatem.Sup hoc arguitur ſm̄ bea
tum Thomam in prima parte ſue ſumme inferiora reducunt̄ in deum p media:vt dicit Dionyſius.er
go vnus ſolus angelus eſt qui immediate cuſtodit homines.Scdō ſic.Angelus virtuoſior eſt q̄ꝫ hō
ſed vnus homo ſufficit ad cuſtodiā multorum hoīum.Ergo multomagis vnus angelus pōt multos
hoīes cuſtodire:q꞉ angelus ſubito hic eſt ſubito alibi.Sed cōtra eſt ꝙ Hieronymus exponit ſuper
illud Mathei.xviij.Angeli eorum vident faciem patris mei ⁊c̄.magna eſt dignitas aīarum vt vna
queqȝ habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiā ſui angelum delegatuȝ.Concluſio tamē beati Tho.eſt
ꝙ ſingulis hoībus ſinguli angeli ad cuſtodiā deputant̄:cuius rō eſt q꞉ angelorum cuſtodia eſt que-
dam executio diuine ꝓuidentie circa homines.Decet enī dulcedinem diuine miſericordie vt homi-
ni qui habet aduerſariū impugnantē daret angelū auxiliantem:vt q꞉ homo fragilis eſt ⁊ indigēs ſu
ſtentetur ab angelo qui eſt fortis ⁊ potens:q꞉ pauci eſſent qui poſſent vincere dyabolum niſi p ange
lum preſidium.Magna dilectio creatoris ad hoīem ⁊c̄.Angeli enim ſeruiunt nobis ꝓpter tria.ſ.ꝓ
pter ruine ſue reparationem.Homines enī ſaluandi intrabunt locum angelorū qui ceciderunt.Itē
propter meriti accidentalis cumulationeȝ quod augetur in eis vſqȝ in diem iudicij.Item propter a-
moris erga nos demonſtrationeȝ:vt recitatur in ſecundo libro compedij theologie.¶ Circa hec que
ritur vtrum ex beatificatione cuſtoditi angelo cuſtodienti amplificetur gaudium.Solutio ſm̄ Bo
nauenturam.Gaudium in quo conſiſtit premiū ſubſtantiale quod eſt de bono increato nullo modo
accreſcit angelis:quia q̄ꝫtum ad illud perfecte beati ſunt:ſed gaudium quo conſiſtit premium accidē
tale poteſt creſcere non ſolū extenſiue quod eſt qñ quis de pluribus gaudet:ſed etiā intenſiue quod
eſt quando affectus de aliquo copioſius gaudet:⁊ quia angeli miniſtrando alijs bona opera faciūt
premium accidentale merentur:⁊ etiam conciues ſuos ad beatitudineȝ ꝑducunt ſuper quibus gau
dent.Creſcit ergo eis gaudium de beatificatione hominum:multofortius de conuerſione peccato-
rum.Luce.xv.Gaudium eſt angelis ſuper vno peccatore penitentiam agente ⁊c̄.¶ Queritur vtrum
ex damnatione cuſtoditi incurrat angelus aliquod detrimentum.Solutio ſm̄ Bonauenturam di
cendum eſt ꝙ nō:quia deſiderium angeli nō fruſtratur:quia ſub conditione appetit cuſtoditum ſal-
uari ſi fideliter velit adherere chriſto.Et licet ex noſtra ſaluatione creſcat angelorum premium vt di
ctū extitit.tamen ex dānatōe cuſtoditi nō incurret detrimentū.nec reſpectu rei habite:nec reſpectu
rei habende:⁊ q̄ꝫtum ad gaudium quod habet in deo ⁊ quod habet in ſeipſo.Gaudebit enim de bo
nis operibus que circa ipſum fecit quem cuſtodiuit.Nullum etiam incurrit damnum quod habet
in alio:quia vnus cadit alius coronam accipit.Item ex damnatione cuſtoditi angeli gemitum non
concipiunt nec habent cōpaſſionem erga reprobos.Unde Gregorius.Iuſtorum anime ⁊ ſi nature
ſue bonitate miſericordiam habent iam non actoris ſui iuſticie coniuncti tanta rectitudine cōſtrin-
guntur vt nulla ad reprobos compaſſione moueantur.¶ Queritur vtrum omnes angeli mittantur
ad homines ⁊c̄.Solutio ſm̄ Bonauenturā.dicendum eſt ꝙ duplex eſt miſſio.ſ.exterior ⁊ interior
Exterior eniȝ eſt ad nos:⁊ ſic non mittūtur niſi inferiores:q꞉ dicit Dyoniſius.Superna illa agmina
ab intimis nunq̄ꝫ recedunt.Qui enim preeminent vſum exterioris officij nunq̄ꝫ habent.Miſſio eñ
interior eſt qua ſuperiores mittuntur ad medios ⁊ medij ad infimos:⁊ ſic omnes mittuntur.Unde
ad Hebre.primo.Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus miſſi propter eos qui hereditatem capiunt
ſalutis:non dicit ad eos ſed propter eos.Et ſi obijciatur illud Yſaie ſexto.Volauit ad me vnus de
ſeraphin ⁊ in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari ⁊ tetigit os meum ⁊ dixit.Ecce teti-
gi labia tua ⁊c̄.dicendum eſt ſm̄ Dyoniſium ꝙ ille angelus non erat de ordine ſeraphin:ſed diceba-
tur de illo ordine:quia mittebatur incendere labia eius:ideo ⁊c̄.¶ Queritur vtrum angeli accendāt
affectum noſtrum.Solutio dicendum eſt ꝙ affectus noſter non poteſt inflammari tanq̄ꝫ a princi-
pali agente ve efficiente niſi a ſolo deo.poteſt tamē affectus noſter inflammari ab angelo ſicut ab
excitante ⁊ iuuante.Angelus enim nō illuminat intellectum efficiendo cognitionem in anima:quia
nō poteſt in intellectu nouam ſpeciem imprimere nec habitum noui luminis dare nec eius intentio-
nem quo vult conuertere.Tria enim requiruntur ad hoc ꝙ intellectus noſter aliquid intelligit.ſcili-
cet ſpecies qua cognoſcat lumen in quo cognoſcatur:⁊ intentio qua conuertat ſe intellectus ſuper

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

ſpeciem. Vñ differentia eſt inter imittere cognitionem ⁊ incendere ⁊ mentem illuminare: q: cognitio
nem imittere eſt creare ⁊ facere cognitionē. Incendere vero eſt cognitionē iam factā inflāmare. Illu
minare vero eſt dare reuelationē de aliquo occulto intelligibili. ¶ Queritur quid dicendū de locutiōe
angelorū. Solu. dicendum eſt ꝙ verbū eſt triplex mentis oris ⁊ opis. Verbo mentis loquitur deus
angelo ⁊ angelus deo. Itē loquitur deus anime ⁊ ecōuerſo. Vbo autem oris loquitur homo homini: ⁊
angelus homini in corpore aſſumpto. Vbo opis loquitur deus dyabolo ⁊ angelus dyabolo ⁊c. De lo-
cutione eni angelorum notandum eſt ꝙ angelus loquitur deo cū in motu admirationis et viſis aſſur
git vel cum affectus ſuos ei preſentat quos tamen eis latere non minime dubitant angeli. Angelus
vero loquitur angelo mentis ſue ſpēs oſtendendo mediante quadā illuminatione ſpūali irradiante
ab ipſo. Item angelus facit aliquid corā alio angelo quo facto intelligit quod ante non intelligebat
⁊ ſic loquuntur omnes oībus ſiue maiores inferioribus ſiue ecōuerſo. Itē loquitur angelus angelo
per cōiūctionē diuini luminis inſtruēdo: ſic nō loquūtur oēs oībus nec oia: ſ3 tm̄ ſupiores inferiorib⁹
de hijs que p theophanias pceperūt. Loquitur aūt angelus hoi dupliciter. vno modo verbo voquali
in aſſumpto corpore: ſ3 tunc ſicut non pfert ſolū in organis materialibus ſed naturam: ita nūc circula
riter imutat mediū quēadmodum eſt in voce rōnali. vñ nō auditur niſi ab illo ad quē ordinatur. ⁊ ſimi
le eſt in apparitione angelorū quos quidam vident ⁊ alij eque ppinqui non vident: vt apparet in he-
liſeo ⁊ filio eius. Tamē ſup hoc quidam dicunt ꝙ angelus nūꝗ apparet vel loquitur homini in ſubſtā
tia corporea: ſed intentionem ſiue ſimilitudinē vocis ponit in oculo ſiue aure illius: ⁊ ibi recipit ſenſus
communis ſpecies illas: ⁊ deinde puenium ad ymaginationē: poſt hoc ad intellectum ⁊ hoc eſt ꝙ dr̄
angelos vel apparere vel loqui hoibus. Secundo modo dicitur angelus loqui homini per impreſſionē
rerum ſenſualium ymaginationis inſtrumento ⁊ ſic loquitur angelus vigilantibus ⁊ dormientibus.
De dyabolo em̄ dicendum eſt ꝙ loqtur homini dupliciter. Vno modo ſenſum immutando: ⁊ hoc per
ymaginationem alicuius rei imprimendo inſtrumento viſus vel obijciendo viſui ſimilitudinē alicu⁹
rei: ⁊ ſic de alijs ſenſibus. ſecundo modo loquitur dyabolus homini per impreſſionē rerum ſenſualiū
inſtrumento ymaginationis ⁊ hoc facit quandoq3 vigilantibus. quandoq3 dormientibus ⁊ ſic imittit
cognitionem mali. Cognitionē eni malam non poteſt immittere que tantum per conſenſum fit mala.
Anima eni loquitur deo per deſiderium cuius affectiones nude ſunt dei oculis ⁊ aperte. Aīa loquitur
angelo per voces corporis quas bene percipit angelus ſicut ⁊ alia ſenſibilia. Vnde anima exiſtens in
corpore alia ſpeciali poteſtate loquendi ad angelos non indiget: ſed habebit exuta a corpore. Itē aīa
loquitur dyabolo q: ſimilitudines affectionum imprimuntur ſenſibus vbi dyabolus legit eas. ¶ Que
ritur vtrum angeli poſſint aſſumere corpora. So. Dicendum eſt ꝙ ſic: non ꝙ indigeant ipſis corpori
bus ad ſui pfectionem maiorem habendam: ſed voluntarie aſſumunt quandoq3 corpora ſm̄ vim ad-
miniſtratiuam qua manifeſtant ſe nobis ⁊ nos letificant ⁊ confortant. ſm̄ vim autem contemplatiuā
conuertuntur ad deum: ⁊ ſi non indigent ſolatio corporis aſſumpti. Sciendum tamen eſt ꝙ nec boni
nec mali angeli ſumunt vera corpora humana. ¶ Queritur vtrum corpus quod aſſumit angelus fiat
de nā celeſti aut elemētari. So. di. eſt ꝙ aſſumūt corpa ex nā elemētari nō ſimplr̄ nec plene cōmixta:
ſed medio mō vtpote ex aere vaporali. Et ſicut angelus ſua vtute effigiat corpus illud qđ aſſumit ſic
ptegit ⁊ pſeruat q: ꝗuis formatio corpis fiat ex adiutorio nature: tm̄ pncipaliter eſt a vtute ſpūalis
ſubſtātie. pter hoc ꝙ effigies illius corporis plus eſt artificialis ꝗ naturalis: ⁊ angelo deſerente cor
pus illud redit in iacentē materiā. ¶ Queritur vtrū angeli in corporibus aſſumptis exerceant ope
rationes potentie vegetatiue. Solutio ſm̄ Bonauenturam. Dicendum eſt ꝙ non: quia non habent
vim nutritiuam nec generatiuam. habent tamen operationes his conformes licet non plene. Ange-
lus enim bonus cibum ſumit vere ⁊ cōſumit. Geneſis decimooctauo. ꝙ autem dicitur. Thob. xij. Ego
videbar vobis comedere exponitur ſic. ſ. ex neceſſitate videbar vobiſcum comedere ⁊ bibere: ſed ego
cibo ⁊ potu inuiſibili vtor. Vnde Auguſtinus Poteſtate comedebant angeli non ex neceſſitate ideo
talis cibatio eſt ex potentia ⁊ non ex indigentia. Vñ beatus Auguſtinus. Sicut aliter abſorbet aquā
terra ſitiens ⁊ aliter radius calefaciens: ſic aliter cōuenit cibatio homini viatori: aliter angelo ⁊ beato
Similiter dicendum eſt in actu generationis ꝙ ſpiritus aſſumens corpus conformatur vero corpori
in aliquo ⁊ in aliquo non. Exemplum patet in incubis demonibus qui licet ſemen poſſint ſuſcipere et
tranſfundere non tamen poſſunt alimentum in verum ſemen ppria virtute conuertere ſm̄ Bonauē
turam. ¶ Queritur in quo differt viſus angeli ab eius auditu. Solutio. Videre ⁊ audire in angelo eſt
intelligere: ſed tunc videt cum ex motu pprio aliquis intelligit quando vero ab alio intelligit tunc di
citur audire ſm̄ Bonauenturam. ¶ Queritur vtrum angelus qui operatur hic poſſit ſimul operari in

Britannia: Solutio. ſm̄ doctores ſuper ſecundū librū ſenten. Angelus qui operatur hic realiter cir-
ca me non poteſt ſimul operari in Britannia. Nec manens hic poteſt aliquid facere vel intelligere in
Britannia. Loquendo de intelligentia matutina qua videt res in vbo poteſt intelligere oia pſentia
⁊ futura p voluntate ſpeculi ſiue verbi in quo ſpeculo non videt niſi ꝗtū voluerit manifeſtare. Apoc.
iij. ⁊ yſaie. xxij. Et ſi obijciatur de dicto Ariſto. in li. de aia di. ꝙ intellectus intelligit ſine hic ⁊ nunc di-
cendum ꝙ eſt verum de intellectu anime exiſtētis in corpe q: p ſpecies rerū intelligit res nō p pñtiā:
ſed anima exuta a corpore ⁊ angelus non intelligunt per ſpecies rerū ſed per rerum preſentiam. Vn-
de intellectus eorum dicitur viſus ſed in quanta diſtantia videant non audiui determinari. ¶ Queritur
vtrum angelus ſit in loco. Solutio dicendū eſt ꝙ ſic ſm̄ eſſentiam: ⁊ hoc modo forte plures angeli poſ
ſunt eſſe ſimul in minimo corporali loco. Item angeli ſunt in loco ſm̄ operationem que debitam diſtā
tiam exigit ⁊ hoc modo ſi duo poſſint eſſe in eodem loco non tamen mille quia non poſſent exercere
ſuas operationes. Et ſi queratur quare ergo celum factum eſt tanti ambitus. Solutio. Ad gauden-
dum ad laudandum ad mirandum. ¶ Queritur vtrū boni angeli omnia ſciant. Solutio ſm̄ Bona
uenturam dicendum eſt ꝙ non: quia angeli multa addiſcunt ſiue per ipſum verbum ſiue per alios an
gelos ſiue per experientiam. Et ad illud Gregorius. Quid eſt quod non vident qui videntem omnia
vident dicendum eſt ꝙ intelligitur ad illum ſenſum ꝙ ille qui videt deum dicitur videre omnia. non
ꝙ ipſe videns deum ſit omnium poſſeſſor: ſed quia videt illud vnum cui non poſſunt omnia equipa-
rari. ¶ Queritur vtrum angelus naturali dilectione magis diligat ſuperiorem angelum vel pa-
rem vel inferiorem. Solutio ſm̄ Bonauenturam. Magis diligere aliquid poteſt tripliciter
conſiderari. Vno modo ratione boni optati. Alio modo ratiōe affectus intenſi. Alio modo ratione
effectus impenſi. Ratione boni optati: vnus angelus magis diligit ſuperiorem: q: ex iudicio recte ra
tionis nollet eum excellere: ⁊ plus boni habere ꝗ deus voluit ordinare. Sed angelus inferioris ordi
nis recipit illuminationes a ſuperiori ſicut dicit dyoniſius quare inferior angel⁹ diligit ſuperiorē ad
maius bonum ſicut enim angelus per naturam inſtitutam deū ſuper omnia diligebat: ſic etiam plus
diligebat angelum ſuperioris ordinis p eo ꝙ deo ſimilior erat. Ratione vo. affectus intenſi magis
diligit angelum eiuſdē ordinis ſicut dicitur aliquis alium plus diligere qñ plus de eius ſocietate con-
ſolatur ſicut videt inter cōpatriotas ⁊ hoies eiuſdē profeſſionis vbi conformātur in morib⁹ ⁊ inuidia
non interuenit. Vnde Eccle. xiij. Omne aīal diligit ſibi ſimile. Rōne vero effect⁹ ſiue beneficij impen
ſi angelus diligit magis angelū inferiorē: q: plura bona ei impendit ꝗ ſuperiori vel pari. Et ratio eſt
conſideatio indigentie ſicut mater magis fouet filiū tenellum ꝗ adultū ⁊ infirmum pluſꝗ ſanum. Et
ſic probatio dilectionis exhibitio eſt operis. ¶ Queritur vtrū angeli fuerint creati in beatitudine. So
lutio ſm̄ Bonauen. Dicendū eſt ꝙ beatitudo dr̄ dupliciter. vno modo dr̄ ſtatus perfect⁹ plenitudine
omnis boni: ⁊ hec beatitudo ponit viſionē dei clarā. Et hoc modo angeli non ſunt creati in beatitudi
ne. Alio modo dr̄ beatitudo ſtatus perfectus priuatione omnis mali ⁊ in tali beatitudine ſunt creati
angeli: q: innocentes ⁊ impaſſibiles ⁊c. ⁊ huic opinioni concordat beat⁹ Auguſti. ¶ Queritur vtrū an
geli fuerint creati in gratia. Solu. dicendū eſt ꝙ gratia dr̄ tripliciter pro pñti queſtione: vno modo dr̄
gratia ꝗcquid naturalib⁹ eſt adiectū: naturalib⁹ inꝗ que ſunt de generali cōſtitutione rei ſicut dr̄ gr̄a
bonū ingeniū bene cātare ⁊c. Alio modo dr̄ gr̄a illud qđ ſuperadditū eſt libero arbitrio ad rectitudi-
nem faciēs ⁊ diſponēs ſicut innocentia pietas mititas ⁊c. Alio mō dr̄ gratia illud qđ ſuperadditū eſt
tanꝗ rectificans complēs ⁊ eleuans: ⁊ hec gratia dr̄ gratia gratū faciens: q: facit hominē deo accepta
bilem. Tūc ad queſitū dr̄ ꝙ angeli fuerunt creati in gratia primo ⁊ ſecundo modo accepta iuxta illud.
Aug. Creauit deus angelos ſimul in eis condēs naturam ⁊ largiens gratiā non autē fuerunt creati
in gratia tertio modo accepta. Cōmunis enim opinio eſt doctorum ꝙ omnes angeli creati fuerūt tan
tum in naturalibus ⁊c. ¶ Queritur vtrum angelus per cognitionem naturalē diuinam eſſentiam co
gnouerit in ſeipſa. Solutio dicendū eſt ꝙ non: quia hec cognitio eſt primū pmium quo habito mens
creata quieſcit perfecte: hanc autem nemo obtinet niſi gratuita dei influētia: q: diuina lux eſt inacceſſi
bilis viribus omnis nature create. Et ideo per quandam benignitatis condeſcenſionem facit ſe co-
gnoſci ita ꝙ in illa cognitione cognoſcēs multo plus agitur ꝗ agat illa autem condeſcenſio bonita-
tis nō dicit diuine eſſentie humiliationem q: minorari non pōt: ſed dicit alicu⁹ radij immiſſionē ſm̄
Bona. ſupra ſcdm̄ ſen. ¶ Queritur vtrū data ſit angelis future glorificationis preſciētia. Sol. dicen-
dū ē ꝙ nō q: talis cognitio magis ſpectat ad ſtatū premij ꝗ meriti: ⁊ iō dz dari qñ creatura in tali ſta
tu ponit a quo nō pōt cadere: ſ3 angeli erant in ſtatu meriti: ideo nō eſt eis data preſciētia future glori
ficationis ⁊ hui⁹ ſignū eſt ꝙ deus pauciſſimis ꝗtumcūq3 dilectis reuelat certitudinaliter beatificari.

Expoſitio grego. quid eſt quod non videt qui videt eum qui omnia videt

¶ Queritur quid dicendum de confirmatione angeloꝝ. So. dicendum eſt ꝙ conuerſionem bonorum angeloꝝ incboant volūtas libera ſed cōfirmauit gratia ſm̄ Bonauenturā. Compen. vero theo. in .ij. libro dicit ꝙ confirmationē babet angelus bonus ex tribus. ſ. ex natura ex gratia ⁊ ex gloria. Ex natura q2 natura ſpūalis tantū ſemel vertibilis eſt in bonū vel malum niſi ex vnione eius cum alio impedimenti cauſetur: ſicut patet de aīa que dū eſt in corpore poteſt mutari ſepius de bono in malum et econuerſo ſoluta vero non. Huius ratio eſt q2 natura pure ſpūalis ꝓpter ſimplicitatem ſuam totam ſe conuertit ad illud quod elegit quod non facit natura vnita q2 corpus babet retrabens. Ex gratia babet confirmationem: q2 quando aliquid cōnectitur ſtabili eterno vinculo ꝑpetuo illa connexio ſemper manet. modo angeli colligati ſunt ſtabili eterno. ſ. deo: ⁊ boc vinculo indiſſolubili cbaritatis vñ apl's. Cbaritas nunꝙ̄ excidit. Ex gloria babet angelus confirmationē quia cum deum babent angeli ꝑ gloriam que eſt forma completa angelici deſiderij non vagantur extra ipſum vt querant quicꝙ̄ illo deo melius vel deſiderabilius. Nibil em̄ in creaturis inueniunt quod poſſit eos a fonte dulcedinis auertere igitur tenendū eſt ꝙ angeli boni ex libertate arbitrij ad deum conuerſi ſtatim fuerunt ꝑ gratiam ⁊ gloriam in nouitate ꝯfirmati fideles ac felices effecti taliter illuminati vt non ſolū cognoſcerēt res in ꝓprio genere ſed etiā in vbo. Acceperūt inſuꝑ ꝑfectionē in ꝟtute oꝑatiua ſiue exequanť illā ex aſſumpto corꝑe ſiue alias. Acceperūt itaqꝫ ꝑfectionē in ꝟtute cōtēplatiua qua quocūqꝫ mittanť fruunť ⁊c̄. Seqtur illa ꝑticula textus bis boīes grati vbi ac. nr̄ di. ꝙ boīes deo grati poſt mortē aſſocianť bis ordinibus angeloꝝ iuxta eoꝝ merita vbi cū ierarcbijs facie ad faciem deū contemplantes inceſſanter cum laudant. Ex qua littera apparet ꝙ angeloꝝ ruina reꝑabitur ꝑ beatos bomines vtriuſqꝫ ſexus. Super boc tamen ſunt alique opiniones. nam dicit beatus Aug. ꝙ tot bomines ſaluabūtur quot angeli ceciderunt. Greg. dicit ꝙ tot bomines ſaluabuntur ꝙ angeli ꝑſtiterunt ſeu remanſerunt in celo. Alij dicunt ꝙ ruina angeloꝝ reparabitur ꝑ virgines: ⁊ ſic ſicut ex quolibet ordine aliqui ceciderūt ita ad quēlibet ordinem exaltabuntur virgines ſm̄ gradus ſuorum meritorum. ⁊ ex alio latere erunt bomines vtriuſqꝫ ſexus tot quot erunt angeli ⁊ virgines ex alia parte ſimiliter ſm̄ gradus ſuoꝝ meritoꝝ quicquid ſit buiuſmodi determination ē remitto diuine diſpoſitioni dicit Anſel. ⁊ Landul. Sequitur quarta pars ibi cernit amat ⁊c̄. vbi actor noſter docet actus beatificos ⁊ dotes beatoꝝ. d. cernit amatqꝫ deum ⁊c. Pro declaratione iſtius littere eſt notandū ꝙ vnūquodqꝫ tanto ꝑfectius eſt ꝗ̄to magis coniungitur eſſendi principio. bomo autem qui perfectū eſſe expectat duplicem babet ſinē in intentione q2 expectat glorificationem aīe ⁊ corporis. q̄ quidē glorificatio dicitur beatitudo que eſt ſtatus ꝑfectus cōgregatione omnium bonoꝝ ſm̄ Aug. vnde Eccle. i. Altitudinē celi ⁊ latitudinem terre quis dimenſus eſt. Talis em̄ glorificatio aīe ⁊ corporis in patria eſt quedā dotatio large capiendo. Dos em̄ ꝓprie in patria eſt illud quod immediate ⁊ p̄mo deo aīam iungit vt eſt viſio dilectio comprebenſio. Sunt em̄ quedam dona patrie ſicut eſt ſapientia ⁊ intellectus que licet aīam deo coniungāt non tamē ſine babitu medio: ⁊ ꝓpter boc non dicuntur ꝓpre dotes ſed aīe ꝑ̄miationes. Dotes enim ſunt duplices ſcꝫ corꝑis ⁊ aīe. Dotes eī a parte aīe ſunt qͥbus deo tanꝙ̄ principio vite ſue ſine babitu medio ꝯiungitur ⁊ per quas tranſducit in amplexus ſponſi in diſſolutiones ⁊ fruitōes. Fruitio enim eſt ſm̄ Augu. in li. de ciui. dei amore alicui rei inberere ꝓpter ſe ⁊ ſic ſolo deo fruimur. Dotes enīꝫ ex parte corporis ſunt qͥbus ipſum corpus aīe ſubijcitur tanꝙ̄ principio vite ſue ne ꝑ ipſum aīa ab actu glorie retardeť. Dotes enim anime ſunt de primo ſubſtantiali. dotes em̄ corporis ſunt de p̄mo accidentali xp̄us enim dotes non babet q2 ſponſus eſt. dos autem poſſeſſio ſponſe eſt que vſum eiuſdē babebit poſt mortem viri. Similiter angeli non dicuntur babere dotes q2 cū in nuptijs ſit ꝯſenſus animoꝝ ⁊ vnio naturaꝝ non dicuntur babere dotes q2 non poſſunt dici ſponſe. Dos em̄ ꝓprie ē donatio ſponſe ex ꝑte patris ⁊ boc ad vſum ſponſi ꝓpter onera matrimonij ſed ad poſſeſſionē ſponſe. In diuinis deus pater dat ſpōſe dotem ad poſſidendum ſed ſponſo xp̄o ad gloriā ⁊ bonorē ⁊ non ad vſum q2 bonorum noſtrorū nō eget. Donatio vero eſt id quod ꝓpter nuptias a ſponſo datur ſponſe ⁊ boc eſt in futuro gaudiūꝫ quod babebit anima in viſione xp̄i bominis. paferna ꝟo eſt quod ſponſa p̄ter dotem ſicut ſunt munera que dantur ſibi ab amicis. Iſtud erit in patria ꝑ gaudiū ꝙ babebit de ſocietate bonoꝝ ⁊ de cōgratulatiōe felicitatis eoꝝ. Dotes aīe ſunt tres. ſ. cognitio: dilectio ⁊ inbeſio ſiue tentio vel fruitio. Ille numer9 accipitur ex ꝑte ꝟtutū tbeologicarū q2 cognitio ſuccedit fidei: dilectio cbaritati: ꝯprebenſio ſpei. vel pōt capi iſte numerus ex ꝑte potentiarū aīe. Cognitio enī poteſt appropriari intellectiue. dilectio voluntati: cōprebenſio memorie: pōt etiā iſte numerus accipi ſm̄ tria que appropriant tribus perſonis. Comprebenſio enī reſpicit potentiā patris cognitio ſapiām filij. dilectio bonitatē. ſſ. Cognitio enī ponit rei

viſe p̄ſentiam. Comprebenſio ponit rei cōtingentiā. Dilectio ponit amantis ad rem amatā colligantiaꝫ. Prima dos aie eſt cognitio qua diuina eſſentia videbitur ab oībus tota ſed non totaliter. i. ꝓut eſt infinita. Videbiť tn̄ diuina eſſentia limpidius ab vno ꝙ̄ ab alio ⁊ ille defectus erit ex ꝑte vidētis ⁊ nō ex ꝑte viſi: quia idem erit viſum. Beatitudo enim cōſiſtit in ꝑfecta oꝑatione potentie altiſſime. ſ. intellectiue ⁊ circa obiectū altiſſimū. ſ. deū. Ex ꝑte obiecti cum ſit vnum ſimpliciſſimū nulla poteſt eſſe diuerſitas ſed ex ꝑte potentie. Tribus modis enī cognoſciť aliqͩ. ſ. ꝙ eſt ſicut eſt. ⁊ quid eſt. Primo mō cognoſcitur deus in via etiam a malis. Scd̄o mō videbiť in patria a bonis. Vñ. i. Jo. iij. Similes enim erimus qn̄ videbimus eū ſicuti eſt in ſuā maieſtatē claritatē bonitatē ⁊c̄. Tertio mō nec a bonis videbiť nec a malis nec in via nec in patria q2 finitū nūꝙ̄ capiet infinitū. Cognoſcere aūt ieſum in ſua eēntia eſt viſio meridiana. Cognoſcere ꝟo creaturas in verbo eſt viſio matutina. Cognoſcere creaturas in ſe boc eſt in proprio genere appellatur viſio veſpertina. Videbit em̄ vnuſquiſqꝫ cognitiones alterius prout voluerit. Vñ Greg. Vniuſcuiuſqꝫ menteꝫ alterius oculis corpulentia non abſconder. Videbunt itaqꝫ iuſti deum: vt gaudeant. videbunt gloriam ſanctoꝝ pariter vt gaudeant. videbūt penas reproborum vt de periculoruꝫ euaſione gratias agant. Ad ſciendū quomodo videatur deus ⁊ qualiter ſine medio eſt notandum ꝙ triplex eſt medium. ſ. deferens obnubilans ⁊ diſponens. Sine medio deferente videbitur deus quia dei viſio non eſt per diſtantiam ſed per preſentiam: cum ipe deus eſſentialiter ſit vbiqꝫ. Videbitur etiam ſine medio obnubilante q2 tollit ſpeculum ⁊ enigma que ambo ſunt in via. Cum enim viſus noſter in p̄ſenti non poſſit ꝓpter debilitatem in tam excellenti luce figi neceſſe eſt babere medium ſcilicet ſpeculum creature: quia vero infinita eſt diſtantia inter ſpeculum et rem viſam propter boc obſcure relucet ibi ſimilitudo. Vnde videmus in enigmate. id eſt obſcure. videbitur ſine medio ſimulacbri: quia deus cognoſcetur a ſeipſo ⁊ non per aliquam abſtractam ſimilitudinem alias creatura eſſet terminus ⁊ deus non eſſet vere finis omnium. Non autem videbitur deus ſine medio diſponente quod eſt gratia ⁊ gloria oportet enim ꝓportionem eſſe inter viſibile ⁊ viſum. Hec autem diſpoſitio erit ex parte videntis ⁊ non rei viſe. Medium enim eſt multiplex. nam quoddam eſt medium peccati vnde Yſaie. lix. Peccata noſtra diuiſerunt inter nos ⁊ deum noſtrum ⁊ abſconderunt faciem eius a nobis ne exaudiret nos. Iſtud eſt medium impiorum. Secundum medium eſt creature apoſto. ad Ro. primo. Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur boc eſt medium pbiloſopborū. aliud eſt mediū figure. apoſtolo. prima ad Corintb. decimo. Omnia in figura contingebāt eis. Iſtud fuit medium patriarcbarū ⁊ propbetarum. Aliud eſt medium ſcripture pſalmiſta. Declaratio ſermonum tuorū illuminat ⁊ intellectum dat paruulis. Et illud medium eſt tbeologorum. Quintū medium eſt mediuꝫ fidei apoc. ſecūdo. Eſto fidelis vſqꝫ ad mortem ⁊c. boc eſt medium fideliū quo tanꝙ̄ in enigmate vident deum. Secunda dos eſt dilectio. vnde differentia eſt inter dilectionem virtutem: ⁊ dilectionem doteꝫ: vna differentia eſt ſm̄ babitum: quia virt9 eſt id proprie quod tranſit de ſtatu gratie in ſtatum glorie. Dos vero eſt illud quod ſupra meritum datur ſponſe. Alia differentia eſt penes obiectum: quia licet obiectum vtrobiqꝫ ſit deus non tamen ſm̄ ꝙ deus: ſed eſt obiectum virtutis inquantum eſt ſumma bonitas: ⁊ obiectum dotis inquantū eſt vnibilis in vnum ſpiritum. Nata ſuper premiſſis ꝙ fides ⁊ ſpes ſm̄ rem euacuabuntur in patria. Cbaritas vero nec ſm̄ rem nec ſm̄ actum eius euacuabitur: ſed ſolummodo ſm̄ modum: quia inperfectio eius tolletur. Fidei enim ſm̄ beatum Auguſtinum. Succedit ſpes quam videbimus: ſpei ſuccedet beatitudo ad quam peruenturi ſumus. Cbaritati nibil ſuccedet quia potius augebitur. Tertia dos anime erit comprebenſio que eſt tentio viſi ⁊ amati boni ⁊ veri ⁊ primi: ⁊ ſumitur bic comprebendere pro attingere ⁊ non circumplecti diuinam eſſentiam ⁊c. Dotes corporis ſcilicet claritas: impaſſibilitas ſubtilitas ⁊ agilitas. vnde vnaqueqꝫ pars perfectius babet eſſe in ſuo toto ꝙ̄ per ſe. vnde ſicut aīa nūc a corpore corruptibili ſeꝑata perfectius babet eſſet ꝙ̄ ei coniuncta: ſic in futuro reconiuncta corpori incorruptibili perfectius babebit eſſe quam modo ſeparata: quia tunc non impedietur a corpore ſicut modo. Quod ſint quattuor dotes corporis patet. nam ad boc ꝙ corpus perfecte ſit ſubiectum anime nec eaꝫ impediat in operibus glorie quattuor requiruntur quoꝝ duo pertinent ad ſenſum. alia duo pertinent ad motum. Quo ad ſenſum duo requiruntur. Vnum vt ſit facile receptabile ſpecieruꝫ ſenſibilium: ad quod diſponit claritas. Alterum eſt vt non ſit receptabile paſſionum ignobilium: ad quod diſponit impaſſibilitas. Quo ad motum duo requiruntur. vnum eſt ꝙ per contrariam inclinationem non reſiſtat ſuo motori: ad quod diſponit agilitas. Aliud eſt vt corpora ꝑ que moueť non reſiſtant ei: ad quod diſponit ſubtilitas. Alio modo poteſt accipi numerus predictarum dotiuꝫ ſm̄ proprietates que ſunt in elementis: ſcilicet penes aque tranſparentiam ſumitur claritas: penes terre ſoli

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ditatem ſumitur impaſſibilitas: penes ſimilitudinez ignis ſumitur ſubtilitas: penes mobilitatem aeris ſumitur agilitas. Alio modo poſſunt ſumi ille dotes ſm quattuoꝛ defectus quos habet coꝛpus humanum a quattuoꝛ elementis quibus componitur. Habet enim coꝛpus humanum ab igne caliditatem a terra groſſiciem: ab igne aere paſſibilitatem: ab aqua frigiditatem ⁊ inde tarditatem. Sed illa tolluntur per quattuoꝛ dotes coꝛpoꝛis: chꝛiſtus enim vt recitat Hug. de ſancto Victo. Aſſumpſit quattuoꝛ dotes coꝛpoꝛis ante paſſionem ſuam. Claritatem in tranſfiguratione. Agilitatem quando ambulauit ſupꝛa mare. Subtilitatem in natiuitate: quia ſalua virginali integritate matris natus fuit. Impaſſibilitatem aſſumpſit in cena quando coꝛpus ſuum ſuis diſcipulis dedit manducandum. Pꝛima dos coꝛpoꝛis eſt claritas. Duo enim ſunt que cauſant nunc obſcuritatem in coꝛpoꝛe humano: vnū eſt materie impuritas: alterum eſt luminis paucitas: tunc vero tolletur vtrūqꝫ. Juſti enim fulgebunt ſicut ſol Mathei decimotertio. Tamen coꝛpoꝛa ſanctoꝛuꝫ non equaliter erunt clara: qꝛ melioꝛ anima coꝛpus habebit lucidius. vnde Apoſto. i. Coꝛinth. xv. Stella differt a ſtella in claritate: hoc eſt ꝙ ſancti plus vel minus lucent ſm differentiam meritoꝛum. Claritas vero pueroꝛum qui poſt baptiſmum moꝛiūtur anteꝙ perueniant ad annos diſcretiōis comparari poteſt lumini lune: qꝛ ſicut luna non habet lumen a ſe ſed a ſole: ita iſti non habent gloꝛiaꝫ ex merito pꝛopꝛio ſed ex merito chꝛiſti. Baptiſmꝰ enim ex paſſione chꝛiſti habet efficatiam. Secunda dos coꝛpoꝛis eſt ſeu erit impaſſibilitas que reſultat ex virtute anime ſuū coꝛpus potenter continentis: ita vt a nullo exterioꝛi agēte valeat immutari: ꝙuis enim coꝛpoꝛa ſint compoſita ex contrarijs: illa tamen contrarietas erit ad omnimodā equalitatem redacta. Differentia enim eſt inter impaſſibilitem ſanctoꝛū ⁊ ade in ſtatu innocentie ⁊ pueroꝛum in limbo: qꝛ impaſſibilitas ſanctoꝛuꝫ erit non poſſe pati. Impaſſibilitas Ade fuit poſſe non pati. Impaſſibilitas vero pueroꝛum in limbo erit nihil pati: ⁊ hoc non eſt ex potentia reſiſtendi leſioni intrinſece quam non habebunt ſed ex oꝛdinatione diuine miſericoꝛdie que non permittit eis aliquid adhiberi per quod poſſent ledi. Ex quo ſequitur ꝙ ſi tales pueri poſt reſurrectionem ponerentur in igne lederentur ab eo. Secus eſt de coꝛpoꝛibus gloꝛificatis que ſi etiam ponerentur in inferno non ſentirent ex hoc aliquam leſionem. Tertia dos coꝛpoꝛis eſt ſubtilitas que aufert groſſiciem coꝛpoꝛis. Tanta enim erit ſubtilitas ꝙ poterit ſubintrare omne coꝛpus ſolidū ⁊c. Sicut enim in coꝛpoꝛibus nō gloꝛioſis in ipſa groſſicies impedit ne duo coꝛpoꝛa in eodem poſſint eſſe eo ꝙ vnū alteri reſiſtit: ita groſſicies illa per gloꝛie ſubtilitatē tollitur adeo ꝙ coꝛpus non gloꝛioſum non poſſit reſiſtere gloꝛioſo. Sic ergo apparet ꝙ coꝛpoꝛa gloꝛioſa penetrabunt alia coꝛpoꝛa non illa diuidendo: ſed ſubintrando manente diſtinctione dimenſionum vtriuſqꝫ coꝛpoꝛis. Quarta dos eſt ſeu erit agilitas que tanta erit ſicut ait beatus Aug. ꝙ pꝛotinus vbi voluerit ſpiritus erit ⁊ coꝛpus. verūtamen ſicut melioꝛ aīa coꝛpꝰ habebit lucidiꝰ ſic ⁊ agilius: ita tñ ꝙ volūtas ſanctoꝝ erit oīno coniūcta ratiōi. vñ volūtas nunꝙ vult ꝙ non dꝫ. ¶ Queritur quare coꝛpoꝛa mō ſunt tarda ⁊ tūc agilia. Solu. qꝛ nūc in coꝛpe duplex eſt motus: ſcꝫ natura elementi p̄dominans q̄ mouet ad determinatū locum ⁊ volūtas aīe que mouet indifferenter ad quēlibet locū: nūc igitur coꝛpoꝛa tarda ſunt in ꝯtraria inclinatione nature ad voluntateꝫ: qꝛ terra predominās naturaliter deoꝛſum trahit: in futuro aūt natura erit totaliter ſubdita volūtati. vnde coꝛpus mouebitur ad imperium ſpiritus.

¶ Sequitur de aureolis.

Aureola eſt mētis ſpāle gaudiū veniens ex ope pꝛe excellenti ⁊ pꝛiuilegiato. Pꝛo quo eſt ſciendū ꝙ ſicut ex gaudio eſſentialis p̄mij qđ eſt aureū redūdat in coꝛpe quidā decoꝛ qui eſt gloꝛia coꝛpis: ita ex gaudio aureole reſultat aliq̄s decoꝛ in coꝛpoꝛe vt ſic aureola pꝛincipaliter ſit in mēte: ſꝫ per quādā redundātiaꝫ fulget etiā in carne: quare ſciendū eſt ꝙ decoꝛ cicatricū que in martyrū coꝛpoꝛibꝰ apparebit non pōt dici aureola: qꝛ aliq̄ martyres cicatrices nō habebūt: vt puta illi qui ſunt ſubmerſi vel famis inedia vel tētione diutina carceꝝ ⁊ interempti tñ iſti habebūt aureolā. Tribꝰ enim generibꝰ hoīm debetur aureola: quod pꝫ multiplici rōne pꝛima ex operibus excellentiſſimis triū anime potētiaꝝ. Excellētiſſimuꝫ enim opꝰ rōnalis potētie eſt pꝛedicatio veritatis excellentiſſimum opus concupiſcibilis eſt obſeruatio caſtitatis virginalis. Excellentiſſimū opus iraſcibilis eſt perpeſſio moꝛtis. Vnde pꝫ ꝙ pꝛedicatoꝛibꝰ martyribus ⁊ virginibꝰ debetur aureola. Hoc eniꝫ ſatis pꝫ ex hoſtibꝰ quos vincimꝰ qui ſunt mūdꝰ: caro: demonia: martyres eni vincūt mūduꝫ: virgines carnē pꝛedicatoꝛes dyabolū: nō ſolū de ſe: ſꝫ expellūt de coꝛpoꝛibꝰ alioꝝ. Alio mō pꝫ ꝑ victoꝛiā triplicium paſſionū eni paſſiones innate illate ⁊ in coꝛdibꝰ alienis paſſiones innatas vincūt virgines: illatas martyres. Illas vero que ſunt in alienis coꝛdibꝰ vincūt pꝛedicatoꝛes. Item iſte aureole p̄ſt pꝛo

bari exemplo xp̄i qui fuit doctoꝛ: qꝛ veritatem mundo manifeſtauit. Fuit martyr qꝛ paſſionem ſuſtinuit. Fuit virgo qꝛ puritateꝫ ſeruauit. Item poſſunt ſumi aureole ſm p̄figurationem in veteri teſtamento. Legitur eni in Exo. ꝙ tria habebāt aureolas. ſ. altare incenſi archa federis ⁊ mēſa ꝑpoſitionis. Pꝛima ſignificat aureolam martyrū qui coꝛpoꝛa ſua ſup altare paſſionis immolauerūt. Secunda ſignificat aureolā virginū que ſicut archa federis auro fuit intus ⁊ extra decoꝛata: ita virginitas mentē ⁊ coꝛpus oꝛnat. Tertia ſignificat aureolam p̄dicatoꝛuꝫ qui ſicut menſa ꝑpoſitionis miniſtrāt panes doctrine. Aureola diminutiue dicit ⁊ hoc in comparatōe ad auream. ¶ Pꝛo quo eſt notandū ꝙ differentia eſt inter auream aureolū ⁊ palmam. Nam aurea eſt pꝛemiū ſubſtātiale quo methaphoꝛice dicit coꝛona: tum ex pte meriti: qꝛ nō reſpondet generi operis ſed radici charitatis: tum ex pte p̄mij: qꝛ ꝑ hoc efficit homo particeps diuinitatis ⁊ ꝑ ꝯſequens regie poteſtatis: tum etiā rōne ꝑfectionis quod ſignificat figura circularis. Aureola vero eſt pꝛemiū accidentale. nō tñ quodlibet accidentale: ſed illud quod reſpondet operi excellenti ⁊ p̄uilegiato. ſ. martyrio virginitati ⁊ p̄dicationi. Palma eſt pꝛemium accidentale quoddam ꝙ nec radici nec operi debetur: ſed voluntati. Tale pꝛemiuꝫ habuit beatus Martynus ex eo ꝙ martyrium deſiderauit: licet opus non fuerit ſubſecutum. Vnde cantatur de ipſo quod ⁊ ſi gladius perſecutoꝛis nō abſtulit. tamē palmam martyrij non amiſit. Hec enim palma nec aurea nec aureola dicit debet.

¶ Sequitur de aureolis in ſpeciali.

Aureola pꝛima debetur martyribus in quibus perfectiſſima victoꝛia eſt de impugnatione exterioꝛi: ⁊ hec ꝑfectio victoꝛie conſiderat ex duobus. Pꝛimo ex magnitudine paſſionis: qꝛ inter oēs paſſiones illatas exterius pꝛecipue moꝛs tenet locū. Scđo cōſideratur ex cauſa pugne que xp̄us eſt. Martyrem eni nō facit pena: ſed cauſa. id eſt moꝛs ſuſcepta ꝑpter xp̄m. Sciendum tamē eſt ꝙ martyrio nō debetur pꝛemiuꝫ ſm hoc ꝙ exterius infligit: ſed ſm hoc ꝙ voluntarie ſuſtinet: qꝛ nō meremur niſi per ea que ſunt in nobis: ⁊ nō ꝑ ea que ſunt extra nos: ſicut nec demeremur niſi ꝑ ea que ſunt intra nos. Quāto aūt id quod quis ſuſtinet voluntarie difficilius eſt voluntati ſuſtinere: tanto volūtas que ꝑpter ipm id ſuſtinet oſtendit firmus in chꝛiſto fixa: ⁊ ideo excellētius ei pꝛemiū debetur. ¶ Aureola ſcđa debetur virginibus ꝑpter ſingularē victoꝛiā quam de carne obtinuerūt cōtra quam bellū continue geritur: ꝙuis enim vidue pugnēt cōtra carnem. ꝑfectius tamē virgines triumphāt: qꝛ nobiliſſimum genus eſt victoꝛie nunꝙ hoſti ceſſiſſe. Illis virginibus debet tantūmodo aureola que ꝑpoſitū habuerunt virginitatē perpetuo cōſeruandi: licet hoc ꝑpoſitum fuerit interruptum cogitatione. dū tamen remaneat carnis integritas: qꝛ virginitas mentis reparari poteſt: ſed nō virginitas carnis ſi coꝛrumpatur ſeu amittat. Si aūt aliqua ſit virgo etiā ſi ꝑpoſitum nō habuit ſeruandi perpetuo virginitatē nō eſt dubiū quin habitura ſit ſpeciale gaudium de incoꝛruptione coꝛpis ſupꝛa eſſentiale gaudium: ſic etiam innocētes de hoc gaudebūt ꝙ immunes a peccato fuerunt ꝙuis peccandi opoꝛtunitatem nō habuerunt. ¶ Querit quid dicendū de illa que coꝛrumpit violenter. Solutio dicendū eſt ꝙ nō admittit aureolā virginitatis. Vnde dicebat. b. Lucia ſi inuitam me coꝛruperis merces mihi duplicabitur ad coꝛonā quod nō eſt intelligendū de aureola duplicata: ſed qꝛ duplex pꝛemiū repoꝛtabit: vnuꝫ ꝑ virginitate cuſtodita ⁊ aliud ꝑ iniuria quam paſſa eſt. Fructus eni centeſimus debet virginibus qꝛ vitam celeſtē ducunt. Viduis debemus fructus ſexageſimus: qꝛ tales exercere ſe debent in operibus miſericoꝛdie. Coniugatis debet fructus triceſimus: qꝛ talibus ſufficit implere decaloguꝫ in fide trinitatis. Aureola tertia debet pꝛedicatoꝛibus: qꝛ ꝑfectiſſima victoꝛia contra dyabolum obtinetur quando aliquis nō ſolum dyabolo impugnanti nō cedit: ſed etiam eū de regno eius expellit ⁊ nō ſolum a ſe ſed etiā ab alijs. Iſta enim aureola debet ſolum illis qui licite exercent actuꝫ p̄dicandi ideo pꝛelatis quibus competit ex officio pꝛedicare ⁊ docere non debetur hec aureola niſi actu pꝛedicent: quia aureola nō debetur habitui ſed actui pugne. iuxta illud apo. ſecunda ad Thymo. iiij. capitulo. Non coꝛonabitur niſi qui legitime certauerit. Pꝛedicare enim ⁊ docere cum ſint actus miſericoꝛdie inter ſpirituales elemoſynas computant. Beatoꝛum gaudia ſub epilogo numerantur in fine compendij theologie nō quidem ſingula generum ſed ſinguloꝛum genera: tot enim gaudia particularia quilibet beatus habet in ſe vel in alijs quot ea ſolus dei noticia compꝛehendit: et illi quos ſumma ſapientia voluit ea ſcire tantum. Namqꝫ gaudebit quiſqꝫ de bono alterius, quantum de bono pꝛopꝛio quod tamen nō eſt intelligendum de intentione gaudij ſed de numero gaudioꝛum. Tot enim ⁊ tanta ſunt ibi ſumma gaudia ꝙ omnes ariſmetici huius mundi non poſſent ea omnino numerare omnes Geometre menſurare: Grammatici: logici: Rethoꝛici non poſſent illa ſermonibus explica

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

re:quia quod oculus non vidit nec auris audiuit nec in coꝛ hominis aſcendit preparauit deus dilige-
tibus ſe.prima ad Corinht.ij.Gaudebunt enim ſancti ſupꝛa ſe dei viſione.infra ſe de celi angeloꝛum
hominũ ⁊ aliarum creaturarũ pulchꝛitudine ⁊ aſſociatõe.Intra ſe de coꝛporis ⁊ anime gloꝛificatione.
Deus enim omnes ſenſus ſpirituales ineffabili delectatione reficiet.cũ ipſe obiectũ omniũ ſenſuuz ſpi
ritualium ſit futurus.Erit deus nãq ſpeculum viſui:cithara auditui:mel guſtui: balſamuz oloſactui:
flos tactui:ibi erit candoꝛ lucis eſtiualis:amenitas vernalis: abundantia autũnalis: requies hyema-
lis.vnde beatus Auguſtinus. Fulget quod non capit locus: ſonat quod non capit tẽpus: olet quod
non ſpargit flatus: ſapit quod minuit edacitas: heret quod non diuellit ſocietas.Ibi deus videbitur
ſine fine:ſine faſtidio amabitur:ſine fatigatione laudabitur:nihil enim eſt extra quod appetatur:nihil
intra quod faſtidiat.Unde idem Auguſtinus in libꝛo de coꝛpoꝛis ⁊ anime miſera vita.O caro illã vi-
tam amplecti debuiſti:vbi vita ſine moꝛte:vbi iuuentus ſine ſenectute:vbi lux ſine tenebꝛis: vbi gau-
dium ſine triſticia:vbi pax ſine diſcoꝛdia:vbi voluntas ſine iniuria:vbi regnum ſine cõmutatione. Et
idem Auguſtinus.Id quod pꝛomittit deus fide non capitur: ſpe non attingitur: charitate non com-
pꝛehenditur:deſideria ⁊ vota tranſcendit acquiri poteſt extimari non poteſt:ibi erit pꝛeſentia omnis
boni:⁊ abſentia omnis mali.Et beatus Bernardus ad idem dicit.Merces ſanctoꝝ tam magna eſt
ꝙ non poteſt numerari: tam copioſa quod non poteſt finiri: tam pꝛecioſa ꝙ non poteſt eſtimari ⁊c.
¶Summarie gloꝛie enumerantur cõmuniter duodecim fructus. Pꝛimus ſanitas ſine infirmitate.
vnde pſal.Qui ſanat omnes infirmitates tuas.Secundus fructus iuuentus ſine ſenectute.vnde ps̄.
Renouabitur vt aquila iuuentus tua:quia in etate chꝛiſti: ſcilicet.xxxij. annoꝛum ſemper manebunt
ſancti vt dicit apoſtolus ad ephesẽos quarto.Donec occurramus omnes in veritatem fidei ⁊ agnitio
nis filij dei in viruz perfectum ⁊ menſurã etatis plenitudinis chꝛiſti.Tertius fructus eſt ſacietas ſine
faſtidio.vnde pſal.Satiaboꝛ cum apparuerit gloꝛia tua.Quartus fructus eſt libertas ſine ſeruitute.
vnde ad Coꝛinth.octauo. Creatura liberabitur a ſeruitute coꝛruptionis in libertate gloꝛie filioꝛum
dei.Quintus fructus eſt pulchꝛitudo abſq diffoꝛmitate. vnde ad philip.tertio. Refoꝛmabit coꝛpus
humilitatis noſtre configuratuz coꝛpoꝛi claritatis ſue.Sextus fructus erit impaſſibilitas ſeu immoꝛ
talitas. Yſaie viceſimoquinto. Pꝛecipitabit dominus moꝛtem in ſempiternũ. Septimus fructus eſt
abundantia ſine indigentia.vnde Deute.octauo.Rerũ omniũ abundantia perfrueris. Octauus eſt
